6
11 K
5

a.3

6-1.d.14,

~~6.–1.d.48~~

INTRO DVCTIO IN CHALDAI

cam linguã, Syriacã, atq; Arme-
nicã, & decẽ alias linguas.

CHARACTERVM DIFFEREN
tiũ Alphabeta, circiter quadraginta, &
eorũdem inuicem cõformatio.

MYSTICA ET CABALISTICA
quãplurima ſcitu digna. Et deſcriptio
ac ſimulachrũ Phagoti Afranij.

THESEO AMBROSIO EX CO
mitibus Albonesii. I.V. Doct. Papieñ.
Canonico Regulari Lateranenſi,
ac Sancti Petri in Cœlo Aureo
Papiæ Præpoſito, Authore.

M.D.XXXIX.

¶ Linguarum vero, & Alphabetorũ no-
mina ſequens pagella demonſtrabit.

Hæredum D. Xpofori Garzarei

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
BIBL. DOM. PROF. ROM. IHS

¶Nomina Linguarum, & Alphabetorum, de quibus in hoc opere fit mentio; & eorum numerus.

Chaldæorum. 3.
Samaritanorum. 3.
Aſſyriorũ.)
Syrorum.) .3.
Phœnicũ.)
Hebræorum, computatis his quę ab alijs ponũtur. 10.
Arabum.)
Punicorũ.)
Perſarum.) .1.
Tartaroꝝ.)
Turcarũ.)
Latinorum. 1.
Græcorum. 3.
Iacobitarum.) .2.
Cophtitarum.)
Macedonũ.)
Miſſiorum.)
Bulgarorũ.) .1.
Seruianorũ.)
Ruſiorum.)
Dalmatarũ.) 2.
Illyricorum.)
Indorum. 2.
Armeniorum. 1.
Vuandalorum. 1.
Virgilij philoſophi. 1.
Apolonij Tianei. 1.
Hierogliphicum. 1.
Babiloniorũ.) .1.
Erithreorum.)
Saracenorum. 1.
Aegyptiorum. 1.
Hetruſcorum. 2.
Gotthorum. 1.
Hiberię magnę) .1.
Georgianorũ.)
Incognitum. 1.
Magi Spoletani Characteres in vno complexu.

¶Quamplurima alia diuerſoꝝ generum alphabeta, adhuc ſeruant, alio tempore publicanda. Si iſta placuiſſe viſa fuerint.

THESEVS AMBROSIVS EX COMITIbus Alboneſii, & Palatinis Lomelleñ. I. V. Doctor, & Collegij Dñorum Iudicum Papiæ, in pręſentia Conſul, Canonicuſq; Regul. Lateraneñ. ac Sãcti Petri in Cœlo Aureo Papię Præpoſitus. Reuereñ. Domino Afranio Canonico Ferrarieñ. Patruo Suo. S. P. D.

SOlem iſtum viſibilem, Afrani Patrue Reuerende, quẽ corporeis oculis, magnum Phœbea ſua face illuſtrare cernimus mundum, veteres cum Theologi, tum Philoſophi, ſcite pariter ac docte, nihil aliud omnino eſſe, quã veram ac expreſſam ſolis illius, qui intelligentia & ratione comprehenditur, (ſi dicere fas eſt) imaginẽ, dixerunt. Proindeq; quemadmodum Sol ille temporum dux ac moderator, in magno, varietate diſtincto atq; lucenti, (quẽ Græci κόσμον, vocant) mundo, in varijs quoq; & diuerſis temporum cõditionibus, multiformiq; eorũdem ſtatu, varios etiam, ac monſtroſos ſæpenumero igneo ſuo, atq; viuifico calore producit effectus. Eodem modo Sol hic mirabili quodam ac latenti modo, in microcoſmo iſto, in varijs diuerſiſq; temporibus, ac ſæculis, varia ingenia, nouas atq; inauditas ingenij & intellectus educit operationes. In prioribus namq; ſæculis, ad liberales, quas vocant, artes. Aſtrologiam. ſ. Grãmaticam, Rhetoricam, Dialecticã, Geometriam, Arithmeticã, Muſicã. Cæteraſq; alias mœchanicas, ad vſum tamẽ hominis, cum vtiles, tum neceſſarias artes, inueniendas, hunc excitaſſe quãplurimos videmus. Mercurium quoq; (vt Seth filios cæteroſq; taceam, & à conten-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

tionibus omnino diſcedā) ad literarū nouos characteres
effingēdos. Tubal, Lamech filiū, patrē canentiū Cythara,
& Organo, ad Muſicā. Pythagorā deinde ad ipſius Mu-
ſices harmoniā cōcinnandā ſuſcitaſſe legimus. Eadem vis,
idē calor, eadē Dei oīpotētis gratia, tpibus iſtis me mouit,
vt veris Chaldæorū literis mō cōpertis, Armeniorūq; ꝓ-
prijs literarū notis, atq; figuris inuentis, illas in pſentia, vnā
cū differentibus multaꝝ aliaꝝ gentiū characteribus, & eo-
rūdē inter ſe cōcinnatā harmoniā, & mutuā (nec hactenus
à quoquā tentatā) clarāq; cōformationē, pro cōmuni ſtu-
dioſoꝝ vtilitate in lucē darē. Vt in libello noſtro latius vide
ri poterit. Quē multis varijſq; de cauſis ac rationibus tibi
mittēdū cēſui. Nō quidē tātū ob ſtrictū cōſanguinitatis no-
ſtræ vinculū, ac mutuā inter nos beneuolentiā. Quātū ob
ſtudij inuentioniſq; tuæ pariter ac meę ſimilitudinē. Quā-
do tu inuētor es, & ego quoq; inuentor. Tu noui & non
amplius viſi, ſingularis Muſicę facultatis Organi, qđ Pha
gotū vocas, de quo plura alibi dicent. Et ego pręſentis no
uæ & vtilis cōſonātiæ, ac variaꝝ linguarum & characterū
differentiū harmoniæ. Merito igitur τὰ ὅμοια καὶ τὰ ὁμοιομερῆ
τοῖς συμβόλοισ, (vt in prouerbio eſt) mittuntur. Tu vero ea
frōte, qua mea ſemꝑ ſolitus es, illū accipe. Et ſi tardius quā
ſperaueras, & frequētibus literis tuis efflagitaueras, ad te for
taſſe venit, noli mirari. Quādoqdē à labyrintheis ſe ſe am-
bagibus, aliquoꝝ opera vix etiā nūc extricare potuerit. De
buiſſet ſanè liber iſte ante Herculis Eſtenſis, Inclyti Ducis
tui cōſpectū ſe repręſentare, ſi qdē vtſcis, & ſequens Franci
ſci Scæuolę Epiſtola inſinuat, in florētiſſima atq; paccatiſſi
ma illius Vrbe Ferraria. Et ſub tanti Principis fœliciſſimo
Imperio

Imperio initiũ ſumpſit. Verũ quia Patrũ meorꝫ iuſſu, Ciuitatẽ illã, natura ipſa & ſitu, & ædificiorꝫ deſcriptiõe, atq; pulchritudine nobiliſſimã, tranquillã præterea, relinquere, & in infœlicẽ patriã redire, ac Papiã totpapè procellis, tempeſtatibus, naufragijs, ruinis, incendijſq;, paulo ante pcuſſam, atqꝫ penè funditus euerſam, incolere coactus ſum, optatũ ibi finẽ ſumere non potuit. Hic vero multis, ac varijs agẽdarum rerum, & officij mei morantibus tricis, ac ob neceſſariarum ad impreſſoriam artem rerum penuriam, & alijs hincinde emergentibus atqꝫ pullulãtibus in dies cauſis admodum impeditus, vix tandem ad eam quiui contendere metam, vt hodie à libri impreſſione chalcographi manum retraherem, Propterea libellus ipſe, quoniã ex ea nũc vrbe, quæ vix vrbis faciem adhuc, poſt tot ſuſceptas clades, recuperare incipit, nudus ferè, ac nuptiali veſte, dicendi.ſ. lepore atqꝫ facundia minime ornatus, exit. Ad regales tanti atq; talis Principis nuptias venire non audet. Ne forſan importuno tempore, non vocatus, & incomptus accedẽs, cũ ignominia, & plagis inſup impoſitis, repulſam ferat. Proĩde tu, qui à teneris annis, in illorum Principum aula nutritus es, & horas adeundi, & quę ad eorum faciãt ſtomachum, optime cognouiſti. Cum librum tam multa linguarũ diuerſitate, & multigena characterum varietate refertum, acceperis. Si tam excelſi Principis adire præſentiam non indignũ fore cenſueris, & gratum quoquomodo futurum iudicaueris. Fac vt lubet καὶ ὡς ἐπιποιεῖς, Inſuper & me, & religionẽ meã Excellẽtiſſimę. D. S. cõmẽda. Tu quoqꝫ interim Ambroſiũ tuũ vt ſolitus es ama. Vale, ex Cœlo Aureo Papiæ quintodecimo Kal. April. M. D. XXXIX.

Franciſcus

FRANCISCVS SCAEVOLA SPO-
letanus candido lectori. S. P. D.

INgruẽtibus bellorum procellis quæ totã fermè Italiã deuaſtarunt, Theſeus Ambroſius ardentiſſ. Auguſtini placitis mancipatus ſtatuerat poſt Ticini direptionem (vbi typorum naufragium pertulit) vrbem incolere, vnde velut ab arce armorum tonitrua, ac fragorẽ impauidus audire poſſet. Fluctuanti caſu Ferraria contigit, vrbs omniũ, quę in Itala plaga radiant, munitiſſ. ſiquidem pergamis circundata, necnon latiſſ. foſſa tormẽta ſacra, ſimul & prophana contemnit, cui rei argumento ſunt innumerę clades tot annos per Italiam debacchatæ, quarũ tñ expers Ferraria, fuit. Adde ꝙ hodie hęc ſola ab Aſtrea, quæ Principum iniquitate in cœlum, heu, receſſit, proſpectat, enimuero ſi ſuperis terrena cordi forent, non alium credo locum, in tota mundi periodo, deligerent, atq; diligerẽt, hic equidem pleno copia cornu ridet, adblanditur fortuna permanens hic ſtabilis, hic pax alta, & tranquilla quies, nihil enim ita exagitatum, lacerum, turbulentum, ꝙ Ferrariæ non reſipiſcat, porrò omnibus attritis Ferrariẽſes viuũt aurea ſecla, iccirco Maronianum illud non minus vere, quam ſcite de ea concini poteſt, ὦ patria, ὦ diuũ Domus Ilium. quę omnia ex Principis dũtaxat bonitate ꝓueniunt. At qui Hercules planè ἀλεξίκακοσ, vt impendentia mala ꝓpulſat, ſic bona cũcta coaggerat, oues non deglubit, ſed induit, neminem harpagat, ditat quotidie plurimos, & vt verum fatear, ſub hoc tãtum Principe degere iucundũ eſt, Priſcos Dynaſtas imperando ſequitur, & aſſequitur, quippe iuſtitia Ariſtidem æmulatur,

æmulatur, agit Phociona temperantia, exſcribit liberalitate Gilliam Agrigentinū, comitate Artaxerſem præſefert, prudentia Cunctatorem, Dictatorem rerum peritia, ob quas animi dotes ei ſuggerit imperia Iuno. Nāq; amplitudine regni vtrūq; fretum attingit, alit florētem populum ἀφροδίτη, Pallas tuetur arces, qua re illud Sophocleum identidē immurmurat, Iupiter mihi pręeſt. Herculis igitur hoſpitio fotus Theſeus Chaldaicos penè ignorabiles characteres cū Armenicis, & quampluribus alijs, ſeriatim cudit, & ceu potiunculam quandam candidatis inſtillat ad cōmunē vtilitatē. Quippe priſci illi inimitabiles in ſumma laude ponebāt mores plurimorū, & ciuitates noſſe, ſic Vlyſſes πολύτροπος, vatum Coryphæo canit. Præterea ſi ſermone tm̄ à brutis diſtamus, quo carentia illa nequeunt rōem ſuā propalare, qd eſt quod noctu, interdiuq́; non ſatagimus linguā excudere, vt facundi videamur? Prędicāt Ennium tria habuiſſe corda, ꝙ Oſce, & Volſce, & Latine fabulabatur, nos hunc cordatiorē iure vocitabimus, q diſſitas linguas pcalluerit, quiq́; ignoratum hactenus idioma profiteatur. Proinde ſi eſt homo elinguis in aliena lingua, tu qui abuſq́; Indis merces auehis, compendioſoſum opuſculum pellege, nāq; tantulo Duce trans Gargara, tranſq́; ſonantem Oceanum tutus tranſilies, verſaberis inter extimas gentes tu quoq; miles facundo linguarum cōmertio, ijs quoq; elementis recludunt adyta Chriſtianę veritatis, cū διοίκησις, Antiochiæ iſdē abutatur, nimirum Ambroſiā porrigit Ambroſius. Qui penitiora mox dabit, ni hæc qualiacunq; fuerint pręmiſſa (ꝙ dij omen obruant) diſplicuerint. Vale.

Ad lectorem

Ad lectorem, Theſeus Ambroſius.

QVemadmodũ Athenienſis ille Theſeus Aegęi Regis filius (vt veterum teſtãtur hiſtoriæ) labyrintheos anfractus exire, & immanis ora mõſtri oppilare, humanoq; ſanguine pollutas Minotauri fauces euadere icolumis nõ potuiſſet, niſi prius, Dedalo operãte, Ariadnes amicitiam ſibi conciliaſſet. Eodem etiam modo tu candide & amice lector Theſei Ambroſii multiformis linguę harmoniam comprehendere nõ poteris; niſi prius pagellam hanc tibi amicam feceris. Proinde ſi cupis literarum iſtam variaꝶ labyrinthum, ſinguloſq; eius reflexus, & multiplices ambitus, Theſeo ipſo duce facile introire, & quæ ad intelligendum ſunt neceſſaria, vt euadere queas inſtructus, agnoſcere. Correctionum tabulas in fine operis poſitas, imprimis tibi familiares facito. De hinc in primo libelli veſtibulo, clauum figito, ĩde filum ducito, & ad quintam Chaldaici alphabeti cum perueneris literam, ſcito, illã He. vocari. Et quia lenis aſpiratio eſt, in hoc ideo opere, ꝑ vnicam aſpirationem, nõ modo in Chaldaico, verum etiã Samaritano, Hebræo, Punico, & Indorum alphabeto notari. Q uo cognito vlterius prodire non ceſſans, ad octauum elementum fila contrahe, quod ab alijs. Cheth. appellatur. Et quia gutturalis litera eſt, nõ pallati, & fortis aſpiratio exiſtimatur, eam ob cauſam cum duplici ſemper aſpiratione inſinuari. Cum vero ad decimum ſeptimum alphabeti peribolum perueneris, Ain ob oculos protinus habebis, quorum omnino aciem minime offendat, quod nõ per geminum. aa. exprimatur, ſcilicet vt quidam Aain, vel Hain,

Hain,cum aſpiratione,vt alij.Sed per.g.& Gain, vt plurimum appelletur,atq; in eius locum ſemper ferè maiorum exemplo.g.litera ſubſtituatur. Diphthongi præterea illæ αυ,& ευ,cum latino.u.in literis latinis ſemper ſcribuntur, qa maiores noſtri Auguſtum,Eudoxũ,Eumenidas, & alia, id genus per.u.non Afguſtum,Efdoxũ,Efmenides,per.f. ſcripſerunt.Rationem conſideret is, qui nouit qñ.φ. vel.f. ἐν συλλήψει ἢ ἐν διαστάσει,cum talibus ſimilibus ve conſonantibus ſtare poſſit. Cæterum quoties externæ dictiones,præſertimq; Chaldaicæ,latinis literis exprimuntur, &.dh.aſpirationem habet adnexam,tunc Chaldaicũ Dolad, rubro ſubſignatur puncto. Contra vero,rubenti in capite litera ſigno notabitur.Idem prorſus cẽſendum eſt de Coph, & Thau,tenuibus vel aſpiratis.c.videlicet &.t. Nã tenuis rubro ſignatur vertice puncto. Aſpirata capit roſeum ſub pectine punctum.He.litera,cum in capite pũctũ habet, p.o. prope ſemper profertur,& fœminini generis inditium eſt. Zain,quia prolationẽ lenẽ requirit,per vnicũ.z.repſentat. Zzode vero,vel Zadich,quoniam fortem expoſcit in prolatione enunciationem,vt Punicorum,Armeniorũq; pronunciatio in Chaldaica,& Hebraica litera euitetur, per duplex.zz.non per.tz.ſcribitur. Reliqua omnia cognitu per facilia ſunt.Iſta ſi diligẽter obſeruaueris,facile è labyrintho victor reuerteris,& tutè per orbem vniuerſum ambulabis.

¶Ioannes Stancarius Ferrarieñ.

Ara Panomphęo vetus eſt ſi ſacra tonanti,
Quod linguæ & vocis ſentiat omne genus.
Sacra Panomphæo tibi erunt altaria Theſeu,
Qui linguæ & vocis nos genus omne doces.

 ¶Bartholomæi

¶ Bartholomæi Fumi, Villaureñ. Placentini, Prędicatoꝝ Ordi. hereticęq́; prauitatis Inqſitoris, i opus carmẽ.

Grata Palęſtini tranſmittunt balſama colles.
Thura Sabęorum rura peruſta ferunt.
Semper flore virens ſapidum mel donat Hymettus.
Vitifer atq; merum dulce Falernus habet.
India fert Hebanum, mittunt ſua vellera Seres.
Et Padus, & Ganges aurea dona legunt.
At pater Ambroſius toto celebrandus in orbe,
Linguarum eggregiè nunc genus omne refert.
Hic Arabum libri, populorum elementa pateſcunt,
Normaq́; diſcendi cum breuitate datur.
Huic operi ſtudeas, linguarum ſi genus omne
Scire cupis, paruo tempore doctus eris.
Perge liber. quò? quò libeat. num tutus abibo?
Tutus eris. tutum docta Mineruafacit.

¶ Fratris Euphemij Minoritæ Epigrãma, ad lectorẽ, de D. Ambroſii Albonesii Panomphęo libello.

Si quæ ſcire cupis, fuerint commertia linguæ,
Antequam ab ogygio merſerat imbre ſolum;
Et quem poſteritas ſcribendi inuenerit vſum,
Quæ ve hominum ſcriptis lingua notata prior,
Docta Panomphæi hæc teneas documenta libelli,
Sic ſcribes hominum, priſcaq; verba leges.
Et ſic Romanus, ſermone videbere, graius,
Medus, Idumæus, Lybs, Afer, Indus, Arabs.

¶ Alphonſus

¶ Alphonſus Fontanella Regienſis.

Non te immortalem Rex ingens Ponticeſceptrum
Reddidit, at virtus teſuper aſtra tulit.
Profuerat nil magnus honos, nil regna, fuiſſet
Ni virtus, fruſtra nam tumor omnis erat,
Sic nunc doctiloquus tua per veſtigia greſſus
Ambroſius dulci dulcior Ambroſia.
Nec tibi nec noſtris in noſtras protulit oras
Cognita phœbęo lumine clarā magis.

¶ Ioannis Euāgeliſtæ Arpinatis ad lectorē.

Europam atq; Aſiam & Lybiam peragrare viator,
Quiſq; cupis, lateat ne tibi lingua pio
Quęlibet, vt claro valeas ſermone profari
Gentibus ignotis, hic tibi munus erit.
Hunc cape perplacide toto rarum orbe libellum,
Quo duce, præpoſitum perficietur iter.
Muneris Authorem Ambroſius ſe præbuit huius,
Ex quo nectareum nil niſi, melle fluit.

¶ M. Antonius Victorinus Romanus.

Cadmæi laticis magnuſq;, nouuſq; repertor,
Quo duce, quæque ſuas lingua habet vna vias.
Et quid in hæc maius defertur tempora, cum tot
Nectareus titulos inuenit Ambroſius.
Hoc de te cantet latium, patriuſq; Ticinus.
Dum loqueris, certe hæc cęlitus aura fluit.

¶ M. Antonius Boba Caſaleñ.
Aſſyrias petit hic oras per mille pericla,
Aſſyrio poſſit quo bene more loqui.
Atq; alias partes alius petit, & freta ſulcat
Omnia, ſic linguas calleat vt varias.
Conſuluit tantis hominum ſudoribus, atq;
Hunc illis librum condidit Ambroſius.
Paruus ineſt labor hic, nulla hic diſcrimina, tutum
Hoc mare, ſulcantes per vada tuta vehit.
Adde quod & linguas potes hinc ediſcere cunctas,
Quas & Sol Oriens nouit, & Occiduus.
Ergo quiſquis amas hominum cognoſcere linguas,
Parce viæ, atq; nouum ſume opus Ambroſii.

¶ Dionyſii Zanchi Bergomatis, Canonici
Regularis Lateranenſis, carmen.
Quod modo per terras omnes, perq; alta petebas
Aequora, id exiguo codice lector habes.
Quod genus vllũ hominũ, qđ non tot ſęcla tulere,
Hoc tibi nunc vnus tribuit Ambroſius,
Ambroſius Ticini, & cœtus lux maxima noſtri
Virtute, & multo nobilis ingenio.
I fęlix, i macte animo Pater optime, tanto
Munere tu diues lector amice, Vale.

¶ Auguſti Bottæ Roueſcalenſis carmen aſclepiadeũ coriambicũ, cui percunctãti Echo annuit.
Ecquid ſit latij fare iubar? iubar.
Echo ſacrum opus hoc ædepol eſt? pol eſt.

An tantum ſpecimen fama ferit? ferit.
Terrarum ne plagis omnibus? omnibus.
Hic num Mellificant forſan apes? apes.
Eſt ergo Ambroſius dulce ſonans? ſonans.
Linguarum an vario rore fluit? fluit.
Et nexus dubios incidit? incidit.
Echo archana polo magna trahit? trahit.
Octauus ſapiens ergo liquet? liquet.

¶ Eiuſdē Saphicū dactylicū.

Huc opes cinctis Arabum coronis,
Huc decus nymphæ properate veſtrum,
En nouis linguis venerandus alter
Pullulat hermes?
Aſtruat turrim Babylon ſuperbam
Rurſus, Eois aderit lapillis,
Splendidus fuſæ Ambroſiuſq; reddet
Priſtina linguæ.
An virum talem ſinuoſus orbis
Abnuat? Quid ni. Rubicundus æther
Geſtit, hinc tellus modulatur. Inde
Perſonat æquor.
Scilicet linguam foueant hyeni,
Enitet virtus, penetratq; tanto
Altius, quantum ſuperat volantes
Cæſaris Ales.

¶ Petrus Libaſcus Sacerdos Parmeñ. ad Echo, de Theſeo Ambroſio Comite.

Heus Echo amnium alumna clara, pax, pax.
Obſecro mihi pauca fare, fare.

Sunt

Sunt Orbis tibi nota multa? multa.
Dic, Theſeus Comes eſt vir amplus? amplus.
Eſt linguæ ne peritus omnis? omnis.
Præſtat ne integritate cuique? cuique.
Eſt ne gloria, lauſq; prima? prima.
Qui ſentit ſecus, ille ne errat? errat.
Hunc ne ergo colo amoq; iure? iure.
Hæc ſatis mihi, læta vade, vade.

MINERVA MATER INVENTIONVM, Lectori. S. P. D. Galeatio Allia Patritio Cremonen. Adoleſcentulo ſuggerente.

SI hoc eximium opus fuiſſet ſola inuẽtione hominis cõpoſitum, haud ſanè celebraretur noſtro pręconio, qđ mortalibus cõcedere nõ conſueuimus, vez qa ſuperat vires veſtras, noſtra quoq; oratiõe efferri ſatis fuit ęqſſimũ. Nemo.n. poterat hoc in genere artis cõponere, cui ea minimè fuiſſet copia ſcriptorum ac virorum à ſuperis propoſita, quam vnico authori cumulatiſſimè præſtiterunt. Nam vndiq; huiuſmodi religioſis tantùm exhibentur prara monumẽta atq; artes huiuſce generis, dum vel damnãt, vel expetunt ipſi, quorum in conſilijs ac abſolutionibus eſt ſalus animarum collocata. Id propter is ſuperũ numine ductus ſacrum ſelegit, quem potiſſimum colitis, ordinem religioſę vitæ, ac eam obtulimus occaſionem, vt vberior nequeat deſiderari. Hanc verò ęditionem ideò diſtulimus, vt, cùm tot in cœlorum reuolutionibus conatu veſtro abſolui nõ potuerit, fateamini facilius diuinũ dũtaxat id munus exiſtere. Et quoniam breui expediet vos hac in lingua, literarũq;

arte ac alphabetorum,quę hic traduntur,eſſe edoctos,quū ex Cæſaris triūpho liberior dabitur in regionibus Aphrices atq; Aſyæ conuerſatio. Cæterū quid vobis eſſe debet oblectabilius? quid vefęlicius? cum via deinceps erit negociationibus ac amicitijs contrahendis aperta per vniuerſum terrarum orbem? Conſequenter intelligetis nō ab re Theſeum nuncupatum fuiſſe,quo ſicuti ille exemplum reliquit operibus,ita hic parandę neceſſitudinis facultatē ſuo opere cunctis afferret. Qua ratione etiā Ambroſius, quē voluerunt verius ob miram ſuauitatem pręceptionis Ambroſiam dixiſſe,nō perperàm denominatur. Verum quisnam alius inexplicabilem diſpoſitionem fuiſſet ac inenarrabilem doctrinam perelegantis compendij cōſecutus? tanta.n.ars ineſt,vt eos pariter alliciat omnino,qui nihili faciāt tractatū. Nam,dum oblectabunť varietate lectionis, ſimul & deguſtabunt dulcedinem huiuſce nectaris, & nūquam ſatis ſaturari poterunt. Non poſſum enim cōmodè referre copiam eorum,quæ cōtinentur in ięſtimabili volumine. hoc vnum non te fugiat,quære librū,atq; ei inuigila plurimum,quicqd optaueris,non fruſtrabis vota. O Iouis opti. maxi.ſupremam clementiam, qui mortales quoq; effeciſti Ambroſia dignos. Itaq; ſupereſt,vt ſummū opificem Ambroſiæ Authorem,& ſingularem Theſeum Ambroſium propter Ambroſiā obſerues. Vale in ſtudijs. ex Olympo Palladis. Anno à mūdi initio. 6 8 9 2. Martio currēte in ſecūdodecano. Secūdo Tydei Oldoyni Cremoneñ. Patritij Iuriſprudeñ. ac Cæſarei Senatoris Ticinij Proconſulatus anno, cuius rara Iuſtitię, morum atq; virtutis fama vſq; ad Superni Regis aulam peruenit.

INDEX CAPITVLORVM.

❡ Alphabetum Chaldaicum. Caput Primum. folio. 9.

❡ Cõnexiones noĩum ex alphabeto. Cap. II. folio. 9.

❡ De noĩbus deo attributis ex ordĩe lrãꝝ. Ca. III. fol. 10.

❡ De diuiſiõe lrãꝝ in vocales & ꝯſonãtes, in quo de oĩbus aliaꝝ lĩguaꝝ vocalibus, & multa ſcitu digna. c. 4. f. 10.

❡ De ꝯſonãtibus Chaldaicis, ac cæteraꝝ linguaꝝ, in quo deſcriptio phagoti Afranij, & curioſa multa. c. 5. f. 21.

❡ De literis puncto rubro notandis. Cap. 6. fol. 74.

❡ De vocaliũ Hebraicaꝝ, Chal. & Arab. notis. c. 7. f. 79

❡ De inſtrumẽtis qbus literæ proferuntur. cap. 8. fol. 86.

❡ De lrĩs duplicibus Hebr. Chal. & Puni. cap. 9. fol. 87.

❡ De lrĩs radicalibus & ſeruilibus, & inibi cabaliſtica plura, hiſtoriæ, & curioſa, nõ ingrata quędã. ca. 10. fo. 89.

❡ De numeris Chal. & mõ numerãdi. cap. 11. fol. 132.

❡ De Syllabis ſeruilibus Chaldæorũ. cap. 12. fol. 135.

❡ De Armenioꝝ lrĩs & introductiõe. cap. 13. fol. 142.

❡ De diuiſiõe lrãꝝ Armenicaꝝ, & de diphthõgis, & diuiſiõe ꝯſonãtiũ, & eaꝝ cũ latinis ꝯformatiõe. c. 14. f. 143.

❡ De ſyllabis ſeruilibus Armenioꝝ, & inibi ſimulachrum Phagoti, & catalogus virorũ excellentiũ in diuerſis facultatibus, ciuitatis Papiæ. cap. 15. fol. 174.

❡ Vuãdaloꝝ literę ſparſim habent. Fol. 50. 51. 58. 60. 61. 62. 63. 66. 67. 77. 149. 150. 158. 163. 166. 167. 170. 171. 174.

❡ Exercitamẽtũ Chaldaicũ & Armenicũ. f. 184. 185.

❡ Appẽdix multarũ diuerſaꝝq; literaꝝ, in qua ſunt. 24. alphabeta diuerſa, & quædã ad Arabicã grãmaticã pertinentia, necnõ & magici characteres. fol. 193.

CHALDAEORVM LITERAE, QVI Syriam incolunt, quæ etiam Syriacæ dicuntur, & quibus Antiochena Patriarchalis Eccleſia in ſacris vtitur, duę & viginti ſunt, quę his figuris atq; nominibus exprimuntur. Caput Primum.

ܘ	ܗ	ܕ	ܓ	ܒ	ܐ
V.	H.	D.	G.	B.	A.
Vau.	He.	Dolad.	Gomal.	Beth.	Olaph.
ܠ	ܟ	ܝ	ܛ	ܚ	ܙ
L.	C.	I.	T.	HH.	Z.
Lomad.	Coph.	Iud.	Teth.	Hheth.	Zain.
ܦ	ܥ	ܣ	ܢ	ܡ	
P.	Ga.A.	S.	N.	M.	
Phe.Pe.	Gain.Ain.	Somchath.	Nun.	Mim.	
ܬ	ܫ	ܪ	ܩ	ܨ	
Th.	Sc.	R.	Q.	ZZ.	
Thau.	Scin.	Ris.	Quoph.	Zzode.	

¶ Legũtur autem Hebræorum more, à dextro, in ſiniſtrũ latus, Habẽt ꝑterea Chaldæi & Syri, alias quoq; minores literas, quarum figuræ ſunt infraſcrpitæ.

ܝ ܛ ܚ ܙ ܘ ܗ ܕ ܓ ܒ ܐ

i. t. hh. z.ſd. u. h. d. g. b. a a a a.

ܬ ܫ ܪ ܩ ܨ ܦ ܥ ܣ ܢ ܡ ܠ ܟ

t.th. s.ſc. r. k.q. zz. p.ph. ga.a. s. n. m. l. c.

Cōnexiōes noīum ex alphabeto recto & īuerſo. Ca. II.

Onnectitur alphabetū hoc, Hebræorū more, duobus modis. Vno inquā ab Olaph, initio facto, ī ſex cōnexiones, quę ſingulę nomē cōficiūt, & in ſeptē verſo ordine, a Thau nimirū nominis cōnexioniſqȝ ipſius ſumpto principio, de quorum myſtico ſenſu, beatus Hieronymus in Epiſtola ad Paulā Romanā, ſatis abunde locutus eſt. Iccirco in breui noſtra hac Chaldaica Syriacaqȝ literarum introductione, nullum de his verbum faciemus. Alio fortaſſe ī loco (ſi Deus cōceſſerit) copioſius aliquādo diſſeremus. Primus itaqȝ cōnectendi modus, ſic ſe hēt.

ܐܒܓܕ. ܗܘܙ. ܚܛܝ. ܟܠܡܢ. ܣܥܦܨ. ܩܪܫܬ.

q.karſcath. ſaphazz. calmon. hhati. hauaz. obgad.

Huiuſce cōnexionis primum nomen componitur ex Olaph. Beth. Gomal. & Dolad. Scd'm He. Vau. & Zain hēt. Tertio inſunt Hheth. Teth. & Iud. Quarti literæ ſunt Coph. Lomad. Mim. & Nun. Cōprehenduntur in qntō Somchath. Ain. Phe. & Zzode. Reliquę quatuor alphabeti literę. ſ. K. Quoph. Ris. Scin. & Thau. Sextū & vltimū connexionis nomen perficiunt. Secundus cōnectendi nominaq; formandi modus, à Thau incipiens, talis eſt.

ܬܫܪܩ. ܨܦܥܣ. ܢܡܠܟ. ܝܛܚ. ܙܘܗ. ܕܓܒܐ.

dagbo. hhezuhe. iat. melach. geſan. quezzaph. theſcar.

Et huius

❡ Et huius quoq; ꝯnexiõis. Primũ nomẽ ex Thau, Scin, & Riſc, cõponit. Secũdũ ex. K. Quoph, Zzode, & Phe, Tertiũ ex Ain, Somchath, & Nun. Quartũ ex Mim, Lomad, & Coph. Quintũ ex Iud, & Teth. Sextũ ex Hheth, Zain, Vau, & He. Septimum ex Dolad, Gomal, Beth, & Olaph. ❡ Quid vero ſeptẽ iſthæc, & ſex ſupius deſcripta nomina ſignificent. Et quæ nã in duobus iſtis, cõnexionis alphabeticæ; modis, myſtica lateant, qđ .ſ. ex primo cõnectẽdi ordine, ſex duntaxat noĩa cõponant, quæ ab Oleph, ideſt a doctrina, in extremũ ſignũ deſinũt. Ex ſecũdo vero, q̃ ab vltima alphabeti litera, tãquã a ſigno ad verã doctrinã patris, videlicet, filij, & ſpiritus ſancti, cognitionem, nos (q̃ in vltimis cõſtituti ſumus tẽporibus) reuocat. Aliquando fortaſſe, Deo ipſo annuente, explicabimus.

❡ De noĩbus Deo attributis ex ordine literaꝝ. Cap. III.

VNicuiq; alphabeti elemẽto ſeu lraꝝ notæ, Chaldæi nomẽ vnũ Deo oĩpotẽti (ſi mõ antiq̃s illis p̃ribus iſte mos fuit) nec nõ & Saluatori nr̃o, (ſi poſt Xp̃i redẽptionẽ ĩ vſũ v[illegible]t) attributũ, accõmodare ꝯſueuerũt, Vt pueri, vna cũ primis literaꝝ rudimẽtis, creatorẽ ſuũ, ſueq; redẽptiõis autorẽ, ꝯtinuo ĩ ore hẽant, neq; vnq̃ obliuiõi tradãt ſanctiſſimæ trinitatis ſacramẽtũ, iſto ſanẽ mõ ora apiẽtes

ܐ. ܐܠܗܐ. ܒ. ܒܪܘܝܐ. ܓ. ܓܢܒܪܐ. ܕ. ܕܝܢܐ.

daiono. d.	gaboro. g.	baruio. b.	aloho. a.
iudex.	potens.	creator.	deus.

ܗ. ܗܕܝܐ. ܘ. ܘܓܕܐ. ܙ. ܙܝܢܐ. ܚ. ܚܢܢܐ.

hhanono. hh.	zaiono. z.	vagdo. u.	hadoio. h.
miſericors.	nutritor.	promiſſus.	humilis.

ܛ. ܛܒܐ. ܝ. ܝܗܘܒܐ. ܟ. ܟܐܢܐ. ܠ. ܫܠܡܢܐ.

elmino. l. cino. c. iohubo. i. tobo. t.
pacificus. rectus. dator,liberalis. bonus.

ܡ. ܡܪܝܐ. ܢ. ܢܘܗܪܐ. ܣ. ܣܒܪܐ. ܓ. ܓܒܘܕܐ.

gobudo. a.ga. ſabro. s. nuhero. n. morio. m.
gubernator. ſpes. lux. dominus.

ܦ. ܦܪܘܩܐ. ܨ. ܨܠܝܒܐ. ܩ. ܩܕܝܫܐ. ܪ. ܪܡܐ.

romo. r. quadiſo. q. zzlibo. zz. pharuquo. p.
excelſus. ſanctus. crucifixus. ſaluator.

ܫ. ܫܒܝܚܐ. ܬ. ܬܠܝܬܝܘܬܐ.

thlithoiutho. t. sbihho. s.
trinus,trinitas. laudabilis glorioſa.

¶ De diuiſiõe lraꝝ in vocales, & ꝯſonãtes. Cap. IIII.

CHaldæarũ literaꝝ quędã ſunt vocales, quædã vero cõſonãtes. Et vocales qdẽ, vt apud Hebręos, & veteres Samaritanos, in varijs illoꝝ alphabetis, ſex ſũt ſ. ܐ. Olaph. ܗ. He. ܘ. Vau. ܚ. Hhet. ܝ. Iud. ܥ. Ain. Sunt tamen qui dicere audeant, predictas Chaldæoꝝ vocales, cõſonãtes eſſe q̃nquidẽ oĩum vocũ ſint capaces. Q uælibet.n.ipſaꝝ p.a.e.i.o.&.u. Latinas vocales enunciari põt, ꝓ vt nimirũ ſignũ aliquod, ſeu notã quãpiã vocis, aut vocalitatis (ſi dicere fas eſt) indicatiuã adnexã, appoſitãq; habuerit. Q uæ ſigna & notæ inferius noĩabunt, & earum figuræ ſcribentur.

Samaritanorum vocales.

¶ Habuerunt Samaritani varios alphabeti characteres, q

aliqn̄ è tenebris in lucē veniēt. Ex qbus vocales vnius dū=taxat formæ in præſentia adducētur. Scripſere & ipſi à dextra in leuā manū. Sunt autē vocales eoꝝ ſex, videlicet. ܐ. Aleph. ܗ. He. ܘ. Vau. ܚ. Hheth. ܝ. Iod. ܥ. Ain.

Hebræorum vocales.

¶ Multiplicibus ac varijs olim Hebræos, queadmodū & Chaldæos alphabetis vſos fuiſſe, ex autoꝝ haud quaquam ignobiliū relatione, cōprehendere poſſumus. In qbus vocaliū noīa fuerunt vt Samaritanoꝝ. Et eoꝝ caracteres (vt noſtri tp̄is vſum ſeqmur) ſunt īfraſcripti. ſcilicet. א. Aleph, ה. He. ו. Vau. ח. Hheth. י. Iod. ע. Ain.

Arabum & Punicorum vocales.

¶ Inter Punicoꝝ, Arabū, Turchaꝝ, Perſaꝝ, Tartarorū, & totius ferè Maumethanæ ſectæ literas (vt eoꝝ qui vnico vtunt alphabeto vſum ꝓſequamur) vocales ſūt ſeptē, quaꝝ nomina tm̄, nō figuras, ponā, qn̄quidē & iſtaꝝ alphabetū, & Alphurcan quē Alcoranū vocāt dudū publicitus habeant, & Nebien. Ep̄s in ſuo Octoplo Pſalterio, iā multis antehac annis Pſalteriū quoq; Arabū characteribus chalcographicis impreſſum typis immiſcuit, ac publice currit. In qbus id genus literaꝝ notæ atq; vocales cernunt. ا. Aliph, ſeu Eliph, prima alphabeti litera, & cū Aleph, Hebræo, & Olaph, Chaldęo, & cū reliqs ab. a. incipientibus cōuenit. ه. He, ſexta ح. Hha, ſeptima, ع. Aain, decima octaua و. Vau, ſeu Voe, vigeſima ſexta ه. He, vigeſima ſeptima, nec nō ي. Ie, vigeſima nona & vltīa alphabeti lr̄a.

Latinorum vocales.

¶ Latini quinq; tātū vocales habent. a. e. i. o. & u. tā & ſi. y. ypſilon, pro Græcis nominibus additum ſit.

Græcoꝝ

Græcorum vocales.

ℭ Græcis vero omnibus ſeptē ſunt vocales .α. Alpha .ε. Epſylon .η. Ita .ι. Iota .ο. Omicrō .υ. Ypſilon, & .ω. Omega. Vocales vero Aegyptiacas, Babilonicas, Saracenicas, Hieroglyphicas, Gotticas, Hetruſcas, Aeolicas, Magicas, & aliaꝝ gentiū, quāplures alias aliqñ in varijs illaꝝ alphabetis, Deo Opt. Max. ꝑmittēte publicandis cōprehendere poterimus, quas in prę̄ſentia prętermittimus.

Iacobitarum Cophtitarumq; Vocales.

ℭ Iacobitæ, & Cophtitæ, qui etiā circa Aegyptum inhabitant, quiqꝫ Græcis vtuntur literis, paulum tamen variatis, atq; additis, ſeptem, ad finē alphabeti literis, decem numero vocales hñt. ⲁ. Alpha, primā alphabeti literā. ⲉ. E. qntā, ⲏ. Heda, octauā, quę ſimilis eſt, Ita Græco, & aſpirationi latinæ. Cui etiā aſpirationē lenē addunt. ⲓ. Ioda, decimā ⲟ. Off. ſextādecimā, q̄ loco Gręci Omicrō eſt. ⲩ. He, vigeſimā ſecundā, quæ Y pſilon Gręco, aliquantulū ſimilis eſt. ⲱ. O, vigeſimā quintā, quę Omega Gręcum repręſentat. ϥ. Vey, vigeſimā ſeptimā, quā tamen aliquādo etiā pro. V. cōſonante ponunt. ϩ. Hori: vigeſimā nonā quæ ꝑ aſpiratione forti habet, & Hheth, in ꝓlatiōe repręſentat. Ϫ. Yieuſa, q̄ & Gieuſa dī. 3 o. ſimilē ϫ. Ie, Armenico, decimo nono in ordine alphabeti, & ſcribi debet ac ꝓferri, vt ſcripta Gręce ꝑ diphthōgū imꝓpriā ypſilon iota, vt mya.

Macedonum, & Dalmatarum, vocales.

ℭ Macedones, & maioris, ac minoris Miſię incolę, qui Bulgari, atqꝫ Seruiani modo appellantur, quorū impreſſi libri circunferuntur, & Dalmatę, qui etiam proprias literarum figuras, eadem tamen nomenclatura, cū ſupraſcriptis

habent,

habent, & quorum pariter libri chalcographorum cura impreſſi habentur,quamquam etiam apud Dalmatas alię ſint,nec dum impreſſę, literarum figurę, decem numerant vocales,videlicet. а.а As,vel Az. є.є. Ieſt,quę loco. E.ha betur,& і.ї. Iſe,pro Iota и.и. Hi,quę ſimilis eſt Ita Gręco; о.ѻ. On,pro Omicron. ȣ.ȣ. Vch, quę tamen aliquando conſonans eſt ѿ. Ot,& ѡ. O,quę loco Omega Gręci eſt. ѣ.ѣ Iat. ь.ь Ier,licet Ot,& Iat,& Ier,potius ſyllabę eſſe vi deantur,quam ſimplices literę atq; vocales.

De Indorum vocalibus.

¶ Indorum vocales, quantū ex literaꝝ figuris agnoſcere poſſumus,ſeptem ſunt. ሀ. Ha.prima,quę He.Hebręo, & Chaldęo rñdet,&. ሐ. Ha.tertia,& ኀ. Hha.vndecima, q̄ Hhet,Hebręum,& Chaldaeū repręſentat, &. አ A.tertia decima,quę Aleph,& primā literam omnium fere idioma tum(quo ad ſimplicē vocis enunciationē) reddit. Aliquā tamen cum.α.Graeco,&.a.Latino conformationem hēt. ወ. Vua.quinta decima,quę Vau,Hebræum,& Chaldęū eſſe poteſt,quamuis per duplex.u.à Ioanne Potken ſcriba tur,& illa fortaſſe potuit eſſe ratio, quia aliquando (vt de ȣ. Vch,Macedonum,& Dalmatarum litera dictum eſt) ſimplex remanet conſonans.Et ዐ. A.ſexta decima, quae loco Ain Hebræi, & Chaldæi aſſumitur, & ab Ioanne Potken,in ſexta decima Ogdoade,cēteſimi decimi octaui, iuxta illorum numerum,Pſalmi,loco Ain,poſita eſt,cui ta men in Syllabario aſpirationis notam non addidit,cum poſtmodū dicturus eſſet,apd' Indos (quos ipſe Chadęos vocat) triplicem eſſe aſpirationem, in quo cum Hebræis concordare videntur, qui habent .He. Heth. & Aain.

Aut

Aut igit' ĩ dicta Ogdoade. ሐ He, tertia, in Syllabario iſtiꝰ us, litera, & ipſa quidē, qntę ſuę (vt ipſe appellat) Stātiæ ſub ſtituenda eſt, aut dicēdum Ain, aſpirationem non habere, & ipſam certe ſextę decimę numerationis in Syllabario literā, Hebræū atq; Chaldæū Ain, reprę ſentare, quod quidē magis conſentaneum eſſe videtur, quandoquidem in nominibus, quæ Hebręis, & Chaldæis, & Indis cōmunia ſūt, quę etiā plurima ſunt. In quibus Ain. ponit' ab Hebręis & Chaldæis, ab Indis quoq; poſitum conſpicimus, vnum aut alterum ſufficiat exemplum, nam quod Hebræi, ܪܫܥܝܡ reſcaim, Chaldæi, vt in Pſalterio Nebiēſis, ܪܫܝܥܝܢ raſciin, & ĩ Chaldæo noſtro Antiochæno, atq; Syriaco ܪܫܝܥܐ raſciæ, Indi quoq; ܪܫܝܥܝܢ raſciin, ideſt impii, in Pſalmo primo, In quo bis aut ter ipſum nomen, & cum eiſdem literis ſcriptum reperitur, & in Pſalmo ſecundo in ſyllaba ܥܠ al, tam Hebræa, quā Chaldæa, ibidē in Indorum Pſalmo ܠܥܘܠܐ laola, ideſt aduerſus ſimili modo per Ain, ſcriptum eſt. Septima & vltima Indoꝶ vocalis eſt የ. Ia. decima octaua Syllabarij litera quæ pro Iod, aſſumit'. Iſtas Indi ſuas vocales omnes, quinq; vocalium latinorum voce proferunt. a. ſcilicet e. i. o. & u. Et. a. quidem & longo & breui, ſimiliter &. o. breui, ſeu vt Io. Potken inſcripſit paruo & lōgo, quas vocum varietates ex immutatione literæ primæ ſedis ſeu (vt ipſe dicit) Stantiæ, elici poſſunt, quippe ſi primæ quę in a. paruū, veluti in patha Hebręū deſinit, addideris punctū,

ad mediū

ad medium literæ,ad dextrum latus, perinde erit atq; ſciü-ruch,vel melopum hebraicum,&.u.longum reddet. Sin vero à puncto literę ſubſtituto dextrorſum,ceu lineam ducturus,aliud punctum adnexſueris,loco hirich hebręi videbitur,&.i.proferes. At ſi ſubter primam literã punctum duntaxat vnicum locaueris, literæ nihilominus coniunctum,& ad dextrum deflexum.a.longum, & (vt hebręorum more loquar)camezatum,conſtitues.quod ſi eidem literæ ſubſtitueris deductam lineam,& illam incuruam in calce,atq; in latus dextrum circularem feceris, ita vt penè b.latinum repreſentare videatur,hæ longum, ac ſi zere hebraicum ſubſtratum fuiſſet intonabit. Porrò ſi in capite ſiniſtri lateris,eiuſdem literæ,ſeu etiam,vt in nonnullis alijs literis,in medio,vel in ſummo, & ad læuam ſeu dexteram partem (vt in Syllabario Ioannis Potken videre fas eſt) punctum addideris.o.paruum perſonabit, vt holem hebraicum abſente vau. Quamobrem videtur eodem ferè officio fungi,quo ſeua,inter hebraicas voces,quia ſcilicet, aliquando profertur,aliquando vero penitus aphonum, & (vt illorum magiſtri aiunt) muſitans eſt.dum quieſcẽs linquit literam ſimpliciter conſonantem. proinde poteſt & de Indorum literis dici, quod de Hebręorum, Chaldęorum,Samaritanorumq; literis, quidam ſuſpicati ſunt, omnes videlicet eſſe conſonantes,quod omnium vocaliũ voces ſuſcipiant. Cæterum ſi in dextro cornu eiuſdem literæ ſuperiori .o. paruum poſueris,& id quidem cõiunctũ, & in dexteriorem partem deflexeris.o.longum ad æmulationem ω omega gręcí efficies,& vocẽ holem cum vau reddet. Et Indi ipſi,illud depreſſa voce atq; ferè ab.u.in.o

illam deflectentes,enuntiant,non aliter q̃ ſi(vt vulgo nos dicimus)lo huomo,proferre vellent.A liqui eorũ quoq; per duplex.oo.enuntiant,ſubmiſſa nihilominus in princi pio voce, ſed aliquantulum producta,atq; in acutum ac= centuuu terminata, vt græci ὠὸν ideſt ouum proferre conſueuerunt.Et hoc ab ipſis Indis ſæpe & ſæpius, cum Romæ,tum alibi obſeruatum animaduerti.Atq; id præci pue,tum quãdo dictus Io.Potken Pſalterium illud Indo= rum lingua & characteribus in publicum pro idiomate Chaldaico & literis quoq; Chaldaicis,ſe daturum polli= ceretur. Q uinimmo iam in chalcographorum manus traditum verſaretur; & ij ad ſuſceptum onus perficiendum die noctu'q; laborantes inſiſterent. Cui ego (cum forte fortuna de Pſalterio & literis illis, mutuo quandoq; inter nos loqueremur,ſenis & amici hominis miſeratus; in cre= dendo facilitatem;vt eum ab errore;falſaq; opinione auer terem;non ſemel tantum;ſed ſępius;ipſum (ſi adhuc vitali hac fruitur aura) teſtẽ voco;memini me dixiſſe. Domine Ioannes (abſit tamen arrogantia;& reprehenſionis teme ritas dictis) pręſtantia tua;vt mihi videtur; plurimũ in hac re fallitur.Non enim iſta eſt Chaldęorum lingua; tametſi in multis voculis;vt in cæteris quoq; linguarum varietati= bus euenire ſolet;cum Chaldæa vera & Hebręa conueni re videantur;nec minus characteres Chaldaici ſunt;quan doquidem;ſi beato Hieronymo credimus; Alphabetum Chaldęorum;Hebręõ;& Samaritano (quãtum ſpectat; pertinetq; ad literarum nomina) ſimile eſt;characteribus tantum;aliquantum diſſimile eſt.En dicas mihi rogo te li= terarum nomina; & notarum ſimilitudines cum Hebręis

ſcribendi; legendiq; modum. Nam Hebrei; Syri; Arabes; & Punici; & Chaldei pene etiam; a dextro in ſiniſtrum latus ſcribunt & legunt. At tui Pſalterij ſcriptura; contrario dictu; a ſiniſtro ad dextrũ latus ducitur legiturq; ; quinetiam nec vna quidem literarum cum Hebreis ; neq; cum Chaldeis ſimilitudinem vel minimam habet. Tũc homo ille; canum pro tempore caput habẽs (vt ijs qui animum mentem deniq; omnẽ in aliquo) trabali (vt dicitur) clauo iam fixerint; euenire ſolet; reſpondebat. Beneſcio ego; qđ iſtæ ſunt chaldeæ literae; & elocutionis chaldaica phraſis. Nam nigri iſti; qui varium religioſorum veſtimentum induunt; & quos per Vrbem vagari videmus; aiunt linguã ſuam eſſe Chaldæam; nec ab ea opinione vnquam diuelli nec fixum (ꝑ aiunt) clauum inde abducere potuit. Verũ paucos ab hinc annos ab Iulio ; eius nominis; Secundo; Pontifice maximo; conuocato œcumenico ; incohatoq; Concilio; & ſub Leone Decimo perſeuerante. Venere Romam ad Synodum: a Presbitero Iano: ſeu Ioanne directi Indi. Venerũt & Syri Chaldei; Ioſephus Sacerdos; Moyſes monachus: Diaconus. & Elias : Subdiaconus. Quorum Sacerdos cum diuinam lyturgiam (quam Miſſam hebraico nomine appellamus) celebrare; ſacraq; deo offerre munera intenderet. Nec prius illi permiſſum; q̃; quo ritu ſacroſanctum munus perficeret: & quibus nã verbis in cõficiẽdo vteretur: clare intellectũ foret. Tũcq; mihi a Reuerendiſſimo Cardinali Sanctae Crucis: apud quem fuerant hoſpitio recepti. delatum fuit. onus. ad verbum (quod dicitur) libellum miſſae chaldaicae transferendi. Tum ego. ne munus aſſignatum defugiſſe viderer.

operæpretium me facturum arbitratus ſum, ſi aſcitis mecū Hebręis & Punicis, ſeu Arabicarum literarum gnaris, quod vix tunc temporis elemēta chaldaica, hebraicaq; atq; Punica cognoſcebam, ad id exequendū me protinus ma ture accingerem. Rogauiq; primum hominem quendā dicaculum olim hebręum, libertatem comineti nomine, quem multarum linguarū arbitrabantur omnes bene peritum eſſe. Is (quod mecum paulo ante amicitiam contraxiſſet) libenti animo ſe affuturum pollicitus eſt. Et dum ad rei effectum deueniſſemus, non mihi omnino ſatis pro voto faciebat, proinde Ioſephum Gallum Hebręum Do ctorem, & illius celebrati nominis Rabbi; Iulij Pōtificis Medici Phyſici filium, cuius ad me carmina latina, pariter & hebręa, adhuc apud me cōſeruātur rogaui, vt in re hac paululū operę tribueret. qui, vt ingenuo, beneuoloq; erat animo, prompto quoq;, alacri, atq; libēti animo operam induſtriamq; ſuam promiſit. Nec ſanè defuit. Elia nanq; Chaldęo, verba chaldaice, & Arabice (quod ſcilicet Syriacum omne vulgus ea lingua paſſim vtatur) recitante. Ille mihi materno; nec minus latino, referebat ſermone. Atq; hoc a nobis modo, in ſcriptis redacta ſunt omnia. Et prędicto Cardinali vnà cum dictis Chaldęis & Ioſepho, pariter cōſignata. Dataq; tum fuit Chaldęis iſtis Syris libera in Vrbe licentia, libertaſq; ſacra celebrandi. Ego vero qui nunq; animum inducere potui, vt crederem, Indorum literas Chaldęas eſſe, ſæpenumero à iam dicto Ioſepho, necnon ab Aaron & Abdia ſcholaſticis in Vrbe Iudæis curioſe admodū aliquādo quærebā, ſciſcitabarq;, atq;, per, ſem, illud amephoras, ineffabile ſcilicet atq; inexpoſitum

poſitum) quod aiunt) Tetragrammaton nomen, Iod, he, vau, he, fidem illorum obſecrans atq; obteſtans, importune percunctabar. Vt quid nam de lingua illa, quam iſti è Syria in Vrbem aduexerant, ſentirent. An vera videlicet Chaldęa eſſet. Vna voce, vnoq; animi conſenſu, aſſeuerabant, illam eſſe chaldęam linguam & verum, vt ipſi vocãt, Targum. Idem quoq; mihi Romæ non ſemel tãtum, ſed ſæpe ac ſæpius affirmare conſueuerat Abraham ille a balmis doctor hebręus, Domini Ioannis Spoletani Canonici noſtri olim Iudęi, cõſanguineus, cuius ſcripta, prężter ea quę ad Philoſophiam ſpectant, etiam grãmaticalia cernũtur. Quibus intellectis, honeſta & laudabili (vt reor) motus æmulatione, Id animo ac mente concepi, vt, ſi quãdo (iuuante deo) mihi facultas vnquam data cõceſſaq; eſſet. Pſalterium Chaldaicum ex Syria aduectum, in publicum ederem. Et cum relictis Romanorum penatibus in patriam tandem me contuliſſem. Iamq; animo diu conceptus deſiderij igniculus in publicum erumperet, ęneis comparatis typis, conflatiſq; ex conuenienti metallo literarum formulis. & adiecta penè manu, poſt maximos infinitoſq; propemodum ſumptus, ad opus perficiendum; (en triſtis erimnis, & honeſtis, ac fælicibus virtutũ ſucceſſibus meis ſemper aduerſa (ſi dicere fas eſt) fortuna affuit. Nam dum iam neceſſarijs omnibus ordinè ſuo diſpoſitis, chalcographoq; ad rei expeditionem parato, Pſalterium illud chaldaicum, & collectanea quædam noſtra, ad linguæ illius, multarumq; aliarum linguarũ lectionẽ, notionem, mutuamq; inter ſe ſe conformationem ſpectantia, in vnum volumen redacta, propediem imprimenda

ſperarem,

ſperarem. Ad annuam patrum meorum ſynodum Rauē nam proficiſcor, & dum diſſolutionis finem preſtolor, reditumq́; in patriam deſidero; ac dies mihi pro anni mora computatur (proh dolor) patria mea infęlix illa ſcilicet olim regia Ticinenſis ciuitas, me adhuc abſente, a Gallorum exercitu obſidetur, multiplicibus vndiq́; concuſſa machinis, vi capit, hoſtiliter prędę dat. Incendio deſtinat. Omnia in ea confunduntur. Rapiuntur, diſtrahuntur, lacerantur, diſcrepuntur. Captiuum omne genus hominū, tam ſacrum quam prophanum, ducitur. Nulli ætati parcitur. In mortuos etiam & laruas, in libros & ſacra quęquæ peſſime ſęuitia furibunda bacchatur. Sanguis, etiam innoxius per domos, per templa, per ſanctorum aras, per compita & publicas vias atq́; plateas vrbis affatim impie effuſus diſcurrit. Factūq́; eſt, vt in illa immani clade, ac patriæ ruina, omnia quoq́; mea, librorum inquam Chaldęorū, Syriorum, Armeniorum, Hebręorum, Gręcorum, variarumq́; aliarum linguarum gratam ſuppellectilem, quam magno mihi pręcio comparatam ex vrbe Roma in patriam mecum aduexeram, ſimul cum ipſius patriæ miſerabili caſu, in vno ferè tēporis momento perdiderim. Quod facinus cum ad aures meas publico (ne famam dicam) rumore deferēte perueniſſet. Vſqueadeo pręnimio animi dolore, vel mœrore potius concepto, afflictus, conſternatuſq́; fui, vt penè vnà cum libris & lucubrationibus meis, etiam proprij nominis memoriam perdiderim. Poſt ſeptē vero annos (diuina vt reor voluntate ita diſponente) in manibus publici cuiuſdam Fartoris reperto iam ſemilacero Pſatterij libello, quem cū cæteris in eineres culcano

paſſim

paſſim debacchante, iam dudum fuiſſe conuerſum exiſtimaueram, iterum ad illius publicationem animum adieci, quo in priſtinum redintegrato, & comparatis denuo formis, literarum amore, & ſtudioſorum iuuenum academię iuuandi, & erroris remouendi, veritatiſq; inducēdæ, ac rei ſacræ augēdæ, gratia, Affranio maxime patruo meo honorando, ſponte currenti mihi calcaria inſuper addente, decreui Pſalterium illud Chaldaicum e Syria aduectum publicare; præmiſſa nihilominus quadam prius ex locupletiſſima illa iam deperdita noſtra, ad linguarum multiplicium notitiam introductione, particula. Vt ex illius lectione, peregrinarum linguarum amatores cognoſcant; inter cætera, an Pſalterium iſtud Chaldaicum ſit, an illud Ioan. Potken, qui in Indiam atq; Aetiopiam, Chaldæam transferre voluit; quin potius forſitan & Armenicā Chaldiam, quandoquidem Chaldia regio quædam Armenię eſt, & Armeni (vt iam dictum eſt) & copioſe a nobis demonſtrabitur, a ſiniſtro ad dextrum latus, Græcorum Latinorumq; more ſcribunt, ſicut & Indi quorum Pſalteriū (vt iam præfati ſumus) in publicū pro Chaldæo edidit. At qui relictis tandem Indis ad Armenios veniamus. Et illos quoq; vocales habere, & quo nam modo cū Chaldaicis; Hebraicis, Samaritanis, & alijs recenſitis literarum varietatibus conueniāt demonſtrantes, palàm pro virili noſtra parte faciamus.

De Armeniorum vocalibus.

¶ Armeni vocales quamplurimas habent, nec tamen ob hanc ipſam cauſam, quinarium latinorum numerum in vocalium prolatione excedunt, quāquam per vnum eundemq;

demq; ſonum.a.vel acutum vel grauem,vel etiam circun= flexum perſonent. Similiter eodemq; modo & reliquas fere omnes vocales.e.ſcilicet.i.o.&.u.prout in Armeni= ca introductione videbimus. Prima tamen (vt pro ratio= ne præſentis loci aliquid dicamus) alphabeti ipſorum li= tera . Ա . ա . quæ aip dicitur , vtrunq; Samaritanum ࠀ chirographicon & ࠀ typographicon, atq; He= braicum aleph,necnon cæterarum linguarū.a.repre ſentat,vt Աբրահամ, Abraham . Ե. iech quinta,quæ etiam pro ࠇ ࠇ Samaritanorum,& pro . ܚ . hheth, & ࠏ ࠏ pro . ܥ . ain,chaldæo & hebræo accipitur,vt Եզրոն , hhezron, ܚܶܨܪܽܘܢ hhezron ſeu eſron , vt noſtri dicunt , & . եզ . ܥܶܙ ez,quā illi pro ain in al phabeto hebræorum ponūt . Է . æ ſeptima, quæ pro ࠄ ࠄ Samaritano,&.he.ac zere hebræo,necnō . ܗ . he.chaldæo ſumitur , vt ուբէթ, ωbeth,quo in loco animaduertendum eſt,quod vt plurimum pro.H.ita græco accipitur,& in.e.lōgum a noſtris traducitur, vt in hoc ipſo nomine manifeſtum eſt , quod græce ὠβήθ,obith,latine vero obeth ſcribitur . Ը . iet vel ier octaua, ſyllaba eſt, quamuis pro vocali vſurpetur , &

ſimilis

ſimilis eſt quãtum ad vocem.Ier.Macedonico & Dal
matico,& .Ie.Punico ըստ Մաթէոսի.ieſt. Matheoſi
ideſt ſecundum Matthæum.ի.Ini.vndecima pro ࠉ י
Samaritano,& Hebræo,& Chaldæo,& omnium alia
rum linguarũ.I.vt Իսահակ. Iſahach.Խ.che. vel.hhe.
tertiadecima idem eſt,ac Samaritanum ࠇ ח Hebræũ,
atque Chaldæũ ܚ .hheth. Nã aſpiratio fortis eſt &
dura magis ſeu aſperior, quam ſuperius dicta.Ե.iech.
quinta,vt Matthæi primo. խաւսեցեալ hhauſezeal,
ideſt deſponſata eſt.Հ.ho.ſexta decima aſpirationis le
nis nota latini.h.& daſeæ græcæ,necnon ࠄ ה he.Sa
maritani,Hebræique,atque Chaldæi.ܗ.he.vicẽ gerẽs
vt in ſuperius citato nomine Աբրահամ. Abraham,
manifeſte patet , quod apud Hebræos & Chaldæos
per.he.ſcribitur.Inuenitur tamen aliquando etiam pro
aſpiratione forti vſurpatũ , vt Matth.primo. Իսահակ
Iſahach,quod ſane nomẽ hebraice atq; chaldaice per
ܚ.hheth ſcribitur ܐܝܣܚܩ lshhaq.Ճ.Ie.decimano
na,quæ etiã.hie.&.gie.dicitur vt.Ճերվազի.geruazi,

վիճիլիա.vigilia.կարիճին.charigin:ideſt ſcorpius
Ճերոնիմոս.hieronymos,& quamquam per.g.pro
ferri videatur,ad ſonum tamen.yi.ypſilon iota græcæ
impropriæ diphthongi tendit, producta voce ac ſi
duplicaretur in pronunciatione litera.ȝ.I.&.յ.i. vige
ſima prima,quæ [illegible] Iod Samaritanum, & iod He
bræum atque Chaldæum.[illegible].Iud,& iota græcum,&
ioda ϳ Cophtitarum,&.Ie. Punicum, &.I. Macedo
nicum,& [illegible] Dalmaticum:atque Indorum.ia.Poſtre
mo etiam.i.latinũ ſimpliciter repreſentat:vt ȝակովբ.
Iacob, յովրամ.ioram.n.vuo.vel vua vigeſima quar
ta,quæ loco.o.parui capitur,vt Matthæi primo.բոոս.
boos,quem nos booz dicimus.վ.vief.vieu.vel viech.
trigeſima. Tribus enim iſtis nominibus appellatum
animaduerti,cũ proximis his mẽſibus Venetĳs eſſem,
& cum Armenico quodam, vna cum Gulielmo po
ſtello Ambollatæo Gallo, viro multarum linguarũ
gnaro,qui paulo ante e Bizãtio in Italiã venerat,verba
facerẽ,ſi quidẽ inter cætera ab eo nõ modo poſtulaui,
verum

uerum etiam efflagitaui:ut alphabeti literas proferret, quod dum benigne faceret, ad id uel maxime animũ aduerti,ut enunciationem iſtius literæ comprehende rem, quam modo uief, modo uero uieu: ac demum uiech, appellabat. Proinde.u.uocalem latinã & ࠅ ࠅ uau, Samaritanum, Hebraicum, Chaldaicum. ܘ. Vau, ſonat, & aliquando pro conſonante accipitur ut uidebimus, concurrit quoque cum.ու.vuo, ad conſti tuendum exprimendumue omega græcum, ut uidere fas eſt in ſuperius adductis nominibus յակոբ. Ia cob: & յորամ, ioram, quæ græce per omega ſcri buntur, & id fere ſemper obſeruatum notaui: quãuis in prolatione Armenica illud.o.flectatur in uocẽ.u. ac ſi diceremus triſyllabice.Iacoub.Iourã.Յովսէփ. iouſeph, ac aliis ſimilibus quamplurimis.ւ.yun .uel iun.trigeſima quarta.& in literã.f.deflectitur ſeu ab ea incipit & fiun dicitur. hinc natum illud eſſe arbitror quod in triuialibus puerorum ſcholis cõmuniter in alphabeto noſtro obſeruatur. ut in literarum nomini

bus recenſendis,cum ad.y.ypſilon ventum eſt,pro eo ſia,dicatur. Accipitur equidem hæc litera pro græco ypſilon,& pari quoque modo ad diphthongorũ con ſtitutionem accedit, quippe ſi poſt.ա.ayp.ſequatur.au. diphthongum exprimet, vt աւգուստոս. auguſtos; դաւիթ.dauith,nos dauid dicimus. Poſt.ե.iech. facit eu.vt եւսեբիոս.euſebios. Et ſi acceſſerit ad.ո.uuo. vel ad.o. aypyun diphthongum.u.græco more cum omicron ypſilon efficiet, vt Matthæi primo յուդայ ծնաւ զփարէս եւ զզարայ ի թամարայ. Iudai csnau zphares.eu. zzarai i thamarai, ideſt Iudas ge nuit phares, & zaram, ex vel de thamar.ւ.Ieu.trigeſi ma ſeptima quæ.eu.diphthongus eſt, vt եւ զզարայ. eu.zzarai,& zarã,vt ſupra. Separatur tamẽ vt in dicto nomine եւսեբիոս. euſebios, & ſimilibus.o.aypyun, trigeſima nona & vltima alphabeti litera.o.eſt,& pro աւ.au. ſæpenumero ponitur, quinimo vt plurimum inuicem ſuccedunt,& alterum alterius loco accipitur, vt աւգուստինոս օգուստինոս. Auguſtinos, ogo

ſtinos

ſtinos: Et quam ſane optime etiam hoc in myſticum ſenſum flectitur. Ego enim ſum inquit alpha & .o. Ego ſum ayp, & aypyun, principium ſcilicet & finis: nam in.ա.ayp, prima alphabeti Armenici litera quæ a. eſt: tria in vnum coeunt pater, ſcilicet filius & ſpiritus ſanctus, tres vnum ſunt, & .o. aypyun, trigeſima nona litera alphabetum claudens, nec ad quadragenarium numerum tranſire permittens, orbis eſt in ſe reuolutus atque reflexus: principio & fine carens, & quam pulchre perpetuam Trinitatis inextricabilem vnionē inſinuet, veſtigando veſtigent: atque cum delectatione odorentur ii quibus myſtica ſenſa placent, & imitentur illum qui ait: a Iudæis quinquies quadragenas vna minus accepi. Et numerationem iſtam minime negligant. Videant præterea atque diligentius conſiderent, ſi forte fortuna ab hac antiquiſſimorum: ac poſt diluuium ex ſtirpe Noe primigeniorum Armeniorū mutua viciſſitudine primæ atque vltimæ literæ, a, ſcilicet & .o. maiores noſtri quaſdam dictiones ſeu

etiam

etiam verba aliqua in quibus.o.proferebatur mutarẽ in.a.uoluerint.pro ploſtrum plauſtrum, pro plodere plaudere dicẽtes: & in multis aliis, quæ recenſere lõgum eſſet idipſum obſeruauerunt. Agreſte ſiquidem ac ruſticanum neſcio quid(ut reor)in illis per.o.prolatis uidebatur ineſſe,iccirco.o.in.a.uertentes cum adnexo.u.uel digamma æolico dulciorẽ enunciationis ſonum cũ diphthongo illa rediderũt. Et ut ſignificati differentiã in hoc uerbo,tam ſimplici,quã compoſito oſtenderent. Ac vt illud quod animorum lætitiã, gratulationẽq; ĩſinuaret,a deriſione & ignominia procul abeſſe demõſtrarẽt. Et vt tanta(ut ſic dicam)quãta ab arcto ad arctũ , a Cynoſura uidelicet ad Elicẽ,& ab extremo duplicis cardinis:ab arctico nimirũ ad antarcticũ polũ ĩtercapedine diſtare,palãfacerẽt. Quãtũq; intereſt ĩter approbationẽ & reprobationẽ, acclamatiõnẽq; & reclamationẽ,tãtũ duo hæc verba ĩuicẽ differre, vt manifeſtarẽt,tali mutatiõe vſi ſũt. In ſacris quoq; literis plaudere manu uel maxime ĩ bonã potius(ut aiũt)

quam

quā in malā capit parte,vt apud ,ppheta Dauid in.ps.47.
Omnes gentes plaudite manibus, iubilate deo in voce exultationis;& in pſal.98.Flumina plaudent manu ſeu percutient manuum palmas,ſimul montes exultabunt coram deo.Idem & apud Eccleſi. Eſai. Hierem.in Trenis,& in Ezech.& quarto Regum, nonnulliſq; in alijs ſacræ ſcripturæ locis habetur. Plauſum vero fecit manibus,Iudith quartodecimo capite, Bagao Eunuchus ante cortinā ini qui illius Olophernis,vt eum quem dormire putarat, nec ſciret,illius truncum cadauer,à puella hebræa abſciſſo iam ablatoq; capite,in ſanguine, proprijq; cruoris tabe prouolutum iacere,excitaret à ſomno.Et ſtultū plaudere manibus Salomon ait. Quemadmodum igitur plaudere aſſentiri & approbare eſt, & gratulationis lætitiæq; ſignū in manuum plauſu oſtenditur. Sic plodere à quo compoſitum explodere, reijcere & repudiare atq; exſibillare eſt, vt quondam Cicerone referente Ariſtonis, Pyrrhonis, & Herili eiecta exploſaq; ſententia eſt. Et Hiſtrio apud veteres dudum ſi paulo ſe mouiſſet extra numerum exibilabatur & explodebatur. Erotes quoq; vt idem.M.Cicero ait, non modo ſibilis ſed etiam conuitio è ſcena explodebatur.Iſthæc dicta à nobis ſint,vt peregrina excitentur ingenia,ac vt ſtudioſi venaticorū canū more, qui mōtiuagæ (Lucretio teſte)perſæpe ferai.Naribus inueniunt intectas frōde quietes. Cū ſemel inſtiterint veſtigia certa viai.Odoram illam canum vim imitati,odoratores nimirum,odoriſequiq; veraces effecti,maiorū noſtrorum veſtigia,non tātum odoranda,verum etiam & vſq; ad ſecreta cubilia perſequenda fore arbitrētur.Quamobrem in literarum obſeruationibus

ſeruationibus veterum adyta, penitiſſimaſq; latebras, pateſacto iam aditu ingrediantur, & labyrintheos anfractus diligenter ſcrutentur, & mutationum cauſas proprio ſtudio, ſagaci induſtria, vigilijs aſſiduis, pertinaciq; labore, per ſe ſe cognoſcere ſatagāt. Quādoquidē vt idem ait Lucretius.

Sic aliud ex alio per te tu te ipſe videre.
Talibus in rebus poteris cœcaſq; latebras.
Inſinuare omneis & verum protrarier inde.

Nec enim omnia à præceptoribus diſcenda ſunt, ſed ſatis eſt induſtrijs viam cognoſcere. Quo vero pacto, cum Hebręorum, Chaldęorum, Syriorum, Samaritanorum, Punicorum, Perſarum, Arabum, Aegyptiorūq;, necnon Latinorum, Græcorum, Tzarchaſiorum, Augaſiorum, Canduſiorum, Macedonum, Dalmatarum, Iacobitarū, Cophtitarum, atq; Indorum, & nonnullarum aliarum gentium vocalibus in prolatione & ſono conueniant. Et quo nā modo diphthongi (pręter iam dicta) tam proprie quā improprie ex vocalibus ſatis commode formari poſſint. Alio forſitan loco, ſi opportunum viſum fuerit, infra dicemus. Sed iam ſatis ſuperq; in præſentia dixiſſe videor de vario genere vocalium, tempus eſt vt & intermiſſis illis ad conſonantes deſcendamus, auxilium eis afferentes. Quandoquidem, ſi ab illis vocalium voces, ſeu ſonum abſtulerimus, magis q̄ȝ piſces (vt in prouerbio eſt) mutæ erunt, nec ſimul copulatæ gratum quid perſonabunt, nec forte cōcinne perſtrepent. Iccirco de ipſis ſingillatim q̄ȝ breuiſſime fieri poterit, tractabimus, earundem nomina & figuras, ſaltem earum aliquas quæ nec dum chalcographorum typis publicatæ ſunt, apponentes.

¶ De cōſonantibus

De conſonantibus, Hebraicis, Chaldaicis, & Syriacis. Caput. V.

AD reliquas igitur alphabeti literas explicandas, deuenietes. Imprimis illud ſcire opus eſt quod Chaldæorũ conſonantes eædem ſunt, quæ & Hebræorum, Syriorũ, & Samaritanorum, eodemq; ferè nomine nuncupãtur. Licet aliquantulum in figura diſſimiles ſint. Punicorum vero atq; Arabum, quin & cæterarũ quoq; linguarũ, vltra vocales ſuperius deſcriptas, reliquæ alphabeti literae ſunt cõſonantes. Tametſi, quo ad numerũ, aliquibus plures, aliquibus vero, non tot numero ſint. Sunt vero Chaldæorũ conſonantes infraſcriptæ, videlicet.

.ܟ.	.ܛ.	.ܙ.	.ܕ.	.ܓ.	.ܒ.
Coph.	Teth.	Zain.	Dolad.	Gomal.	Beth.
.ܦ.	.ܣ.	.ܢ.	.ܡ.	.ܠ.	
Phe.	Somchath.	Nun.	Mim.	Lomad.	
.ܬ.	.ܫ.	.ܪ.	.ܩ.	.ܨ.	
Thau.	Scin.	Ris.	Quoph.	Zzode.	

Ab Hebræis tamen, ac Samaritanis, alio faciliori, auribuſq; magis grato pronunciationis ſono enuntiantur. O. nimirum Chaldæis familiari litera, ſeu melius voce, in.a. vel.i.vel.u.cõuerſa. Nã.ב.Beth. dicũt.ג.Gimel.ד.Daleth. ז.Zain.ט.Teth.כ.Caph.ל.Lamed.מ.Mim.נ.Nun.ס.Samech.פ.Phe.צ.Zadich.ק.Kuoph.vel.Quph.ר.Res.ש.Scin.ת.Thau. Vt videre poſſumus in grãmaticalibus linguæ ſanctæ inſtitutionibus, iãdudũ, tã ab Hebręorũ magiſtris q̃ à fide magis dignis chriſtianis ĩ lucẽ editis. In qbus

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

tamen Samaritanorũ elemẽta minime videntˀ,ſed nec forſitan de eis mentio facta eſt. Quarum figuras, cum nominibus etiam adnexis,placuit in hac noſtra inſtitutione inſerere. Vt ſi forte in alicuius linguarum multigenarum ſtudioſi manus, libellus aliquis, Samaritanorum literis ſcriptus, deuenerit.Illum, ceu incognitis, characteribus ſcriptum, aut penitus ſpernendum fore ducat, aut pro Samaritanis, Hebræa (quod non paruam ſimilitudinẽ inter ſe habeãt) eſſe,minus bene ſcripta, arbitretur. Ne igitur ſuſpenſo diu incerto,ſolicitoq; animo ſit, poſtq̃ in ſuperioribus, cũ de vocalium nominibus,atq; figuris à nobis abunde tractaretˀ,vocalium Samaritanorum figuras, diſtinctaſq; notas cognoſcere potuit. Eorumdem nunc conſonantium inferius deſcriptas duplices figuras conſideret ac diſcat.


De Samaritanorum conſonantibus.

¶ Erit igitur prima,primæ,& ſequentiũ,ſeruato ſimili ordine,Samaritanorum cõſonans: chirographica, qua ſcilicet ſcriptores, & librarij omnes tunc paſſim in ſcribendo vſi ſunt. Alia ſequens typographica,qua nimirum ſculptores in literis in marmoribus ſcalpello figurandis.Necnon & fictores in effigiandis ex ære alioue metallo Deorũ, aut heroum imaginibus,& numiſmatum inſcriptionibus imprimendis vtebantur. Vt cum Romæ eſſem in felicioribus Iulij Secũdi Pontificis maximi, & inſequentibus Leonis Decimi temporibus memini me vidiſſe in æneis numiſmatis. Et anno præterito in ære conflatam Seruatoris noſtri imaginẽ, cũ literis Samaritanis, oſtẽdit mihi Matrona illa ſãctiſſimę credita vitę,cuius nomẽ(ne illã caſtiſſimaſq; eius aures offendam)ſilentio inuoluam, cum Ferrariam pertranſiret,

tranſiret,nauiq; Venetias profectura per Padũ veheret, in cuius altera numiſmatis parte literae cõflatæ ſeu pcuſſæ videbantur,quarum ſenſus talis erat.Meſſias rex venit in pace,Deus homo factus eſt,vel incarnatus eſt.Beth. igit Samaritanum hoc modo figuratur. Gimel vero Daleth Zain,vel Sdain nã & Hebręũ & Chaldæum,& Samaritanum,& Græcum,& aliarũ linguarum zita.s.&.d.implicita habet.Teth Caph Lamed Mim Nun Samech Pe,vel Phe Zadich Koph,vel Quph Res Scin Thau Eodẽ ordine à nobis in ſuperioribus Samaritanorũ vocales notatæ fuerunt,licet ibidem talis forſitan ordo non fuerit animaduerſus. Poſſem hoc loco eandem cantilenam inſuſurrare, quam ſupra de o.in.a.& vice verſa mutatione cantaui,quandoquidem & in iſta conſonantium relatione eiuſdem.o.literæ, variam immutationẽ videbimus.Et à gemino(quod aiunt) ouo, rem exordiri.Nec tamen hic controuerſiam aduerſus Hebræorum antiquitatem,ac linguæ ſanctæ vetuſtatem mouere intendimus. Sed dumtaxat, vt illuſtria quorundam ſtudioſorum ingenia excitemus, ad veſtiganda quædam, quæ hactenus intacta fuiſſe videtur. Per quæ aut Hebræos vetuſtiores Chaldæis,aut ſane Chaldæos ante Hebræos fuiſſe,quodãmodo fateri neceſſarium eſſe videbit. Et illud, תהו ובהו tou ve bou,rudẽ ſcilicet, ĩdigeſtãq; materiã, quæ in Chaldæorum prolatione defluxit (ænygmata, vt caballiſticus, coniectoribus loquar) dum perpetuo ferè o.a naturę tenebricoſa deformiq; facie primitus aſſumptũ, & ab Odom ipſo (quẽ nos & Hebræi Adam dicimus)

primo homine, in illos demeaſſe exiſtimatum, & tam diu ab omnibus vſurpatum, quam diu vnum omnium hominum labium fuiſſe in ſacris relatum eſt literis. Poſt vero mirandam illam, Dei omnipotentis iudicio factam, linguarũ confuſionem, ab alijs illius vſus aliquãtulum ſe ablegauit, & in ſola Chaldæorum ſtirpe, tanquam hereditariũ quid, ſucceſſionis ordine, perſeuerauit. At poſtea quã Abrhom ille Chaldæus, cunctapotentis Dei iuſſu, de Vr, Chaldęorum exiens ad alias demigrauit regiones, atq; nomine adaucto, non Abrhom, ſed Abraham appellatus eſt; qui ſecuti ſunt, naturę illam, inter cætera, primitiuam in loquẽdo (vt ſic dicam) ruſticitatem exuere, atq; vrbanitatem induere intendentes, artis cuiuſq; exemplo, quæ naturam, ne dum imitari conatur, verum etiam ſuperare, ſi poſſit, enititur. Hebręi ſcilicet ceu perſpicaci ingenio præditi, & angelorum familiaribus colloquijs aſſueti. Vt rudes à natura inſitos illius gentis mores, in ciuiles, vrbanoſq; reformare, & in melius inſtaurare conati ſunt. Sic & agreſtes & penè ferocientes, atq; ob id ingratas illas, primorum hominum voces, in canoras, blandas, & audientis aures magis demulcentes, immutare ſtuduerunt. Et hoc ſanè ex ipſis literarum nominibus perſpicue dignoſci poteſt. In quibus primum illud alphabeti elementum Olaph, à naturæ rudibus initijs profectum, originiſq; ſuæ progreſſionem in alia penè omnia elementa diffundens, ſuperbum neſcio quid, aſperumq;: & haud quaquã ꝓlatu facile, nec blandũ in ſe ſe aliqd habẽs, in Aleph, quæ .κ. doctrinam redolet, dictione, ſcilicet ad enunciandum faciliori, ac humili, manſuetaq;, & ad benignitatẽ in animis illius duræ ſemper ceruicis

uicis populi conciliandam,doctrinamq; Dei omnipotētis capeſcendā,& in populo ipſo,ceu in vna.ב.domo,inſerendam,atq; conſeruandam, longe magis docta, & apta verterunt. Simili modo Gomal, in dulci ac blanda.ג.pleniſſimeq; ridenti prolatione Gimel. immutarūt. Et quam gratius ſit Daleth,in.ד.tabulis audire quā Dolad, neminē puto, qui ſano aurium ſenſu vtatur, hæſitare. Quamq; vice verſa durum,abſonum, inſuaueq;, & aſperum magis ſit,elemētū.ח.iſtud(.ו.&.ז.hoc quaſi.ח.vitæ.ט.bonū.י.principiū aſſūptū)dicere Coph, quā Caph, q vocaliū mutuā cōmutationē,recte cognoſcit nō tantū ītelligit,ſed vel.ך.כ.manibus ipſis tractare poteſt. Idéq; de Lamed,& Lomad, facile ſentiet,ſi.ל.diſciplinam Dei, cuius nomen ineffabile eſt,in cordis ſui penetralibus īſertam,habuerit. Nec multū diſcedet.ם.מ.ab ipſa eadēq; ſentētia ī Samech, & Sōchath, Zadich, & Zode,Koph,& Quph,Res, & Ris. Si modo.נ.ſempiternum omnipotētis Dei.ס.adiutoriū,oculis intentis conſpexerit,& de perenni.ע.fonte, qui ex.פ.ore altiſſimi ad nos limpidiſſime defluit.צ.iuſtitiæ tramitem ſeruās abunde hauſerit,&.ק.vocationē.ר.capitis intellexerit, quā tandē admonebantur,vt in Scin.& Thau.vltimis duabus alphabeti literis,in.ת.ſigno nimirum innuēte,&.ש.dētibus quibus vox articulata,huiuſce mutatæ vocalis,facilius promēda foret,præſagiētibus,inuicē cōcordes,cōformeſq;,ꝑſeuerarēt. Et eaſdem tāquam ius quoddā ſanguinis, quod apud iure conſultos immutabile exiſtimatur, immutabiles conſeruarent;quod & factum eſt. Sed iam ſatis ſuperq;, ꝑ ferarū veſtigia,terrę impreſſa,per myſtica ſcilicet in alphabeto ſuperius deſcripto, latentia ſenſa vagati, Perſica nos



tanquā

tanquam tuba reuocante,& receptui canente, conſonãte. Ad reliquas aliarum linguarum demonſtrandas conſonantes, reuertamur.

De Arabicis,Puniciſq; Conſonantibus.

¶ Diximus ſupra Tartaros,Perſas,Turcas,Pœnos,Numidię regna incolẽtes,Arabas,& temporibus iſtis Aegyptum inhabitãtes,ac omnes ferè Maometanos, vnico vti alphabeto,proinde cum de Punicis,Arabiciſq; conſonãtibus loquemur,de cęteris etiam eodem charactere vtentibus intelligendum erit.Sunt igitur iſtorum conſonantes duę & viginti,quarum nomina tantum ponenda venient, non characteres & notę,quandoquidẽ ex editis iã pridem Arabicis libris vnuſquiſq; id cognoſcere poterit. Et prima illorum cõſonans eſt ب be.ſecũda alphabeti litera,cũ puncto vnico ſubſtrato.b.eſt,reſpondẽs.Beth.Hebręo,& Chaldęo.Secũda eſt ت Te.tertia,cum duobus pũctis in capitis vertice locatis.Thau.habet enũciationem Hebræi ſimpliciter ſumpti,& Chaldęi cũ pũcto ſup impoſito hoc modo.ܬ. Tertia vocatur ث The. & eſt quarta in ordine literarum,habet vero tria puncta in triãguli modũ locata, vnico ſcilicet ceu holem eminenti,& duobus,vt zere, ſubter locatis,& pronũtiari debet,vt θ thita Græcũ,& ת Thau raphatũ Hebraicũ,Thauq; Chaldaicũ cum puncto hoc ſanè modo.ܬ.ſubſtrato. Quarta appellatur ج Gim. & quintam alphabeti ſedem tenet,habetq; in curuatura à latere dextro punctum infixum.g.noſtrum repreſentans, & Gomal Chaldęum(vt Hebræorũ more loquar)dageſſatum in hãc formã.ܓ.Quinta eſt د Dal. octauo loco in alphabeto ſita,& latinũ.d.ſonat,& Hebraicũ.ד.Daleth;

& ſimplex

& ſimplex,& dageſſatũ,& ſimilis eſt in enunciatiõe Chal-
dęo huic. ܕ.ܕ݂.Dolad,cum pũcto in vertice. Sexta cõſ-
ſonãs eſt ذ Dhal.nona litera,reſpõdens Chaldęo. ܕ.ܕ݂.
Dolad,cũ pũcto ſubſtrato, & raphato.ד.Daleth Hebrai-
co.Septima ر Re.vocat,decimũ in alphabeto locũ oc-
cupans,&.r.latinũ,&.ρ.rho gręcũ,Chaldæumq;.ܪ.ris, &
ר.res Hebręũ eſt. Octaua. ز Ze. poſt ſuperiore decimã
ſequens,nec in alio quã in puncto ſupra caput locato ab
ea differens.z.eſt,tam in latinum,quam gręcum,& zain he
braicum atq; chaldaicum,ſiue Syriacum.Nona س.Sin.
vocat,& eſt duodecima alphabeti ſupius nominati litera,
& ſibilat perinde,ac gręcorũ.σ.Sigma, & latinorũ.s. atq;
Samech Hebraicũ,& Syriacũ, Chaldaicũq; Somchath.
Et huic ab aliquibus duę breues lineę, ceu duo accentus
acuti gręci ſuperponunt سٓ cõmuniter vero nihil impoſi
tum habet. Decima,quã aliq ش Scin. aliqui vero Schin.
dicunt,tertia poſt decimam in alphabeti ordine comperta,
priori in eo tãtum diſſimilis,ꝙ tria ceu in Deltoton.cęleſtis
ſigni formam,puncta habet ſuper impoſita,penultimę lite-
ræ chaldaici,hebraicíq; alphabeti,quæ vtriſq; .Scin.dicit,
& pręſertim.Scin.dextri hebraici vim retinet,prolationẽq;
eũdẽ in modũ requirit.Vndecima ص Tzat.quæ in quar
to & decimo loco ſita eſt alphabeti,fortis, robuſtaq; litera
eſt,ac vt Zode,& Zadich,enũtiãda, atq; perinde,ac ſi du-
plex.zz.latinũ eẽt. At q̃ntadecima ſequẽs litera ض Tdhat
appellatur, & duodecimum Punicarum conſonantium
numerum complet,duram illam prolationem, non nihil
remittit, ac bleſam quodammodo efficit, quin & linguæ
appulſum intra dentes exigit,vt de Thita græco dictũ eſt,

vel

vel dicetur. Et vltima ipſius litera per .d. fortificatũ potius, quam per .t. ſimplex, ſicuti. ܛ. Teth Chaldæum, cum punƈto in vmbilico vẽtris iniecto, & Syriacum pariter. ܛ . ܛ. Dolad, cum altero in capite punƈtulo enunciãda eſt, nec multũ ab Hebręo. ט. Teth. in vltima ꝓlatione diſſimilis eſt. ط Te. vero ſextadecima, & cõſonãtiũ tertiadecima. Teth. Syriacũ & Hebraicũ eſt. At quarta decima cõſonans quę in decimo ſeptimo loco conſtituta eſt. ظ The. vel. Dhe. dicitur, & vtrãq; ſibi prolationem vendicat, nõnunquam etiam. Tha. vel. Dha. a quibuſdam nominatur, ſimilis eſt pręcedenti, hoc vno tantum excepto (propter quod & prolationis quoq; modum varium requirit) quod punƈtum ſuprapoſitũ habet. Et profertur vt. ܛ. Theth. Chaldaicum dageſſatum. Quintadecima ſequens conſonans, quæ poſt decimum octauum locũ venit, eadem ferè eſt cũ pręcedẽti Arabico gutturali ع Ain. Sed differentię gratia pũƈtũ, ceu caſſidem, in capite aſſumpſit, vt. ג. Gimel Hebraicum fortificatũ exprimeret, & Chaldaicum. ܓ. Gomal, cũ ſubſtrato pũƈtulo æmularetur, proinde غ Gain. vel. Ghain. dicitur, & eius prolatio, quæ aliàs gutturalis eſt, penitiores magis gutturis partes, ĩ quibus (ſi dicere fas eſt) profundatur, dum expromitur, ĩtimoſq; pulmonis receſſus relinquere, atq; inde dum profertur, vi quadam extrahi, atq; euomi videtur. ف Phe. vigeſima litera, & cõſonantiũ ſexta decima Hebręorũ, Chaldęorũq;, & Samaritanorũ. Phe. Et æolicũ digãma. & .ph. Latinũ. & .φ. Phi. Gręcum: in ſua prolatione imitatur, eundemq; ſonũ redit, ac vim poteſtatemq; eandem habet. Septima & decima, Perſarum conſonãs. ق Cap. vel etiam. Caph. dicitur, & eſt

eſt vigeſima prima in numero literarum, vnico dumtaxat puncto à ſuperiori.phe.diſcrepat,cætera ſimilis eſt. Nam phe.videtur eſſe ܩ Chaldaicum quoph, cum punctulo ſuperiniecto capiti. Caph vero eadem eſt, cum duobus in vertice punctis,& quoph,ſeu quph, tam Hebraicũ quã Chaldaicum repreſentat,eãdemq; pronunciationẽ exigit, & pro.q.vel.c.latino accipit. ܟ Chieph,vigeſima ſecunda litera,& decima octaua,cõſonans.c.latinum, & cappa gręcum,atq; Coph,& Caph.hebræũ,& Chaldæũ exprimit,& nõ ſecus atq; Caph,Hebraicũ dictionẽ terminans, Craſſo ſcilicet ſpiritu,ꝓferẽda eſt. ܠ Decima nona cõſonans eſt,quæ lam,dicit. Vigeſima tertia litera ꝓ.l.latino, & lambda græco,& lomad Syriaco,Hebraicoq; lamed, accipitur,nec in prolatione difficultatem habet. Sequitur vigeſima quarta litera ܡ quæ Mim,appellat,& eſt duplex, ſeu duplicata.Nã alia ܡ patẽs eſt,alia vero(vt & apud hebręos & chaldęos) ܡ clauſa eſt. Conſonãtium vigeſimũ numerum complens.Et idem eſt quod.m.latinum, & mi, gręcum,quo ad vocis ſonum,& literę poteſtatẽ. ܢ Nun ſemicirculus inferior eſt, cum puncto ſuper altero cornu, vel etiã in medio ܢ inter vtrũq; cornu ſupeminẽti. Et vigeſima quinta alphabeti litera ,ſed cõſonantium vigeſima prima eſt.Et noſtrum.n.ac græcum.gni.necnõ tam chaldęi quam hebręi.nun.perſonam gerens, atq; officio fungens. ܠܐ Vigeſima ſecunda & vltima cõſonãtiũ erit lamaliph,penultima.Vigeſima ſcilicet octaua litera alphabeti, quæ alio modo quam de.Mim. ſuperius pauloante dictũ fuit,& ipſa duplex eſt,cõtinens videlicet in ſe aliph, & lam, hoc eſt.a.&.l.ex quibus compacta eſt. Semper tamẽ pro

lam. videlicet. l. tantummodo ſumitur, ſi punctum quieſcẽtis aliph indicatiuum ſuper adiunctum habuerit, alias vero pro ſyllaba. la. ponitur. Cæterum vt vera me dixiſſe legentes melius percipiãt, & Punicarum nedum cõſonantium, verum etiam vocalium ſuperius poſitarum, vim, atq; poteſtatem: necnon etiam cõformationem, cum Chaldaicis & Latinis literis, ob oculos poſitam facilius agnoſcãt. Operępretium me facturum duxi. Si capitis tertii Lucæ Euãgeliſtæ partem hic adſcriberem. In qua ſeries originis Seruatoris noſtri Dei & hominis Ieſu Chriſti à Deo ſummo deducta, per nomina propria deſcripta eſt. Nec melius potuiſſe me literarum iſtarum conformationem inſinuare arbitratus ſum. Quãdoquidem propria nomina, propriis etiam literis, ſine ambagibus, literarumq; varietatibus, quæ ambiguum poſſint reddere nomen, ſcribenda ſunt, nec minus in eis elementum vnum pro alio omnino ponendum ſit, ne dum forte Ambroſium tibi obiicio, Afranium intelligas. Chaldaicis tamen hic literis & vocalium notis, Arabicis vndiq; reſpondentibus, expreſſa erunt. Ait igitur Lucas Euangeliſta.

ܩܕܒܕܐ	ܝܫܘܥ	ܘܟܐܢ
Quadbada.	Ieſua.	Vacana.
Incipiens.	Ieſus.	Et erat.

ܘܟܐܢ	ܣܢܬܗ	ܬܠܬܝܢ	ܦܝ	ܝܨܝܪ
vacana.	ſanatahan.	thalathiin	phi	iaziiru
& erat	annos.	triginta	in	ingredi

ܝܘܬܚܢܢܐ ܐܢܗܘ ܐܒܢܝ ܝܘܣܦܐ ܒܢܝ ܗܠܝ

heli bni iuſupha. abni annahu iuthanna
Heli filii Ioſeph. filius eſſe reputatus

ܒܢܝ ܡܬܬܐܬܐ. ܒܢܝ ܠܘܝ. ܒܢܝ ܡܠܟܝ. ܒܢܝ

bni melchi. bni Leui. bni mattata. bni
filii Melchi. filii Leui. filii Mathat. filii

ܝܐܢܝ. ܒܢܝ ܝܘܣܦܐ. ܒܢܝ ܡܬܬܐ. ܒܢܝ

bni matatha. bni iuſupha. bni iani.
filii Mathata. filii Ioſeph. filii Ianne.

ܓܡܘܨܐ. ܒܢܝ ܢܚܘܡܐ. ܒܢܝ ܚܫܠܝ ܒܢܝ

bni hheſli. bni nahhuma. bni gamuzza.
filii Hheſli. filii Naum. filii Amos.

ܢܓܝ ܒܢܝ ܡܘܐܬܐ. ܒܢܝ ܡܬܬܐ. ܒܢܝ ܫܡܓܝ.

ſamegi. bni matatha. bni muatha. bni naghi.
Semei. filii Matathie. filii Maath. filii Nage.

ܒܢܝ ܝܘܣܟ. ܒܢܝ ܝܗܘܕܐ. ܒܢܝ ܝܘܚܢܢ. ܒܢܝ

bni iuhhanan. bni iheudha. bni iuſec. bni
filii Ioanna. filii Iuda. filii Ioſech. filii

ܪܝܣܐ ܒܢܝ ܙܘܪܒܒܝܠܐ. ܒܢܝ ܫܠܬܐܝܠܐ. ܒܢܝ

bni ſalathiilla. bni zurbabila. bni reſa.
filii Salatiel. filii Zorobabel. filii Reſa.

ܒܪ ܣܠܡܘܢ. ܒܪ ܢܚܫܘܢ. ܒܪ ܥܡܝܢܕܒ.

aminadhaba. bni nagſuna. bni ſalmuna. bni
Aminadab. filij Naaſon. filij Salmon. filij

ܒܪ ܐܪܡ. ܒܪ ܚܨܪܘܢ. ܒܪ ܦܪܨ. ܒܪ

bni pharza. bni gezruna. bni arama. bni
filij Phares. filij Eſrom. filij Aram. filij

ܝܗܘܕܐ. ܒܪ ܝܥܩܘܒ. ܒܪ ܐܝܣܚܩ. ܒܪ

bni iſſahhqua. bni iagquba. bni iheudha.
filij Iſaac. filij Iacob filij Iuda.

ܐܒܪܗܡ. ܒܪ ܬܪܚ. ܒܪ ܢܚܘܪ. ܒܪ

bni nachura. bni targa. bni abrhaima.
filij Nachor. filij Taræ. filij Abraham.

ܣܪܘܓ. ܒܪ ܪܥܘ. ܒܪ ܦܠܓ. ܒܪ

bni phalegha. bni raguu. bni ſarucha.
filij Phaleg. filij Ragau. filij Saruch.

ܥܒܪ. ܒܪ ܫܠܚ. ܒܪ ܩܝܢܢ. ܒܪ

bni quainana. bni ſullga. bni gabera.
filij Cainan. filij Sala. filij Eber.

ܐܪܦܟܫܕ. ܒܪ ܫܡ. ܒܪ ܢܘܚ. ܒܪ ܠܡܟ.

lamecha. bni nuhha. bni ſema. bni arphahhſada.
Lamech. filij Noe. filij Sem. filij Arphaxat.

ܒܢ ܡܬܘܫܠܚܐ. ܒܢ ܐܟܢܘܟܐ. ܒܢ ܝܪܕܐ.

iareda. bni echnucha. bni matuſlahha. bni
Iared. filij Enoch. filii Mathuſala. filii

ܒܢ ܡܗܠܠܐܝܠܐ. ܒܢ ܩܝܢܢܐ. ܒܢ ܐܢܘܫܐ.

enuſa. bni quinana. bni mhalaleiela. bni
Enos. filii Cainan. filii Malaleel. filii

ܒܢ ܫܝܬܐ. ܒܢ ܐܕܡܐ. ܟܐ. ܐܠܕܝ. ܡܢܐ.

mina. aladi. ka. bni adama. bni ſitha. bni
a. qui vel filii Adam. filii Seth. filii

ܐܠܠܗܝ.

A L L A H I.
D E O. D E I.

¶ Vtroq; enim modo in diuerſis Euangeliſtæ Lucæ vetuſtiſſimis apud me exiſtentibus Arabice ſcriptis voluminibus ſcriptum repperi. Iccirco hoc loco Dei vt ad bni, ideſt filij Dei,& Deo, vt ad aladi mina allhai, ideſt qui ex Deo, pauloante geminatis dictiōibus reſpōderet interpretatio, adſcripſi. En igitur candide lector, ex ſuperius receſitis nominibus, quam clare, palàmq; tibi facta ſint Punicorum elemēta, eorumdemq; cum Chaldaicis atq; Latinis conformatio, tu nunc ipſe iudica. Atq; animum aduerte, nec obliuioni tradēdum putes, quod iam prædixi. Nomina videlicet iſta, literis Chaldaicis conſcripta eo ordine fuiſſe

fuiſſe,vt elementum Chaldæum Punico elemento,notęq; vocalium,Arabicarum vocalium notis reſponderent. Et latina quoq; elementa illis modo parili correſpondentia eſſe ſubſtituta,vt Arabicas,Syriacaſq; literas, ipſarumq; literarum prolationem,enuntiandiq; modum facilius comprehendere,memoriæq; commendare poſſes. Nec minus etiam cōſiderares qualis primus ad hanc literarum diuerſarum coniunctionem aditus ſit,& quo concentu, atq; vicaria literarum pręſenti conſenſione, ad hebraicas tibi cæteraſq; externas,& peregrinas literas cognoſcendas, inuicemq; complectendas, quaſi amicitiæ, cuiuſdam mutuæ fores apertæ fuerint. Et hac illacq; conuerſis atq; cōiectis oculis,leuum dextrumq; callem conſpiciens, haudquaq; omnino hæſites,qua via in amplam literarum multigenarum planitiem proficiſcendum tibi ſit. Quin ſeu dextro, ſeu ſiniſtro primum ingrediaris pede,tanquam alter Aſteropæus homericus Amphidexios, ideſt ambidexter effectus,ſumpto calamo,vel etiam Nilotico,dextrorſum, ſiniſtrorſum,ſiue etiam è cœlo ſurſum ad ſtomachū deorſum literas diducens ſcribe,& Chaldæis,Hebræis,Perſis, Punicis,ſeu Arabicis,Græcis,ſiue Romanis,& Indis, ac cæterarum gentium à leua in dextram ſcribentium, ſciſcitantibus magiſtris atq; cenſoribus,Chamelæontis coloribus adhærentis inſtar,cuiuſcunq; petentis atq; obnixe efflagitantis patriæ te indigenam hac oſtentatione,demonſtra.

De Latinorum conſonantibus.

¶ Omiſſa illa grammaticorum controuerſia,longaq; diſceptatiōe de litera.c.k.&.q.&.h.an ſit litera vel aſpirationis nota. Ac de ypſilon græco in numero noſtrarum literarum

rarum atq; vocalium aſſumpto. Nec non de vaſtiore illa X.litera,cuius fuga Axillam Alam factum eſſe in oratore meminit Cicero. Quin etiam & de.z.atq;.p.&.ph.&.f. digamma æolico,ac cæteris circa alphabeti literas triuialibus poſthabitis controuerſiis, quandoquidem ad noſtrā hāc literarū inſtitutionē,atq; introductionē ſeu mauis, multigenarū linguarū,earūdēq; literarū,mutuā cōcinnādā inter ſe harmoniacā cōformationē,minime ſpectēt. Ad explicādas latinorū cōſonātes tādē deſcēdamus. Cū propoſitū ſuſceptūq; conſiliū noſtrū ad id ſolūmodo tēdat, omniſq; noſter conatus omnino ſit, vt quantū maxime fieri poſſit, breuiter,& cōmode,cū peregrinis cæteriſq; literis, quo ad legēdi modū,latinas noſtras cōferamus. Futurū enim arbitror,vt aut magnus ille ac potentiſſimus Turcarū Imperator,ferociſſimus Chriſtiani nominis, ac perpetuus hoſtis, quādoq; ad nos cū numeroſiſſimis armatorū hominū copijs,terra,mariq;,infeſtandos veniat. Quinimo, iam Italię confinia fortiter moleſtare conſtanti, ſed triſti tamen fama atq; omnium ſermone diuulgatum eſt. In cuius copioſa, & ad numerandum difficili, multitudine,variarum quoq; linguarum homines immixtos futuros & in pręſentia eſſe, credendum eſt. Chaldæorum ſcilicet Syrorū, Aegyptiorum,Armeniorum,Babyloniorū,Arabum,Phœnicum, Perſarum,Canduſiorum,Indorum,Macedonū, Miſſiorum,Dalmatarum,Iudæorum,Græcorum,Pannoniorū, & Latinorum,& Grægariæ quamplurimæ, aliarū quoq; linguarum,militum copiæ,quæ nobis ad hanc vſq; diem incognitæ ſunt. Aut certe(Deo optimo maximo ſic diſponente) Chriſtiani Principes mutuis inter ſe paccatis con-

trouerſiis,depoſitáq; indignati animi ira,ac vindicandi ca=
lore refrigerato,fœdere tãdem inuicem inito, vnanimi vo=
to,maximum, fortiſſimumq; conſcribent, comparabunt,
& colligent Chriſtianorum exercitum,collectumq; & in
ſtructum in ferociſſimum hoſtem ducent. Et diuina fauen=
te clementia,(neq; enim Deum immortalem, & Seruato=
rem noſtrum,cuius ope & auxilio Chriſtianæ reſpub. gu=
bernatur,nobis cõtra tantam aduerſarij vim,auxilium non
eſſe allaturum,hæſitandum eſt) ſuperatum, funditúſq; pro
ſtratum,ab occupatis iam dudum propellent ſedibus. Et
exules,extorreſq; in paternas domos, auitaq; rura, tanquã
poſtliminij iure reducent. Qui ſi prius exterarum lingua=
rum (quæ tamen propriæ fortaſſe aliquorum fuerunt)
vel mediocrem ſaltem cognitionem delibatam habuerint,
facilius loquẽdi commertio,barbarorum hoſtium, nimiũ
ſæuos,immaneſq; animos, demulcebunt, conciliabuntq;
& mãſuetos,ac mites efficient. Et commodum ſibi quiſq;
neceſſaria,à deuictis hoſtibus libere ſuppeditata parabit.
¶ Sunt itaq; Latinorum cõſonantes ſexdecim, videlicet.
b. c. d. f. g. k. l. m. n. p. q. r. s. t. x. z. Quarũ .B. prima
cũ Chaldaico.ܒ.Beth,& Hebraico.ב.Beth,cõuenit.
C.cũ.ܟ.Coph,vel.כ.Caph. D.cũ.ܕ.Dolad, &.ד.Da
leth. F.cũ.ܦ.Phe,vel.פ.Phe. G.cũ.ܓ.Gomal, &.ג.
Gimel. K.ſecundũ aliquorũ opinionẽ cũ vtroq; Chal
daico.ܩ.Quoph, ſcilicet, & Hebraico.ק.Koph, ſiue
Quph. L.cum.ܠ.Lomad,&.ל.Lamed. M.cum.ܡ.

Mim,&.ם.Mim.N.cum. .Nun,ac.נ.Nun. P.vt de.F.
paulo ſupra dictũ fuit cũ litera.Pe.quæ & Phe, dicitur.
Q.nõ ſecus atq;.K.cũ Quoph,ac Quph.R.cum. .
Ris,&.ר.Res.S.cũ. .Somcath, &.ס.Samech. Nec
nõ & cũ. .Scin Chaldaico,&.ש.Scin Smol ſiniſtro,
videlicet &.שׁ.Scin,Iamin dextro, nimirum Hebraico,
de quo alias mẽtionẽ fecimus,& ſi opportunũ fuerit in ſe-
quẽtibus recordabimur,cũ fænore aliquo.T.cũ. .Teth,
&.ט.Teth. .Thau,atq;.ת.Thau.X.cũ. .Z.cũ. .Zain
&.ז.ac duplicatũ.zz.cum. .Zzode, &.צ.Zzadich,
ſeu Tſade,vt aliqui aſſeuerant. Quibus omnibus Samari
tanorum,& Punicorum conſonantes,ſuo (vt ſupra dictũ
fuit) ordine cõueniunt,quin & Græcorum quoq; de qui-
bus ſingillatim dicemus,facta tamen prius Latinorum cõ
ſonantium partitione. Diuiduntur quippe in ſemiuocales,
mutas,& liquidas.Semiuocales ſunt.f.l.m.n.r.s.& vaſtior
illa quam ſupra diximus.x.quæ aliquãdo pro.c.s.aliquã-
do vero pro.g.s.atq; pro duplici.ſſ.à maioribus fuit acce-
pta.Mutæ autem ſunt.b.c.d.g.k.p.q.t.&.z. Aliqui tamen
grammaticorum etiã.f.&.h.aſpirationis notam inter mu-
tas numerandas eſſe cenſuerunt. Liquidæ vero ſunt, quas
Græci immutabiles vocãt.l.m.n.r. Et de Latinis hæc dicta
ſufficiant cõſonantibus. Eſſet tamen hoc loco curioſis ſa-
tisfaciendum,quærentibus ſeu potius ſciſcitantibus,ſcireq;
cupientibus,Inter cõſonantes.i.&.u.vocales,cum ſunt cõ-
ſonantes,

ſonantes,quem nam ſibi locum vendicent, num inter mutas,quandoquidem & ipſę vocales natura exiſtentes,mutis adnexæ vocē addant. An in ſemiuocalium numero, cum omnino à voce ſibi inſita vocales dicant̃ & ſint. An forte in liquidarum cõſortio,quod ſæpe liqueſcãt,ſint reijciēdæ. Verũ qa iſthæc vident̃ ſuſcepti opis noſtri ꝓpoſitũ aliquantulũ excedere,alijs diſcutiēda relinqmus. Tēpus enĩ expoſtulat vt ĩ Græciã de latio demigremus,& Græcarũ quoq; cõſonantiũ;cũ noſtris Latinis (quæ forſitan & ipſe aliquãdo Græcæ fuerunt) & Syriacis ac cæteris ſuperius recēſitis literarum varietatibus, conformationē demonſtremus.

De Græcorum conſonantibus.

¶ Decem & ſeptē Græcorum ſunt conſonantes,quas ferè omnes Latini (vt infra videbimus) ſibi vēdicarunt,ſcilicet β.Vita,quę.b.Latinum eſt.γ.g.Gãma.δ.d.Delta.ξ.z.Zita.θ.th.Thita.κ.c.&.k.Cappa.λ.l.Lambda.μ.m.Mi.ν.n.Gni ξ.x.cs.Cſi.& Cſi. ʒ .vltima Macedonici alphabeti litera. π.p.Pi.ρ.r.Rho.σ.s.Sigma.τ.t.Taf.φ.ph.Phi.χ.ch. Chi. ψ.ps.Pſi.Ex his octo ſũt ſemiuocales.ζ.z.Zita.λ.l.Lãbda. μ.m.Mi.ν.n.Gni.ξ.x.Cſi.ρ.r. Rho.σ.s.Sigma.ψ.ps.Pſi. Et harũ rurſus tres ſunt quæ duplici funguntur officio, & ideo duplices appellatæ ſunt,quod in tumeſcēti veluti aluo geminos videant̃ ꝯceptos geſtare fœtus. Nã quęlibet earũ virtute duas ꝯtinet literas.Et.ζ.Zita quidē.σ.s.&.δ.d.qđ ex dorienſium conſuetudine latiſſime patet, qui palàm faciũt literas in eo latentes, dum quod cõmuniter φράζω,Phrazo, dicit̃,φράσδω,Phraſdo,& συρίζειν,Syrizin,συρίσδειν,Syriſdin proferũt.Nec minus nobis idipſum notum eſſe poterit ex regula formandi ſecundũ futurũ,Aoriſtumq;,tam actiuũ,

quā paſſiuum, & medium, qn etiā p̄teritum pfectum mediū in verbis habentibus charactiriſticam literā cōiugationis. ζ. Zita, in præſenti, ſegregatam ſeu ſemiſectam in futuro & reliquis, quæ ſuccedunt temporibus oſtendēt. Nam ſi cōmune futurum actiuū. σ. Sigma virtute, ſeu poteſtate in. ζ. Zita, cōprehēſum, actu ante. ω. Omega habuerit. Tunc recenſita paulo ante tēpora, reliquā ſibi cognatā latitantē. δ. Delta, ſcilicet palàm aſſumēt literā, quod ſanè nobis abunde ſatis ex verbo φράζω, Phrazo, qd' dico ſignificat, notum ꝓrſus eſſe poterit. Cuius futuꝝ primum eſt φράσω, Phraſo, Secundū vero φραδῶ, Phrado, cum accētu circunflexo ſupra vltimā. Aoriſtus ſecundus ἔφραδον, Ephradon, cuius paſſiuum tēpus, tempori reſpōdens, erit ἐφράδην, Ephradin, Medium quoq; ſecūdum futurum φραδοῦμαι, Phradumæ. Et indefinitum ſecundum ἐφραδόμην, Ephradomin. Quin & præteritum quoq; perfectum medium erit πέφραδα, Pephrada, cuius cognatum tempus ὑπερσυντέλικον, Hyperſyndelicō, hoc eſt p̄teritum pluſquā pfectum faciet ἐπεφράδειν, Epephradin. Et hic te admonitum eſſe volo, quod vltima ſyllaba in ἐφράδην, Ephradin, & ἐφραδόμην, Ephradomin, per η. Ita, & in ἐπεφράδειν, Epephradin, per epſylon Iota, non per ſimplex Iota, ſcribenda eſt. Secunda vero duplex Grecoꝝ litera eſt. ξ. Cſi. quæ vim quoq; duarum hēt cōſonantium, κ. Cappa, nimirum &. σ. Sigma, Latini ſcilicet. c. &. s. Tertia vero duplex ſequit̄. ψ. Pſi. Cui inſunt. π. Pi. &. σ. Sigma p. videlicet &. s. Et harum quidem duarum duplicium cōſonantium literas manifeſtāt Aeoles. Qui ξίφοσ, Cſiphos, (quod enſem ſignificat) σκίφοσ, Sciphos, & pro ψαλίδα, Pſalida, forpicem, arcum ſeu fornicem, σπαλίδα, Spalida,

necnon

nec non & σπέλλιον, Spellion, ideſt Armillam, pro ψέλλιον, Pſellio, dicunt, πλανιθέντες, Planithendes, errantes atq; deceptí, vt Corinthus ait, ſeu mauis alios ſeducentes, & in ambiguum errare faciẽtes. Quod ſcilicet quum à prima quę illis ineſt litera incipienda fuiſſent nomina, vt ζύγον, Zigon, ideſt iugum, quod ipſi σδίγον, Sdigon, ꝓferunt, à.σ.Sigma, ab.s.videlicet incohãtes, & ſibilum literę in ſuum ſeruantes locum, qđ in.ξ.Xi.&.ψ.Pſi.quę cum à medijs literis exordiant, medium obtuſumq; ipſaꝝ, in quẽ deſinunt, ſibilum inſinuãt. Hi vero facta literarum metatheſi ab aſemo, ſibilo certe perfecto, exordiri voluerunt. Cum tñ aliàs quoq; in datiuo iſto plurali γύναιξι, Gynexi, ideſt mulieribus, ĩ quo.ξ. Cſi.ponit, & literas in eo explicantes γυναίκεσι, Gynęceſi, ꝓferant, à.κ.Cappa, non à.σ.Sigma incipiẽtes ipſius duplicis literæ vim atq; virtutẽ, quæ vnita fortior eſſe ſolet, & quę vnica ſyllaba contenta erat, vt datiuũ triſyllabicũ cõficeret, interpoſita etiã.e.litera inter.c.&.s.datiuũ quatuor ſyllabarũ diſperſum conſtituũt. Cæteꝝ ꝓ ξένος, Xenos, cũ integra quoq;.ξ.Cſi.litera, ꝑ duas ex qbus cõſtare diximus κσένος, Cſenos, nec nõ & ꝓ πέλοψ, Pelops, cũ.ψ.Pſi.per.p.&.s.ꝓferunt, & in alijs quãplurimis, cũ dictionibus, tũ verbis idẽ obſeruare cõſueuerũt. Vtcũq; autẽ hoc factũ ſit, ad præſentẽ hãc noſtrã traditionẽ minime ſpectare, ſed nec ſanè ꝑtinere arbitramur. Proinde ſciẽdũ quod tres iſtæ (vt diximus) duplici fũgunt officio, qñquidẽ & ꝓ ſemiuocalibus, & ꝓ literis alijs, quæ ſibi inſunt, noſtris cõmodis inſeruiũt. Reliquæ autẽ quæ ſup ſũt qnq; ſemiuocales, ſimplices appellatę ſunt, & in duas ſeccant ptes, in imutabiles ſcilicet, & in.σ. Sigma. Et ĩmutabiles qdẽ ſunt q̃tuor.λ.μ.ν.ρ. quæ iccirco

ĩmutabiles

immutabiles dictę ſunt, quod in futuris verbor, quor ſunt in pręſenti charactariſticæ, & in obliquis nominum in quibus repiunt in recto minime mutant, vt clare patet in verbis quītæ cōiugationis verbor varitonor, ψάλλω, Pſallo. νέμω, Nemo, κρίνω, Crino, σπείρω, Spiro, hoc eſt pſallo, vł cāto, diuido, iudico, ſemino. Et in nominibus Romanor dignitatū dictator, quæſtor, prætor, cenſor, atq; alijs noībus, caſtor, hector, neſtor, hellin, phorcin, delphin, titā, pæan, & in p quampluribus alijs dictas immutabiles habentibus. Σ Sigma vero litera vno contenta munere, ſub ſemiuocalium dumtaxat velamine contecta remanet, monodicaq; & aſema appellata, nec ſibilum ſuum, quem ſola perfectū habet, & in ſua etiam quadam veluti poteſtate continet, extra ſemiuocalium cœtum effundit. Poſt aſemum & priores illas quatuor immutabiles, ceu quatuor Ioue natas muſas. Thelexionem, Mnemen, Aæden, & Meleten. Ratio expoſtulare videtur, vt reliquarum conſonantium memoriā faciamus, & ſicuti nouem alias ex eodem Ioue ac Mnimoſyne, alio natas tempore muſas referamus. Et primam quæ a vocis bonitate Calliope dicta eſt. Secundā Clio, à gloria & rerum geſtarum, quas canit, celebritate appellatam. Tertiam quæ ab amoribus canendis, deſiderioq; omniū, quo, ad cantum prouocantur, Errato cognominata eſt. Quartam, quæ à cantus laſciuia, voluptateq; in animis omnium ſemper germināte, virente, atq; florente, Thalia nominata eſt. Melpomenem, quintam à canendo, & conſentu faciendo, melodiaq; cōcinnāda vocitatam. Terpſicorem, ſextam, quæ etiam Cythariſtria dicta eſt, à choreis delectandis cognomen aſſumpſit Septimam, quam con-

centus,

cētus,qui in illa reperitur,ſuauitas, Euterpem nominatam voluit. Octauam,quam à carminū,laudationumq; multitudine,maiores noſtri Polymniam nominauerunt. Nonā & vltimā,quam veluti cœleſtem & cœleſtium rerum cantum,aut cantus dulcedinem Vraniā vocatā ꝑhibent. Harū nouem muſarum inſtar erunt ſequentes nouem conſonātes.β.γ.δ.κ.π.τ.θ.φ.χ. Quæ licet aphonæ ac mutæ dicant. Triplici tamen partitione inter ſe diſſectæ mutuam quandam harmoniam,certo quodam ſuſcitare modo videntur. Dum vna in locū alterius ſuffecta,dictionis aut verbi concordem concentum,vocíſq; aut aſpiratæ,aut tenuis,aut inter vtrūq; mediæ,medium tenorem reddit. Nam.β.γ.δ.medias ſibi partes,inter tenues & aſpiratas vendicant. Quippe.β.media eſt inter.π.tenuem,&.φ.aſpiratā, & charactiriſticæ ſunt ſeu formatiuæ (vt aiunt) primæ coniugationis verborum varitonorum. Et quamuis mutæ dicantur, verbis tamen illis tenorem quendam inſpirant, & inſinuant omne verbū in βω,bo,prolatū,πω,po,& φω,pho, aut etiā ſi tenuē alterā.τ.nimirū.π.tenui adnexueris,πτω,pto , quoq; & quartū tenorē primæ cōiugationis indicatiuū reddet, vt λίβω,Liuo,τέρπω,Terpo,γράφω,Grapho,τύπτω,Typto. Libanda ſunt etenim grecę lingue rudimēta,& in eis delectatioſumēda. Quę ne à memoria,quę aliàs fluxa labilis atq; caduca eſt,facile citóq; decidant,inſcriptis ſunt redigenda, aliter vero tāquā minus diligēs diſcipulus, nō tantū è ſchola conuicijs explodendus, verum etiam cum ignominia, & dedecore,ac ſeruorum,viliſq; mancipij more vapulandus,virgiſq; cędendus erit. En quā cōcinne.β.in.π.&.φ. mutetur,vnumq; in alterum tranſitum faciat, in hoc verbo

λίβω,

λίβω, Libo, ſeu Liuo, cũ. β. ante. ω. cõſidera, cuius futurum λίψω, Lipſo, p. ψ. literã duplicẽ virtute (vt dictũ eſt). p. & s. in ſe continente formatũ eſt, mutatumq́; b. in. p. Et prę teritũ perfectũ λέλιφα, Lelipha, in quo rurſum tenuis. π. in aſpiratã literã. φ. tranſitio facta eſt. Eandem literarũ immutationem concinnãq; vocũ harmoniã, in omnibus alijs primæ coniugationis varitonorũ ſupra recenſitis, atq; alijs id genus verbis diligenter obſerua. Γ. Gamma vero ſecunda alphabeti conſonans, & inter mutas numerata, quam ſuauẽ, gratumq́; in ſecũda verborũ varitonorũ cõiugatione, cuius charactiriſtica eſt, vnà cũ ſuis (quas vocãt) andiſtichis, tenui ſcilicet. κ. Cappa, & aſpirato. χ. Chi, nec non tenui alterius triplicitatis adſcito. τ. Taf, cũ. κ. Cappa, concentũ faciat, ex infraſcriptorũ verborũ inflexione conſidera, λέγω, Lego, πλέκω, Pleco, ἔχω, Echo, τίκτω, Ticto, quod eſt dico, plico, habeo, pario. Q d' igit' de vita notatũ fuit. Idẽ de Gãma quoq; ꝯſonãte in p̃ſenti adnotatione dicẽdũ erit. Nã & ipſa pariter media eſt, quæ ĩ futuro verbi in. ξ. Cſi, literã duplicẽ mutanda veniet, & λέξω, Lexo, ſeu λέκσω, Lecſo, faciet. Cuius innata tenuis. c. videlicet, in aſpiratã. χ. Chi, literã in paraciméo, hoc ẽ p̃terito p̃fecto actiuo mutata λέλεχα, Lelecha, ſonabit. Et ĩ paſſiui verbi p̃terito exuta aſpiratione, & tenuis repudiato cõmertio, ĩ ſeipſam rurſus mediã reuertit', vt λέλεγμαι, Lelegmæ. Simili quoq; mõ obſeruãdũ erit ĩ verbo iſtius ſecũdę ꝯiugatiõis φάγω, Phago, qd' comedo & edo ſignificat, à quo (vt ꝯiectura aſſeq poſſũ) hoĩes edaces, Plautus Phagões appellat. Cuius futurũ primũ φάξω, Phaxo, vel φάκσω, Phacſo. Et ſm̃ φαγῶ, Phago, cum circũflexo accẽtu in fine. Et Aoriſtus ſecũdus, ſiue indefinitũ tempus

ſecundum,

ſecundum, ephagon, præteritum perfectum pephacha, & medium præteritũ pephaga. Cum litera præſentis formatiua, quandoquidem media verborum tempora literã ſem per præſentis accipiunt. Et ſi forte fortuna duæ ſimul fuerint in præſenti conſonantes coniugationis indicatiuę, illã tempora media habere contendunt, quæ magis (vt aiunt) formatiua coniugationis eſt. Alia iſtius verbi tempora, nõ aliter omnino formanda erunt, quam in citato iam verbo phrazo, dictum fuit. Ab huius vero præteriti medij, ſecunda pſona quæ pephagas eſt, mutata extrema litera. a. in. ω. omega formabitur maſculini generis participium pephaγωs, & neutri, generis pephagos, ſed per omicron, per. o. ſcilicet paruum ſcribendum. Cuius generandi caſus, cum quintæ ſit peritoſyllauon pluriſyllabſcorum nominũ, creſcẽtium nimirum in genitiuo faciet pephagotos. Nam genitiuus iſtius quintæ declinationis in. os. deſinit. Et ſequẽs quoq; caſus dandi flectitur, pephagoti, datiuus enim eiuſdem declinationis in iota deſinit. Et hunc tanquam bona cuncta comedentem, ac veluti intemperãtem, atq; edacẽ, in iudicium prouocat accuſandi ſequens caſus, & pephagota inſcribet. Accuſatiuus quippe huiuſce declinationis caſus in. a. terminatur. A quo veluti nimium procaci, ac in ſua (vt ſic dicam) ingluuie ſupra modum laſciuienti, in quadrupedali ſeu rectius loquẽdo, in quatriſyllabica pronuntiata dictione glorianti, ne nimium cornupetet, elatũ primum cornu, primam nimirum ſyllabam, ꝑ aphereſim ſyncopa abſcidit, & phagota triſyllabicũ reliquit. A quo nec immerito muſicũ illud ſingulare Afranij patrui mei inſtrumentum quod (phagotum vocat) nomenclaturam

traxiſſe exiſtimandum erit, quandoquidem omnium muſices facultatis inſtrumentorum voces ſibi vēdicet; quas cū ſemel patulis (vt ita loquar) auribus hauſerit, deuorat, ingurgitat, & tanquam gratiſſimo edulio ſtomachum implet, & concoquit, vt cū opus fuerit poſtea euomat, foraſq; proijciat. Hoc eſt ad cuiuſq; organici reſonantis inſtrumenti ſonum, vocem ſuā accōmodet. Tanta quippe arte ab Afranio patruo meo inſtrumenti iſtius, vel inuentore, aut certe perfectore, abſoluteq; eius perfectionis magiſtro, non ab vno tātum lignario artifice, verum etiam ab ęrarijs, argētarijſq; quampluribus fabris, perfici tentatum eſt, vt in eius primo aſpectu, miram quādam (nec ab re) ſui expectationem in intuentium animis repreſentet. Vides enim ligneas colūnas ex cauato buxo geminas, vix ad medij cubiti longitudinem protenſas, ſupra baſes, ſeu inferioris columnæ partis ſuſtētacula erectas, capitellis epiſtylijs ue etiā ligneis torno cauatis, quibus pars ſuperior rotundum.ſ. & inane columnarū caput ingreditur obtegiturq;, ornatas, & multis, ac varijs foraminibus, à tergo, à fronte, à lateribus, mira ſanè arte cęlatas. Et ipſorū quidē foraminū partē quādā architectus ita tornauit, vt nihil ſpectare poſſis rotundius. Partem vero ſic quadratā effecit, vt nec Syracuſanus Archimedes circulum ſuum in æqualium laterum quadrangulum geometrica arte rectius inflectere, nec obſignare potuiſſet. Rotunda, ea ratione patentia ſunt, atq; aperta, vt duplis, triplis, ſeſquialteris, ſeſquitertijs, ſeſqui ve octauis interuallis, à modulatoris digitis, ænea ve lingua (quæ ex eodem metallo, cęlatæ coronæ coniuncta eſt) vel leuiter tacta, quam cito occludi, tam nullo negocio aperiri valeāt.

Et quæ

Et quæ patere aliquãdo vident, ſæpenumero clauſa ſunt. Et verſa vice quæ oppillata creduntur, aperta eſſe probantur. Quadrata vero, ita ſunt argenteis laminis affabre, atq; ſubtili artificio concluſa, vt eiuſdem muſici manibus paululum preſſa, ſiue rurſus digitorum intercapedine, remiſſa. Hiagnim illum, qui primus in canendo manus diſcapedinauit, qui primus duas tibias vno ſpiritu animauit, qui primus læuis & dextris foraminibus acuto tinnitu, & graui bombo, concentum muſicum miſcuit, æmulari, quin potius ſuperare facillime poſſe videatur, quandoquidem foramina ipſa quæ patent, quę ve oppillata cernuntur, vię quædam, & quaſi feneſtrę vocum ſunt, calidiſſimo artificio ab Afranio, conſumatæ, iſtius inſtrumenti, perfectionis autore imaginata, mente ſcilicet prius cõcepta, & fabre fieri procurata, vt admotis retractis ve digitorum articulis, cum ſit ipſe omnis voculæ (vt de Antigenida tibicine memorię ꝑditũ eſt) melleus modulator, & idem omnimodis peritus modificator. Cum vult Eolium ſimplex, Aſium multiplex & varium, Lydium queribundum ac lamentabilem, Phrygium religioſum, & ad pietatem, manſuetudinemq; incitatem. Quin etiam tãquam alter Timotheus, bellicoſum Dorium, quo cum Alexandrum illum magnum perinde ac feroci præſente, atq; hoſtiliter irruenti aduerſario, arma ſumere manu, in irã excandeſcere, ac furere penè cõpulit, at ſtatim horriſono modulamine, in molle quietũq; tonum mutato, placabile reddidit, excitare facile poteſt. Inter vtramq; columnam, tornatilis alia parua quædam columna ſupereminens, ad ornatum, inſtrumẽtiq; decorem potiuſq; ad neceſſitatem, cum baſi, cõuenientiq; epiſtylio,

nō tamen in longitudine duabus æqualis,vacua nihilominus,& quaſi illarum nexus adiecta cōſpicitur. Ea ſymmetria, ſiue cōmenſuratione appoſita,vt quāquā prima oculis obijciatur,non tamen ob hoc aliarum vario decoratū cęlamine aſpectum,aut vtriuſq; lateris foramina occupet, digitos ve in ea ludētis impediat muſici. At retro atq; a tergo trium columnarum,minor alia quam parua anterior columna conſpicitur,inanis & vacua eodem penitus modo torno laborata,capitelloq; obtecta,per quā venti meatus,ad inſpirandam inſtrumento vocem,collocatus eſt. Vt autem muſicum hoc inſtrumentum vſui eſſe poſſit, Duo prorſus parui folles, erunt neceſſarij. Quorum vnus ex pelle tantum,alter ex pelle,& ligneis duabus tabellis erit. Et hic quidem fiſtulam paruam torno factā,in ſumma, pducti non nihil,capitis,habebit adnexam, qua vētum iam attractum emittet. Et in dextro cantoris latere,ſub ala commode locatus,corigia,cingulo ve ad lumbos cingetur,ac ſub dextro muſici brachio ſupra cubitum coriacia alia zona ligabitur. Follis vero alius ex conſuta tantum vndiq; pelle,veſicę,paſtoralis ve perę inſtar erit. Cui in protenſa gracili veluti collo parte,ad ſummum,fiſtula quædam parua alia,ſuperiori ſimillima firmiter alligata pēdebit. Quā in poſteriorem paruam inſtrumēti columnam,amoto capitello,immittet. Alia quoq; fiſtula, torno pari modo laborata,in dextra follis iſtius parte prominens,firmis ligata nexibus aderit. In quam dextri follis,ad ſymmetriam fiſtula ingredi,obfirmariq;,ad cantoris arbitrium valeat. Et hic quoq;,ad ſiniſtrū ponetur latus,corpori adhærens,ac ſub leuo,ſupra cubitū,lacerto,vinculis alligabitur. His eo ordine

dine rite diſpoſitis, tunc fiſtula dextri follis, in dextera peræ fiſtulam ponatur. Et aſſumpto in manibus inſtrumento iuxta fęmur ſupra coxas ſedentis muſici, poſteriore illius parte verſus hominem conuerſa, erecto. Tunc poſterioris paruę columnę capitello amoto, fiſtula colli follis ſiniſtri, in illam demittatur. Confeſtimq; eleuato aliquantulũ dextro lacerto ventus à folle attrahitur, & premente brachiũ muſico in ſiniſtram perã immittitur. Quę ſpiritu inflata, ſi a leuo cantoris brachio non nihil prematur ventum in inſtrumenti meatum immittit. Et quod mirum eſt, & ad credendum haud facile, quãtũcunq; venti immiſſeris, nec minimum quidem ſonum emittit, premas licet, quadratas (quas diximus) ex argento laminas, oppilles ve rotunda foramina digitis, aut ab ipſis ludendo amoueas, nec minimam ſenties obſtrepere vocem. Ita vt ſurdum, mutumq;, & elingue ſuſpiceris inſtrumentũ; ſed nec cõceptus vnde ſpiritus exeat omnino deprehendere poteris. Si nõ prius occultum quẽdam meatum muſicus, tacto oppillante ori chalco, patefecerit. Tunc muta prius ora, & latitãtes intra columnarũ extremas inferioreſq; partes, argenteę, æneę, ferreę ve linguę, quodcũq; volueris tecum modulabunt carmen. & cantanti muſico, digitiſq; inter inſtrumẽti foramina per interualla ludenti, vox ad quemcunq; eius tactũ conſona, reſpondebit. Acuta ſcilicet grauis: cita: tarda: magna: parua: mediocris; lenis: aſpera: contracta: diffuſa: continẽti ſpiritu: intermiſſo. fracta. ſciſſa. flexo ſono. attenuata. inflata. inclinata, & vſq; adeo profunda, vt infra vocem decempedę cannę (vt aiunt) ſiue calami decem ſcilicet pedũ longitudinis cuiuſcunq; organi perfectiſſimam vocem

ſuam

ſuam deflectat.atq;(ſi dicere fas eſt)profundat. Tantę autem vocum ſonorumq; varietatis cauſas exprimere longū foret. Quādo principio quidem muſicum hoc inſtrumētum,imperfectum omnino in Pannonia fabrefactum fuit, & duodecim tantum voces, ac eas ſanē imperfectas,diſſonasq; promebat,nec ad horā cōcentū ſeruātes. Facillime quippe in præcipitē diſſonantiā ruebāt.Nec ſtare loco nouerāt. Tētauit ſępe & ſępius Afranius,ſi quō mō illud, vel mediocriter ſaltē ſtabilire valeret. Cūq; in Pannonia,atq; Germania fabros metallarios architectoſq; quāplures lignarios expertus fuiſſet,& fruſtra operā impēdere cognouiſſet,deſperato negocio,req; imperfecta,relicto in Pannonia inſtrumēto,in Italiā reuerſus eſt. Quo autē alio niſi diuino nutu arbitrari nequeo,deinde factū fuerit,vt poſt aliquot annos ab Othomano Turcarum Imperatore, Belgrado capto,profligatoq; Pannonię Rege,atq; interfecto,inſtrumentum ipſum hoc in Italiam deportatum ſit, & ad dicti Afranij manus iterū deuenerit. Qui deo opt. max. gratias agens,animum denuo adiecit,ſi quo tandem ordine ac modo ad perfectionē illud reducere poſſet. Et in Ioanhem Baptiſtam Rauilium Ferrarienſem rarum ſanē & excellentis īgenij virum īcidit. Cui cum votum ſuum familiariter aperuiſſet,Is vnus illi fuit procētum (vt ita loquar) millibus Pannonijs atq; Germanis,aliās īgenioſiſſimis,ſed ī hoc opere perficiundo (pace eorum dixerim) cecucientibus,fabris. Qui geminas linguas,ſiue vt vocāt, piuas fabrefecit. Quarum una argentea,altera ex ære eſt. Et argenteam quidē ī inferiori parte columnę unius (ſunt qppe maiores illę columnę ī duas diſſectę partes, & una ī

alteram

alteram ingreditur, argentea lamina in circulum ducta co
pulæ locum tegente) ad ima deflexam, fundumq; intuen-
tem, ſtabili nexu ligauit. Aeneam vero in alterius columnę,
ſimili parte, ſed miro quodã artificio digitali (ſi dicere fas
eſt) æneo meatu primum ad ima pendulam; atq; hinc ſubi
to reflexam, ad ſuperna videlicet ora vertentem, cœlumq;,
licet clauſa ſpectantem affixit. Decem quoq; mirabili indu
ſtria ingenioq; foraminibus prioribus adiectis, a duode-
cim imperfectis vocibus, ad duas & viginti perfectiſſi-
mas candidiſſimaſq; reduxit voces. Quas pro muſici, di-
gitis in eo articulate acſcite ludentis, ſimulq; cantantis arbi
trio exprimit, reprimit, & ſuo quoq; modo loquitur ac ta-
cet, & vt brachia muſici folles mouendo temperant, muſi-
cas proportiones retinet, aut variat. Quum plurima alia
quoq; latentia muſicæ facultatis habet ſecreta, quibus qui,
vt Afranius, recte, ordineq; nouerit vti, omnium muſicali
um inſtrumentorum voces, ſonoſq; æmulabitur, & con-
cordem concentum gratamq; ac cœli ciuibus dignã har
moniam ſuſcitabit. Quæ omnia ſi recenſere in præſentia
vellem, ſuſcepti operis propoſitum omnino excederem.
Illa fortaſſe alius iuſto opere (qđ ſcitu digna ſint) aliquã
do narrabit. Quæ audientis protinus ſiue legẽtis animũ
in admirationem, vel etiam ſua nouitate ac varietate in ſtu-
porem inducent. Hoc phagoto ſi Marſias ille arrogans,
aduerſus Apollinem vſus olim fuiſſet, facile crediderim,
muſarum ignominiam non ſuſtinuiſſet. Sua quippe cum
nouitate placere, tum ſuaui gratoq; cõcentu, ac dulci har-
monia, ne dum indignatos muſarum animos ĩmutare, ve-
rum etiam Phœbum ipſum ad ſui beneuolentiam tradu-

cere,

cere, Lyramq; paulum deponere, & phagotum ſumere facile quodammodo ipellere potuiſſet. In eo enim perfecta vſq; adeo cuncta reperiuntur, vt nihil ſupra dici queat, nec optari. Quamobrem Afranius ipſe, cuius domus omniũ ferè iſtrumentorum, organorumq; muſicalium plena eſt, & eorum vſu hactenus delectatus eſt, poſthabitis cunctis, in hoc ſolum animum adiecit, ipſo delectatur, i illo relictis vanis & amatorijs cantilenis, poſteaquam ſacerdotis munere fungit, diuinas laudes, hymnoſq; dulciſonos, & gratiarum actiones deo aſſidue cãtat, & illi pro cũctis muſicalibus organis, vnum hoc phagotum, nec imerito, ſatis eſt. Proinde neq; à phagos, quod voracem inſinuat dicemus deriuari, quando in obliquis haud quaquam creſcat cum tertiæ ſit pariſyllabicorum declinationis in .os. & in .on. p omicron deſinẽtium nominum, & in genitiuo tu phagu, datiuo to phago, accuſatiuo ton phagon, non phagota facit. Quin nec ab arbore inter glandiferas adnumerata fago. Cuius inter cunctas glans eſt dulciſſima glandes: qua etiam in chio oppido obſeſſos homines lõgo duraſſe tempore à Cornelio Alexandro proditum eſt. Hæc enim ſuẽ hilarẽ facit, carnem coctilem, & leuem, ac ſtomacho vtilẽ, vt hac ratione motum autumen Galenum medicorum facile principẽ, in ſexto de ingenio, carnes porcinas, ſeu ſuillas cæteris alijs carnibus prætuliſſe, ob conuenientiam cũ carne humana. Quas etiam plurimi medicorum cõmendant. Quadrupedũ (inquit Aliabas in quinto theoricæ) caro, laudabilior eſt porcina, in calore & in humiditate tẽperata. Idem ſentire videtur etiam Abolai rex Auicenna, melior, inquiens, eſt porcina. Quadoquidem huiuſmodi carnes,

carnes,vt ait Democritus,quando digeſtæ fuerint,ſanguinem nutriunt optimum. Hanc tamen opinionem,ceu hęreſim quandam à veritate remotam,medici nõnulli explodendã cenſuerunt,q.ſ.nutrimẽti laus,in eo vel maxime cõſiſtat,qď cibus facilis ſit(vt medicorũ verbis vtar) digeſtionis nõ viſcoſum,nec multæ ſupfluitatis,autore eodẽ Galeno,de ingenio,& elementorũ ſecũdo. Quæ omnes qualitates & accidentia cuncta,in hac ſimul carne reperiũtur. Haud facile.n.cõcoqui põt,& viſci plurimũ hẽt. Sed hoc ipſi videãt medici, quorum opiniones(vt philoſophorũ) vix umquam conciliari poſſunt. A Fago prętetera arbore Fagina deducitur,fit etiam Fagutal,quod fuit Romæ Iouis ſacellum,in quo erat fagus arbor,quæ Ioui ſacra habebatur,vt ex eo, haud inepte ſanè, potuerit inſtrumentum ipſum,nomẽ inuenire. Sed nec ab vno penitus aliquo ex dijs agreſtibus,q iccirco q̃ ẽ terra geniti, fari neſciũt, Fauni ſunt dicti, nomẽ deducere valet, vt Faunotũ dicamus. Quãdoquidem etſi agreſtis paſtoris appareat inſtrumẽtum eſſe,ac ferè inſanum,aſpectu tamen elegans eſt,& oculis gratiſſimum,vocemq; cum à vẽto inſpiratur,vſq; adeo concinnam, aureſq; audientium demulcentem emitit,vt penè loqui,omniumq; inſtrumentorum muſicalium ora quodammodo & ſonos exprimere videatur. Quo fit, vt auſcultantium,ne dum aures,verum etiam animos, dulci ſuo modulamine,adeo ſuſpẽſos ad ſe trahere facile queat, vt nec facilius ſaxa,feraſq; Orphei, vel Amphionis Lyra potuiſſet. Vt cũq; autem ſit,ſiue à phago verbo, ſiue à pellibus coronata arbore Fago,ſeu à Fauno, & à Fagutal, nomẽ accipiat,optime qdẽ(meo iudicio)nõ Monaulòn,

Diaulo͂n, Triaulo͂n ve, ſed Phagotum dicemus. Plica igitur (vt vnde digreſſi ſumus reuertamur) hoc, & texe, in reliquis etiam huiuſce coniugationis formis, charumq; habeto, nec pigeat iſtius concinnæ modulationis conſonantiā meditari, & de ea ſæpius cogitare, in memoriamq; reuocare, ac balantum more, quod iam comediſti, diligentius, exactiuſq; iterum ac ſæpius ruminari, vt tādem abſq; dolore iam concepta literarum ſemina parias, oſtendas ſcilicet, palāmq; facias, quantū ex his admonitionibus, traditiſq; præceptionibus noſtris profeceris. Et ad tertiam alphabeti cōſonantem, adq; eius andiſticha elemēta, media, tenuia, atq; aſpirata deſcende. Quæ tertiæ ſunt coniugationis varitonorum verborum charactiriſtica, ſeu formatiua. Siquidē omne verbum, quod ante omega, habet delta, mediam, thita aſpiratā, aut taf, tenuē, iſtius tertiæ coniugationis eſt. Vt ado, plitho, anyto. Et licet triplicitas iſta conſonātium, nonum earum quæ mutæ dicuntur, numerum compleat, vt merito cum illis reticere, atq; penitus obmuteſcere, noſtra quoq; iſthæc traditio poſſe videatur. Tamen quia miro quodam modo, ac monſtri penè inſtar, quod illis natura negauit, dum ſeſe magnæ vocali omni niſu committūt, copulamq; eius efflagitāt, muta prius ora, in dulciloqum cantum reſoluunt. Et delta litera inter alpha, & omega, media locata. Ado, quod canto ſonat, exprimit, & tanquam dulci odæ concentu, beneuolas diſcentis aures demulcet. Et adſcito thita, plitho, quod impleo ſignificat, blande aſpirādo immurmurat atq; implet. Demum deſyderio ſatis pro aliarum voto expleto, vnà cum cæteris octo conſonantibus Taf, tenuis, extremū vale mutis dicere cupiēs, Anyto,

quod expeditionem,reiq; perfectionem inſinuat, tanquā altera cœleſtis Vrania,tenui dulciq; ſono expreſſit, & finē nouem muſarum,literarumq; tertiæ coniugationis verborum varitonorum charactiriſticarum, demonſtrauit effectum. Mihi quoq; operępretiū viſum fuit, iſta nequaquā ſilentio inuoluere,priuſquam in exuſtam, à Solis feruētiſſimis radijs,Indiā,è Græcię amænisſimis,pro tempore regionibus,me conuerterem.

De Indorum conſonantibus.

¶ Latinorum igitur,Græcorumq; conſonantibus declaratis,reliquum eſt,vt ad Indorum conſonantes, explicādas, conformandaſq; deueniam. Nam & ipſæ latinorū,ac græcorum ritu,à ſiniſtro in dextrum latus ducto calamo ſcribuntur. Sunt igitur Indorum conſonantes,viginti. Quarum prima eſt. La.ſecūda ſyllabarij litera, quæ ꝓ hebręo, chaldæo,latino,gręco,nec non aliarum linguarum.l.ſumitur,vt in prima dictione Dauitici,pſalmi ſecundi,quam hebræi. Lamma. ideſt quare vel vt quid proferunt; Chaldæi & Syri. ܠܡܢܐ. lmono. & Arabes,Syriæ, & Numidiæ. ܠܡܕܐ. lmada. & chaldaica interpretatio in pſalterio Nebienſis Epiſcopi. למא. lema. Indus vero.lamonoto.vel rectius(ſeruata regula Sads,ſextę videlicet ſedis,in qua Seuę hebræorum more, vt plurimū obmuteſcit.o.paruū) dicemus. lamont, vel lamnt. Et in pſalmo.21.ſecundum eorum computationem.Hebręorum vero,& Chaldęorum partitione.22. Amlachia,amlachia:nazorani,vualmont:hhadagani:hoc eſt deus meus

 deus

deus meus, reſpice me, & quare dereliquiſti me. Notandū hoc loco eſt, verbum, reſpice me, non eſſe in hebraica, nec in chaldaica Syrię: nec in Nebienſis Epiſcopi litera: ſed nec in Punica Syrię interpretatione, quamquam in arabica Nebienſis (quę à gręco videtur deſumpta) verbū illud habeatur. Hebraica quippe veritas, ſic habet. אלי אלי למה עזבתני hoc eſt eli eli lamma azauthani, & chaldæus ſyriæ; ܐܠܗܝ ܐܠܗܝ ܠܡܢܐ ܫܒܩܬܢܝ. alohi alohi lmono sbachthoni, & Arabs ܐܠܗܝ ܐܠܗܝ ܠܡܐܕܐ ܬܪܟܬܢܝ. alhai alhai lmadi tractni. Chaldaica Nebienſis litera, אלי אלי מטול־הם שבקתני. eli eli matul ma ſcbaqtani. Sed nec Matthæus, nec Marcus Euangeliſtæ, qui verba Saluatoris noſtri in cruce referūt, verbum illud appoſuerunt. Nam Matthæus ait, ηλει ηλει λαμα σαβαχθανι. hili hili lama ſabchthani. Marcus vero, eloi eloi lama ſabachthani, & Armenica Matthęi interpretatio, eodē modo eſt. Էլի Էլի լամա սաբաքթանի. eli eli lama ſabachthani. Eadem tamen Armenica pſalmorum interpretatio habet verbum illud reſpice me, cū dicit. Աստուած Աստուած իմ նայեաց առ իս ընդէր թողեր զիս. Aſtuz Aſtuz im naieaz arh is, iendier tholier zis. hoc eſt deus deus meus reſpice ad me, quare dereliquiſti me. Idem quoq; & Macedones referunt cum aiunt. Boge Bóge moi vienmimi, vieſcuiu oſtauime. Idem ferè

& Dalmatę dicentes. Boge Boge moi vanmimi vſchuiu me oſtaui. Græca etiam interpretatio habet. Ho theos, ho theos mu, proſches mi, ina ti encatelipes me, quod eſt deus deus meus quare dereliquiſti me. A qua defluxiſſe videtur, tãquam a fonte Macedonum, Dalmatarũ, Armeniorũ, Indorũ, Arabũ quoq; (quæ in pſalterio Nebień. Epi eſt,) pſalmi iſtius interpretatio, quæ his verbis exprimitur.

[illegible]

[illegible] Alhai Alhai antar ali, lmada ia alhai tarctni, hoc eſt deus meus, deus meus, reſpice me, quare o deus meus dereliquiſti me. Iſta a nobis dicta ſint, vt erigant aures, & oculos aperiãt, qui pſalterium Indorum legunt, & diſcernant (vt iam diximus) vnde fluxerit. Cęterum litera iſta pro lamed ponitur in pſalmo. 1 1 8. ſiue. 1 1 9. in duodecima Ogdoade, ſub litera lamed. Et ĩ pſalmo. 8 3. iuxta hebraicam computationem, vbi dicimus. Facti ſunt in adiutoriũ filijs Loth, Indus ita habet. Vuachonuuomu rãdoeta: ladakika: Loth, & pſalmo. 1 0 3. Et cedri libani quas plantauit. Arza: libanos: zatachalcha. Et in multis alijs dictionibus in quibus. l. litera neceſſaria eſt, pro eadẽ ponitur. Syllabarij quarta litera, quæ conſonans ſecunda eſt. Ma. inſcribitur, & pro. mim. ſumitur, vt in tertiadecima Ogdoade, prędicti pſalmi. Beati immaculati, & in pſalmo 8 3. Moab, vuaagaranuin, nebal. hęc dictio auferenda eſt & ſubſtituenda. gebal. vuaamon. vuaamalek. ideſt moab & agareni gebal & amon & amalech. Et paulopoſt ſequitur ꝓpheta. Fac illis chama, modiam, vuaſiſare. Sicut madian & ſiſare. Et ĩ pſal. 9 8. Muſe vuaAron, ideſt Moyſes & Aron.

& Aron. Et in quamplurimis alijs pſalmiſtę locis conſtat pro.m.aſſumi. Sequitur tertia conſonans. Sa. quinta in ordine ſyllabarij litera, quę.ſcin.&.ſin.hebręo & chaldęo reſpondet, vt in iam dicto pſalmo. 119. i penultima Ogdoade, ſub litera.ſan. quam.ſcin.hebręorum & chaldęorum magiſtri appellant. Et Ioannes Potken in dicto pſalmo, nullam inter hanc & ſamech differentiam faciens in qnta decima Ogdoade, vbi locus eſt literæ ſamech, quā Indus ibi nominat ſamchet, per.ſcin. quintam Indorum literam ſcripſit, cum tamen per.ſa.ſeptimā debuiſſet: & illius quartę ſedis vel ſtantię, nimirum, orabo. per.ſa. uidelicet longā: ſcribere. Iccirco caſtiganda erit dictio. & loco.ſa. quintę ponenda eſt.ſa.ſeptima ſyllabarij litera. Nam in pſalmo ſecundum hebraicam computationē. 30. ubi nos dicimus. Audiuit dominus & miſertus eſt mei. ait Indus. Sama. ogziaboher vuataſahalani: ubi hebraica & chaldaica litera eiſdem literis primam hanc dictionē.ſama.ſcribit. videlicet ſcin. mim. &. ain. Pacis quoq; nomen ſimile eſt apud Indos, Hebręos, Chaldęos, & Arabes, vt clare patet in pſal. 71. vel. 72. vbi dicimus, & habundatia.ſalam. ideſt pacis, ait Indus & Arabs. Hebraicæ vero.ſcalom. & Chaldaici ſclomo. & in pſalterio Nebiē. epiſ.ſclama. vel.ſclamo. aut ſcloma. cum ſcriptum ſit per geminū camez. aut certe.ſclomo. chaldaico more, qui pro. camez. vtuntur. odom. & p ſin. & per hanc conſonantem de qua loquimur ſcribunt. Præterea in eodem pſalmo habemus. Reges Arabum & Saba, vbi Indus. nagaſta ſaba vuaarab. ideſt reges ſaba & arabum. in dictione nagaſta eſt.ſa.ſeptima ſyllabarij litera, quam pro.ſamech. dicimus accipiēdam, & in.ſaba. eſt.ſa.

de qua

de qua nunc tractamus. Sed & hebraica litera habet. malche ſceba vſaba. & chaldaica Nebi. epiſ. malchaia diſceba vſeba. Chaldaica vero Syriæ. malche dſcaba, vdſaba: & Arabica ſyrię. mluch ſaba vſcaba. In his duabus dictionibus differentia nobis literæ iſtius, & . ſamech. clare innoteſcit. Nam prima dictio ſceba per. ſcin. ab omnibus ſcribit, & ſecunda. ſeba. per. ſamech. præter quam ab Arabicis q vt plurimum in dictionibus, quas cum hebræis & chaldæis cõmunes habent literę metatheſim facere conſueuerũt; ſamech. in. ſcin. & . ſcin. in. ſamech. immutantes. Pro inde in nomine hebraico aut chaldaico, in quo. ſcin. litera reperitur, ſi duodecimã Punici alphabeti literã. ſin. aut in quo ſamech. vel. ſomchath. ſi tertiam decimam quæ. ſcin. dicit ſubſtitueris, arabicum proculdubio nomen illud efficies. Et hoc apud illos in id genus nominibus ferè catholicũ eſt. In arabica præterea Nebieñ. epiſ. traditione habemus, mluch alarb, vſaba. ideſt Reges Arabum & Saba, ſicuti & nos, & Græci, & Indi. Cur autẽ hoc dictum ſit, lector amice conſidera. Quarta conſonans eſt. Ra. quæ ſextum in numero literarum locum tenet, & . r. latino. rho. græco, res. & . ris. tam hebræorũ quam chaldæorũ reſpondet. vt in pſalmo iuxta hebręorum computationem. 87. vbi nos dicimus. Memor ero raab & babilonis. Ibi Indus cum hac litera & . ain. ſcribit. la raab. idẽ dicit & ſcribit hebręus ſcilicet. Rahab. ſed cum. res. & . he. aſpiratione leni, at chaldæus ſyrię, nec non & Arabs, tam Syrus, quam Numidicus, Nebieñ. epiſ. Rahhab. per. ris. vel. ra. & . hhet. fortem aſpirationem ſcribit. Ponitur etiam hęc litera in prędicto pſalmo. 119. in vigeſima Ogdoade, pro litera. res. & in

in alijs

alijs nominibus atq; dictionibus à nobis in ſuperioribus deſcriptis, ac cęteris ĩ quibus .r. cõmunis eſt litera. Septimũ in alphabeto locum occupat .ſa. litera, quinta in conſonãtium numero, quę vt paulo ante in tertię cõſonantis explicatione demonſtratum fuit, pro .ſamech. & . ſomchath. ac latino .s. accipitur. Locus pręterea eius in quinta decima Ogdoade, p̃dicti pſalmi. 1 1 9 .ſub litera ſamech, facta (vt ſupra dictum fuit) literarum metatheſi proprius eſt. Cęterum verbũ pono Indis & chaldęis cõmune eſt, eiſdẽq; literis ſcribitur. Nã Indus in pſalmo. 1 40. vbi dicimus. Pone domine cuſtodiam ori meo, cum hac litera ſcripſit. Simo ogzia. ideſt pone domine. Chaldęus noſter in pſal. cxix. in Ogdoade. Nun. ܣܡܘ ܠܝ ܚܛܝܐ ܦܚܐ. Somu li hhatoiæ phahhæ, hoc eſt poſuerunt vel tetenderunt mihi peccatores laqueos. & pſamo .cxlvii. ܣܡ ܬܚܘܡܝܟܝ ܒܫܠܡܐ. Som thhuuamaichi baſclomo. ideſt. Poſuit terminos tuos in pace. & ĩ pſal. cxxxix. ܓܒܠܬܢܝ ܘܣܡܬ ܥܠܝ ܐܝܕܟ. Gbal toni vſomt alai idoch. hoc eſt. Plaſmaſti me & poſuiſti ſuper me manum tuam. vbique cũ .ſomchath. & .mim. ſcripſit Chaldęus & Indus. Crederem in pſalmo .1 3 7. alias. 1 3 8 .in dictione. vuaoſagod. ideſt, & adorabo. literam .ſa. fore remouendam, & hanc de qua tractamus eſſe ſubſtituendam. Q um Chaldęis, & Punicis, & Indis, adorationis verbum ſit commune, & ab ipſis in dicto pſalmo, per .ſomchath.

per.ſomchath.ſcribatur in dicto pſalmo,vbi Syrus & Nebienſis,eſgud,vterq; arabs,aſgad, & in pſalmis.22.26.45.66.72.81.86.96.99.106.iuxta hebrȩorum & chaldȩorum computationem.Idem adorationis verbum reperit.Quæ loca iccirco voluimus hic notare,vt lectorem admonitum faceremus in illis formatiuas futuri temporis literas inueniri,quas hebrȩorum & chaldȩorũ magiſtri per nomen.ethan.inſinuant.Nec non & literas ſiue ſyllabas pluralis tertiȩ perſonȩ,& imperatiui modi īdices. Quinetiam punctorũ,vocaliumq; mutationes,hebrȩorum ac chaldæorum ritu,obſeruatas ab Indis:Quos per regulas inflectere verba comperiet,nec illis omnino carere manifeſto deprehendet,tametſi nec dum ad nos,Indorũ prȩceptores,illas ī libris particulatim deſcriptas,miſerint.

¶ Octaua litera eſt.ka.conſonantiũ ſexta,quæ.phi.grȩcō ſimillima eſt,& pro.coph.ſiue.quph.chaldæo & hebræo ſumitur,vt videre fas eſt,in titulo.19.Ogdoadis,ſæpius citati pſal.119.ſub litera:coph.& ī pſalmo.1.& in via peccatorum non ſtetit,ait Indus.vuazaikoma.ideſt, & qui nō ſtetit.Chaldæus Nebienſis.לא קם.la quam,aut (ſeruata hebræorum regula de monoſyllabis cũ camez) la quom vel lo quom, & cum Chaldæo Syriæ ibidem dicente. ܠܐ ܩܡ. lo quom,vel lo kom, per.coph.ſ.& .mim. cum odom.Et circa finem pſalmi vbi dicimus,in cōſilio vel ſocietate.zzadiquin.aut.zzadikin.ideſt iuſtorum. & vbicunq; inueneris iuſti nomē in pſalterio,ſemper per zzadich.&.coph.ſcriptum,tam ab Indis,quā ab Hebrȩis, & à Chaldæo Nebienſis Epiſcopi, ac Punicis,inuenies.

Chaldæus vero Syriæ, iuſti nomen, & ab eo deriuata per zain. & . koph . ſcribere conſueuit, vt in pſalmo ſeptimo.
.ܐܠܗܐ ܙܕܝܩܐ. alhoo zadiquo. deus iuſtus. & in fine pſalmi, confitebor domino. ܐܝܟ ܙܕܝܩܘܬܗ aich zadikuthi. ideſt ſecũdum iuſtitiam eius. Seruiet autem nobis pro. c. k. & . q. latinis literis. ❡Septima conſonans eſt. ba. nona in ordine literarum, & pro. b. accipitur, vt in ſecũda Ogdoade pręfati pſalmi, quę titulo. beth. pręnotatur. & in pſalmo. 136. & Og Regẽ baſan, la ag nogus baſan. Hebręus cum beth dageſſato, baſan ſcribit. Simili modo cũ eadẽ. ſ. b. litera Chaldęi & Arabes ſcribere cõſueuerũt.
.ܕܒܝܫܢ. dbaiſon. & in ſequenti pſalmo. Super flumi na babilonis. Indus. babilon. Hebræus. בבל. babel. cũ camez. & . ſegol. cum eiſdem literis, ac vocalibus pun ctis ſcribit Ioſeph cœcus in pſalterio Nebienſis Epi ſcopi. & Arabes. بابل. & ſyriæ chaldæus. ܕܒܒܝܠ. dbobil. ❡Ta. octaua conſonans, & literarum decima crucem ob oculos nobis obijciens, pro. t. & . th. & . thau, tam Hebraico quam Chaldaico & punico ſumitur, vt in xxij. & vltima ſępe citati pſalmi Ogdoade, quę ſub litera thau Hebręorum & Chaldęorum alphabeti litera, collo cata eſt. Ad numerum quippe earumdem literarũ, in. xxij. pſalmus ille ſecatur partes, & vna quęq; pars octo conti net verſus, a litera illius Ogdoadis incipiẽtes. Quod qui dẽ non ſine magno myſterio, & myſtico ſenſu factũ fuiſſe,

à Cabaliſticis

à Cabaliſticis autoribus traditū eſt. Pręterea dictionē thar ſis in pſal. ad hebraicam computationem .48. Indus per hāc literam ſcribit. & Hebręus per. thau. res. & . ſcin. quin & per eaſdem quoq; literas Chaldęus ibidem exprimit. ܕܬܪܫܝܫ dtharſis. & Arabs facta mutatione ſcin li teræ in ſomchath. ܬܪܣܝܣ. tharſis. Thabor quoque per hanc literam ſcribit Indus in pſalmo. lxxxix. & He bræus & Chaldæus. ܬܒܘܪ. thebur. & Arabs ܬܒܘܪ. thbur. In hoc pſalmo pluribus vicibus dictio. antha. quæ tu, ſignificat poſita eſt, & illud; tha. per hāc literam ſcribit. Et ab Hebręis quoq;, & Chaldęis, & Arabicis, p. aleph. nūn. & . thau. exprimitur. In pſalmo quoq; . 106. vbi nos dicimus, Aperta eſt terra, & deglutiuit Dathan, etiam Gręcus interpres dathan, dixit cum . thita. & Hebraica, Chaldaica, Punicaq; litera, cum, daleth, thau, & . nun. ſcribit, & quod Hebręi, דתן, dicūt dathan, cum duobus camez, Syri proferunt, cum. odom. ܐܕܬܢ. Idothon. & Arabes cum duobus. eliphin. ܐܕܬܐܢ. Idathan. Indus vero Iadathan, cum pręſenti conſonante. ¶ Duodecima litera eſt. na. quę nonum conſonantium numerum obtinet, & pro. n. ponitur ī Ogdoade. 14. prędicti pſalmi, que, nun, titulo inſignita eſt, quandoquidem à nun, Hebraico, om nes illius Ogdoadis verſus incipiunt, inter quos quintus vbi nos dicimus, Anima mea in manibus meis ſemper, hę braica litera, pro anima mea, habet נפשי naphſi, per nun, cum ptha, phe, non dageſſatū, ſed cum muſitante ſeua, ſcin,

iamin,cum hirich,& iod,vbi illud iod affixum, pronominis vicem gerit. Eiſdē literis & vocibus ſeu vocalibus notis,& Chaldæus,& Arabs Nebieſis: Antiochena quoq; litera per nun,ſcin,phe,& iud,ſcribit naphſi,cū abrohom, & ishhach, vocalium notis, hoc ſanè modo inquiens.
ܢܦܫܝ ܒܐܝܕܝܟ ܒܟܠ ܙܒܢ. naphſi bidhaich bchul zban. Idē obſeruat & Arabs mutato tantū (ſuo more) ſcin.in.ſomchath. ܢܦܫܝ ܒܐܝܕܝ ܗܝ ܒܟܠ ܚܝܢ. naphſi bidaic hi bcal hhin. ideſt,anima mea in manu tua eſt in omni tempore. Indus vero eiſdem pene ſeruatis literis ait. Naſoſoia vel naphſoia vuſtha odecha bachuulo gize. Hic aduerte lector in dictione manu tua,ꝙ Chaldaica Syriæ interpretatio,Indorum, Arabumq;, tam Syriæ quam Punici,Numidiciq; regni habet ī manu tua. Nam ka.affixi pronominis ſecundæ perſonę indicium eſt,quos ſequnt̄ & macedones dicētes. Duſa moia viriucu tuoieiu vinu,ideſt anima mea in manu tua ſemper. Hebręorū vero fontem,& Gręci,& Latini ſequntur,quinetiam & Dalmatæ,qui hunc verſiculum verbis iſtis interpretantur. Duſa moie vrucu moieiu vinu,hoc eſt,anima mea ī manu mea ſemper. Quod autē dixi Indū eiſdē pene literis animā indicare,dictum ſit,quia Ioan. Potken. Indos ait. phi. græcū non habere,ſed loco eius ponere. f. poſſet tamen & hic dici,ꝙ ſit perinde hac. phe. hebræorū rafatū, quod per. phi. exprimitur non p. pi. neq; enim dicimus napſi,ſed naphſi, tam etſi. pe. ibi poſitum ſit. Vidētur quippe Indi triplex. p. habere,pro vt litera illa & ab Hebræis & à Chaldæis tri-

bus

bus modis enuntiari poteſt. Aliter enim pronuntiatur .p. ſine dages & cum dages, ac cum raphe ab hebræis. Similiter à Chaldæis & Syris ſimpliciter poſitum, aut quādo ſupra, aut infra ſe, vel etiam in ventrem inditum rubeum punctum habet, vt ſatis ſupra declaratum fuit. Nam aliquando pro.p. ſimplici accipitur, aliquando vero pro.p. fortificato ſeu geminato, aut(vt hebręorū more loquar) dageſſato, & aliquando pro.p. raphato, & tunc ad digamma eolicum tendet ad.f. ſcilicet aut.ph. prolationem deflectet. Idipſum & in.p. latino contingere, facillime diligens lector cōprehendet, ſi animum aduerterit ad dictionem à .p. incipiētem ſequente vocali, diphtongo, aut conſonante, aut etiam cum in media dictione ſyllabam finit, geminata exiſtente, aut alia(ſi modo ratio ſyllabas componendi patitur vt ſeperent)ſequente cōſonante. Iccirco id quod hoc in loco dicitur, Indum ſcilicet. phi. græcum non habere, nec more latino ex diuerſis illud elementis facere, ſed eius loco.f. ponere, poſſet nō abſq; ratione hoc modo caſtigatum intelligi, vt non obijciam, quod ſi hæc lingua, iſtaq; elemēta, Chaldaica vera eſſent, non mirum foret, ſi Græcas, aut Latinas literas non haberet, quandoquidem omnium, qui ſapiunt, cōſenſu, antiquior his, ſit Chaldæa. ℂ Cha. quinta decima litera, conſonantium vero decima pro .caph. Hebręo & Chaldęo .coph. Punicoq; .chieph. accipitur, & Græcis. cappa. &. chi. ac latino .c. tenui, & cum aſpiratione. Patet hoc ex titulo vndecimę Ogdoadis pſalmi. Beati immaculati ex literis, capita, octo illorū verſuū inchoantibus, in quibus. caph. inſpicitur. Et ibidem dictio chuulu, ideſt omnia, quā etiam hebræus. chol. ſeu. chal. per .caph.

& Chaldæus

& Chaldæus Syriæ.chulheun.per eandem literã ſcripſe-
runt,& paulopoſt vbi dicimus, vt cuſtodiam teſtimonia
oſucha,ideſt oris tui,in qua eſt,caph.pro affixo pronomi-
ne tui,ſicuti & in eadem Hebraica dictione .phicha. & in
chaldaica Ioſeph cœci.phumach. & ſyriaca dphumoch.
hoc eſt oris tui. Cæterum in pſalmo iuxta hebraicã com-
putationẽ.99.vbi habemus. Qui ſedes ſuper cherubin
moueatur terra,ait Indus.Zaionabor diba cherubel.He-
braica vero litera habet.loſceb cherubin.Chaldęus cœci
textus.Cherubeia,& Arabica Nebienſis interpretatio.Al
chrubin. Græca vero phraſis epi ton cherubin.vbi Chal
dæus Syriæ ait, ܝܬܒ ܥܠ ܟܪܘܒܐ. lotheb al crubæ,
& ibidẽ Arabica iterpretatio, ܐܠܓܐܠܣ ܥܠܝ
ܐܠܟܪܘܒܝܘܢ. Algals ali alcharubiun. Idem nomẽ
habetur in pſalmo.xvii. Et aſcendit ſuper cherubin.

¶ Za.vero decima ſeptima litera,& conſonantium vnde-
cima ab.ita.gręco,& aſpiratiõe quadrata latina, haud qua
quam diſſimilis eſt.Et pro.zain.hebræo & chaldæo acci-
pitur,vt in inſcriptione ſeptimę Ogdoadis allegati pſalmi,
vbi Indus ait.Zaio.vel.zai.vt obmuteſcat.o.ſextæ ſedis, &
ibidem vbi verſum incipientes dicimus.Memor eſto.He-
bręus dicit.zecher.ideſt memento.Indus.thazachar.Me-
mor eris,propter literam.ethan.tha.ſcilicet indicem futuri
temporis,& in eadem Ogdoade ibi.Cantabiles mihi erãt
ait hebręus.zmirot aiu li,carmina erũt mihi, & Chaldęus
noſter Syrię.zmirto heuau li.in hoc loco Indus nomine
hæmatico vſus eſt,vt.ma.dictiõis incohatiua demõſtrat.

Nimirum

Nimirum, Mazmur, ideſt carmen, canticum, hymnus, vel pſalmus. Quod nomen in omnium ferè pſalmorum titulis impoſitum reperitur, & à verbo, zamar, ideſt pſalmum dixit, vel laudauit, formatum eſt. Cuius imperatiuum habetur in pſalmo. 47. ibi. Pſallite deo noſtro pſallite, pſallite regi noſtro pſallite, quoniam rex omnis terrę deus pſallite ſapienter. Quæ verba Indus ita expreſſit. Zamru laamlachona zamru. Zamru lanoguſna zamru. Oſma nogos ogziaboher lachuulo modor. Zamru labouua. Ibi Hebręus. Zāmeru ælohim zāmeru. Zammeru lemalchenu zāmeru. Chi melech chal aarez alohim zāmeru maſchil. Chaldæus Syriæ ibidem hunc in modū interpretatus eſt.

ܙܡܪܘ ܠܐܠܗܐ ܒܫܘܒܚܐ ܐܠܗܘܗܝ. ܙܡܪܘ ܠܡܠܟܢ ܡܛܠ
ܕܡܠܟܐ ܗܘ ܕܟܠܗ ܐܪܥܐ ܐܠܗܐ ܗܘ ܙܡܪܘ ܠܗ
ܫܘܒܚܐ. Zmaru lalhoo bſubhho alhoohau. Zmaru lmalchan. Metul dmalchohau dculoh arago alhoohau zmaru lhe ſubhho. Pſallite ſeu cantate deo in laude. Pſallite regi noſtro, quoniam rex eſt vniuerſæ terræ deus ipſe, cantate illi laudem. Eſſe vero imperatiui temporis zamru, zammeru, & zmaru, quicūq; Hebræorum antiquas grammatices præceptiones legerint, ſiue etiā quæ à Germanis, & Gallis, necnō Italis, tam chriſtianis, quàm noſtri temporis hebręis traditę ſunt, vel mediocriter, etiam quaſi per tranſennam prętereuntes aſpexerint. Aut illa quoq; quę à Monſtero Franciſcano docte ſimul & accurate ad Hebraicam, Chaldaicamq; linguam conducentia, nuper in lucem prodita ſunt, ſaltem deguſtauerint, intelligere facillime

cillime poterunt. Quamobrem, dedita etiam opera, regu las prȩceptiones ve aliquas de modis inflectendi, tempo= ra formandi, modoſq; verborum dignoſcendi, hoc in lo= co tradere minime curaui, ſed lectorem dumtaxat admoni tum eſſe volui, accurataq; cõſideratione percipere, Indos, in nominibus verbiſq; inflectendis, regulis Chaldȩorum Hebrȩorumq; more vti. Necnon & tropos, alioſq; dicẽ= di modos, & ſchemata, ſicut & aliȩ, aliarum linguarum va rietates habere. Cæterũ in pſalmo. 83. in quo habemus. Pone principes eorũ ſicut oreb & zeb & zebeȩ & ſalma= na. Indus hac vtitur litera dicens, vua zeb, vua zeboel. Et Hebræus, per zain ſcribit, nec aliter Nebieſis in Targum Ioſeph cœci, & ĩ Arabica ĩterpretatiõe. Chaldȩus quoq; noſter Syriæ dixit, ܘܐܝܟ ܙܐܒ ܘܐܝܟ ܙܒܚ Vaic zib vaic zobahh. vltima litera dictionis zobahh eſt aſpiratio fortis, qua & Hebrȩus & Ioſeph cœcus, in dicto iam nomine vſi ſunt. Arabs quoq; per .ze. vel .zai. vndeci mam alphabeti literam vtrumq; nomen ſcriptitat dicens. vzib vzabina. ❡ Decima nona litera eſt .da. conſonantiũ duodecima, quae loco .d. capitur, vt in quarta Ogdoade citati pſalmi ſub litera .daleth. aperte videtur. Et in pſalmo 132. Memento domine dauid, ait Indus. Thazacharo ogzia ladauuith. Hebrȩus. Zechuor iehoua ledauid. Io= ſeph cœcus. Idchar iehoua ledauid. Arabs. Adchar iarb daud. Syriæ vero Chaldæus, ܐܬܕܟܪ ܡܪܝܐ ܠܕܘܝܕ. æthdachir morio ldauid. & plura vide ſupra in .ta. octaua conſonante. ❡ Tertia decima conſonans eſt .ga.

vigeſima

vigeſima in ordine literarum,quæ pro.g.ſcribenda eſt, & gimel hebræo,& ſimilibus reſpõdet,vt in tertia Ogdoade pſalmi Beati immaculati,vbi Indus pro titulo illius Ogdoadis poſuit gamel,nomina quoq; gebal, agareni,& galaad,de quibus in pſalmo.8 2.&.6 0.vt ſupra à nobis etiã dictum fuit,per.g.ſcribuntur. ℭQuintadecima cõſonãs eſt.ta.vigeſima prima in literarũ ordine,quam Io.Potken cum aſpiratione ſcripſit, cum nihilominus illã.p.teth. hebræo,& chaldæo, quod aſpiratum non eſt, in nona Ogdoade prefati pſalmi. 1 1 9.appoſuerit.Videtur autem eſſe ſcin. ס .hebraicũ inuerſum.Et aſpiratio huic literæ addita remouenda eſt,& octauę conſonanti copulanda,vt ſupra in ipſius octauę conſonantis explicatione tractauimus, & pro.thau.hanc vero pro.teth.accipiẽdam diximus. Præterea hoc nomẽ.hhataim.ideſt peccatores,cõmune eſt Indis,Chaldæis,Hebręis,& Punicis,& omnes per aſpirationem fortẽ.hhet.teth.Aleph.iod.&.mim.vel.nun. ſcribũt. Nam Indus cũ hac conſonante ſcripſit.hhatoan.ideſt peccatores,in pſalmo primo.hebræus ibi.hhataim.cœcus Ioſeph.hhataæ. ibi Arabs.lhhatijn. & ſcripſit per literã.te. ſextam decimam alphabeti,quæ.t.ſimplex eſt, vt ſupra explicatũ fuit. Chaldæus Syriæ, ܚܛܝܐ hhatoiæ, & ibi Arabica ĩterpretatio, ܐܠܚܛܐܝܢ alchatiin. Cæterum in pſalmo. 1 0 9.vbi nos,græco vſurpato vocabulo,dicimus.Et diabolus ſtet à dextris eius.ait Indus.vuaſaitan iokumo baiamanu,& ſatan ſtet in dextram eius, & nomen ſaitan per.ſcin.&.teth.ſcriptum eſt,per hanc videlicet literam de qua tractamus.& per eaſdem etiã hebræus ſcri-

pſit, ingens, veſcatan iaamod al iemino, & Caldęus Syrię, ܣܛܢܐ ܢܩܘܡ ܡܢ ܝܡܝܢܗܘܢ. Saitono nquum men iaminheun. Arabs ibidē. ܘܐܠܫܝܛܐܢ ܐܢ ܝܡܝܢܗܡ Valſaitan ian iaminhem. Ioſeph cœcus. Veſcitna iekum ial iemineh. & Arabica interpretatio ibidem, alſcitan flikph an iminhę. ¶ Vigeſima ſecunda litera eſt. pa. conſonantium quintadecima, quæ quidnā apud nos reprę ſentet, ipſo nomine inſinuat. Hanc literam in toto pſalterio, & in omnibus Romę à Ioanne Potken impreſſis, vltra ſyllabarij deſcriptionem, octo tantum vicibus in vſu fuiſſe reperies, in pſalmo. 41. vbi dicimus. Dum cōfringunt oſſa mea exprobrauerunt mihi, qui tribulant me inimici mei. Indus ait. Vua iazana; puuni. pſalmo. 10. in pharetra, vuoſta, moguun; pathihæmu. pſalmo. 67. alias 68. Aethiopia pręueniet manus eius deo. Indus cum hac litera ſcribit, ithiæpia; & pſalmo. 119. in Ogdoade. 16. verſu. 7. Ideo dilexi mandata tua, ſuper aurū & topazion. ouark vuaompazion. Hebræus vero, vmippaz, & Ioſeph cœcus, vnippiza, pro topazio & obrizo, cū. p. dageſſato ſcripſit. Ioannes Potken literam hanc in dictione Potken vſurpauit, & in dignitatis ſuæ nomine inſinuādo, videlicet præpoſitos, hoc eſt præpoſitus. Qui in his nominibus & in nomine, chriſthos, crucē mihi quoq; igerit, dum . thau. literam (quæ crucis ſignum præſefert) aſpiratam pro. teth. tenui adſcribit, nec non & nomen apoſtolorum principis cum hac litera ſcripſit, Pethros, quod licet p. th. latinis ſcriptum ſit literis, perperam factum cenſendum eſt, aſpiratio-

nemq;

nemq; illam nomini. Thomas. addēdam rationibus manifeſtis, ſuperius à nobis adductis dicendum eſt. Paulos quoq; cum hac litera à Potken ſcribitur. ❡ Sequitur vigeſima tertia litera, conſonantium ſexta decima, quæ. za. dicitur. & pro. zadich. vel. zode. vel vt aliqui volunt. tſade. aut ſadich. vt. 8. Ogdoade ſuperius citati pſalmi, quę titulo zade pręnotatur, in qua dicimus. Iuſtus es domine. Indus ait zadok antha ogzia. & hebræus, zadiq attha iehoua. eiſdē enim literis nomē zadich ſcriptū eſt, per. צ. nimirū. ד. & . ק. Prima dictio iſtius Ogdoadis. ſ. vuahhozocha caſtiganda eſt, vt dicat vuazazacha. Simili modo prima ſeptimæ lineæ dictio, vuagabrochacha. ideſt & ſeruus tuus, in emēdatis codicibus antiquis eſt. vuagabrochaſa. quod cacophognię euitandæ gratia factum eſſe arbitror, nec ſemel tantum in quamplurimis etiam pſalmis obſeruatū eſt. ❡ Vigeſima quarta quæ ſequitur litera & conſonantium decima ſeptima, ſimili modo. za. nominatur, forma tātum à ſuperiori diſcrepans, virtute vero eadem eſt. Confundūtur quippe inuicem vt notum eſſe poteſt, ex dictione pſalmi. 40. prima. bzuo. ideſt beatus, ſed ratione quieſcētis. o. ſextæ ſtantiæ, dicemus. bzue. vel. bzui. quandoquidem vltimum. ain. o. ſonans, non penitus aphonum remanet, ſed per. e. vel. i. raptiſſime proferendum erit, ita vt vix diſcerni queat, an in. e. vel. i. vel etiam. o. deſinat, & ſcribit per hanc literam. bzua. Tamen in tertia linea eiuſdem pſalmi vbi habemus, & beatum faciet eū in terra. Indus dicit, vuaiabazo & cum priori litera. za. ſcribitur. Lucæ vero primo, vbi dicimus. Ecce enim ex hoc beatam me dicent, ſeu beatificabunt me, Indus ait, iaſth bazoani, & cum hac conſonante

ſcripſit.Simili etiam modo in fine pſalmi.143.beatum di
xerũt populũ,cui hæc ſunt,ita Indus ait,vuaſthab zoouuo
& beatificabunt ſiue beatum dicẽt,nam dictio iſta ab,vua,
ex Indorũ conſuetudine incohanda fuit,& proinde lineæ
penultimæ dicti pſalmi addenda.Et hic obiter animaduer
tendum cenſui,quod verbum hoc, non ab.a.ſed ab.i.de=
buiſſet initium capere,quandoquidem litera.a.quæ in fu=
turo additur,primae perſonae indicatiua eſt.I.vero tertiae,
vt nouerunt,qui literarum,ethan,vim non ignorãt,niſi for
te cum Rabi Ioſi,in commentarijs libri geneſeos hieroſo=
lyma lingua ſcriptis,ad primam perſonam pluralis nume
ri referre velimus,ac dicere,beatus populus,cui ſic eſt,hoc
eſt,dicemus beatum populum illum,à quo regis ceſſauit
furor,mutatus ſcilicet eſt rex à furore quo percitus erat.
Pręterea,ſcin,&,thau,in principio addita,quem nam ver=
bi affectum inſinuent,conſiderare inquam debebunt,qui
hebraicas,chaldaicaſq; in verborum coniugationibus p̃=
ceptiones familiares habent.¶Penultimam ſyllabarij lite=
ram Ioã.Potken,fa,appellauit,& cum.f.ſcripſit,vigeſima
quinta litera eſt,& conſonantium decima octaua,de qua
p̄ter ea quae in explicatione nonae conſonãtis ſupra dixi=
mus,& illis inhęrentes aſſerere audemus,literam hanc ab
indis pro.pe.raphato inuẽtam,pro ea ſcilicet inſinuanda
voce,quae eſt raphati.p.apud hębreos,nec.f.latinum ſeu
mauis ęolicum digamma eſſe,ſed Punicum,Arabicumq;
mutuatum,phe,vt quod à dextro in ſiniſtrum per planam
(vt aiunt)lineam ducebatur,à leuà ſuſpenſum,punctis p̃
diuerſo vocalium ſono variatis,in dextrum deflectatur la=
tus.Qui autem fieri poteſt,vt quod omnes ferè orientales

linguæ

linguę ab hebraica initium capientes, pro millenario nu= mero, primae alphabeti literae nomen, ſcilicet, aleph, acci= piunt, vt in pſalmo. 90. vbi dicimus. Cadent à latere tuo mille, hebraicus textus habet, מצדך אלף mizidcha ęleph, & Chaldaica Ioſeph cœci interpretatio in eodē loco. ܐܠܦܝܢ alphin, & reſpondens Arabica Nebienſis, ܐܠܐܠܦ. Alalaph, & Syriaca Chaldaicaque in terpretatio, ܢܦܠܘܢ ܡܢ ܣܛܪܟ ܐܠܦܐ. nephflun men ſatroch elphæ. Arabs Syriæ, ܝܣܩܛܘܢ ܡܢ ܓܢܒܟ ܐܠܘܦ. Isktun min gnbch aluph. Et pſalmo. xc. Quoniā mille anni ante oculos tuos, ibi hebræus, & Ioſeph cœcus, כי אלף שנים chi æleph ſcanim. Arabs Neb. ܐܠܦ ܣܢܗ. alph ſnhe. Chal. Sirïæ. ܡܛܠ ܕܐܠܦ ܫܢܝܢ Metul daleph ſcnain. & ibi Arabs, ܠܐܢ ܐܠܦ ܣܢܗ. Lan alph ſnhe. & pſalmo. cv. hebræus textus, לה אלפ דור Le æleph dor, in mille generationes. Ioſeph cœcus, לאלפין דרין Lalphin darin. Chaldæus Syriæ, ܠܐܠܦ ܕܪܝܢ. Loleph dorin. vtraque Arabica interpretatio cōfor mis eſt, ܐܠܝ ܐܠܦ ܓܝܠ Ali alph gil. Indus pro mille, aſartu mooth, ideſt decē cētum, & pro myriade, Aolaph,

ſcripſit. Simili etiam modo in fine pſalmi. 143. beatum di xerũt populũ, cui hæc ſunt, ita Indus ait, vuaſthab zoouuo & beatificabunt ſiue beatum dicẽt, nam dictio iſta ab, vua, ex Indorũ conſuetudine incohanda fuit, & proinde lineæ penultimæ dicti pſalmi addenda. Et hic obiter animaduer tendum cenſui, quod verbum hoc, non ab. a. ſed ab. i. debuiſſet initium capere, quandoquidem litera. a. quæ in futuro additur, primae perſonae indicatiua eſt. I. vero tertiae, vt nouerunt, qui literarum, ethan, vim non ignorãt, niſi forte cum Rabi Ioſi, in commentarijs libri geneſeos hieroſolyma lingua ſcriptis, ad primam perſonam pluralis numeri referre velimus, ac dicere, beatus populus, cui ſic eſt, hoc eſt, dicemus beatum populum illum, à quo regis ceſſauit furor, mutatus ſcilicet eſt rex à furore quo percitus erat. Pręterea, ſcin, &, thau, in principio addita, quem nam verbi affectum inſinuent, conſiderare inquam debebunt, qui hebraicas, chaldaicaſq; in verborum coniugationibus pceptiones familiares habent. ¶ Penultimam ſyllabarij literam Ioã. Potken, fa, appellauit, & cum. f. ſcripſit, vigeſima quinta litera eſt, & conſonantium decima octaua, de qua pter ea quae in explicatione nonae conſonãtis ſupra diximus, & illis inhęrentes aſſerere audemus, literam hanc ab indis pro. pe. raphato inuẽtam, pro ea ſcilicet inſinuanda voce, quae eſt raphati. p. apud hębreos, nec. f. latinum ſeu mauis ęolicum digamma eſſe, ſed Punicum, Arabicumq; mutuatum, phe, vt quod à dextro in ſiniſtrum per planam (vt aiunt) lineam ducebatur, à leuà ſuſpenſum, punctis p diuerſo vocalium ſono variatis, in dextrum deflectatur latus. Qui autem fieri poteſt, vt quod omnes ferè orientales

linguæ

linguę ab hebraica initium capientes, pro millenario nu-
mero, primae alphabeti literae nomen, ſcilicet, aleph, acci-
piunt, vt in pſalmo. 90. vbi dicimus. Cadent à latere tuo
mille, hebraicus textus habet, מצדך אלף mizidcha ęleph,
& Chaldaica Ioſeph cœci interpretatio in eodē loco.
ܐܠܦܝܢ alphin, & reſpondens Arabica Nebienſis,
الالف Alalaph, & Syriaca Chaldaicaque in-
terpretatio, ܢܦܠܘܢ ܡܢ ܣܛܪܟ ܐܠܦܐ nephflun
men ſatroch elphæ. Arabs Syriæ, ܐܣܩܛܘܢ
ܡܢ ܓܢܒܟ ܐܠܘܦ Isktun min gnbch aluph.
Et pſalmo. xc. Quoniā mille anni ante oculos tuos,
ibi hebræus, & Ioſeph cœcus, כי אלף שנים chi æleph
ſcanim. Arabs Neb. الف سنه alph ſnhe. Chal.
Siriæ. ܡܛܠ ܕܐܠܦ ܫܢܝܢ Metul daleph ſcnain.
& ibi Arabs, لان الف سنه Lan alph ſnhe. &
pſalmo. cv. hebræus textus, לה אלף דור Le æleph
dor, in mille generationes. Ioſeph cœcus, לאלפין דרין
Lalphin darin. Chaldæus Syriæ, ܠܐܠܦ ܕܪܝܢ
Loleph dorin. vtraque Arabica interpretatio cōfor
mis eſt, الى الف جيل Ali alph gil. Indus
pro mille, aſartu mooth, ideſt decē cētum, & pro myriade,
Aolaph,

Aolaph,& in canticis canticorum cap.4. vel.5. electus ex millibus,om aoleph,ideſt ex millibus,& in vulgato loquendi vſu pro mille,olph & elph,ſicuti & pro centum facta metatheſi.o.literæ,omoth,quod alias mooth,eſſe deberet,cum & Hebræi,& Chaldæi,pro centum,meah, dicāt. Et obiter hic notandum eſt Indos,ain,&.a.literis, mutuo vti,quod patet ex dictione,aſſartu,decem ſignificanti, nam in ſupra dicto cap.4.can.canti.per,ain, in cap. vero. 8. p a.ſcripta eſt. Et omnes vno ſcribendi ordine.alep.millenarij ſignificatiuam numeri dictionē per.p.finiāt, & per.ph. p.ſcilicet(vt hebræorū vtar dicendi conſuetudine)raphato proferunt,in vocem.f.iam noſtri deſinentis,& ſolus Indus,qui ſe chaldæum iactat, latino.f.ſeu ęolico digamma vtatur, coniectura ſanè aſſequi non poſſum. Præterea in pſalmo.135.Pharaonem Hebræi,Chaldæi Syriæ,& Ioſeph cœcus,Punici,Arabiciq;,tam orientales, quam meridionales,& occidentales, quin & Græci, Macedones, Armenici,Dalmatæ,& vtriuſq; Miſſiæ, ac Gotiæ incolæ, ac Latini per.p.aſpiratum,ſeu.ph.ſcribere paſſim cernuntur,& Exodi quoq;.15.in cantico Moyſis,dolores obtinuerunt habitatores philiſtijn, Gręci per.φ.phi. ſcribunt. Hebręi per. פ .pe.ſeu. פ .phe. Thargū Ionathę, biphleſceth,Syriaca Chaldæorū interpretatio, .ܕܦܠܫܬ daphleſth. & Arabica, .فلسطين Phliſtiin. Indus vero.floſtoem.per.f. At quo ſingulari priuilegio ſolus Indus latinū.f.in his, atq; id genus alijs nominibus, ſibi vſurpare è tā diſtātibus cœli climatibus auſus fuerit,aptis licet,ac linceis(vt ſic dicā)cernere oculis nequeo. Sed

nec

nec Argum illum, quem cẽtum fingunt oculos habuiſſe, crederem, ſi adeſſet ſpectare valeret. Proinde alijs iſtud ſtudioſe inquirendum relinquo. ¶ Vltima literarum ſyllabarij Indorum, vigeſimum & ſextum (ſacrũ videlicet magni illius diuini nominis, tetragrammaton) numerum cõplet, & conſonãtium decima nona eſt, taſ, grçci, &. T. latini formam, effigiemq; prçſeferens, à Ioanne Potken. pa. inſcripta. Ad nullũ in toto opere Romç impreſſo vſum veniſſe apparet, quandoquidem nec in pſalmis, nec in canticis, ſed in cantica canticorum in cap. 5. iuxta noſtram diuiſionẽ, ſecũdum vero Indorum partitionem. 4. in fine lineç tertiç decimç, vbi nos dicimus, venter meus eburneus diſtinctus ſapphiris, carſu ſelada karna nage deba obona ſanoper. Primam literam iſtius nominis quç. ſcin. eſt, quinta ſyllabarij litera, crediderim amouendam, & in eius locũ. ſamech. quæ ſeptima in ordine literarum eſt, ſubſtituẽdam, vt cum hebræo conueniat, cui idem prçcioſi iſtius lapidis nomen cõmune eſt, & per. ſamech. &. phe. dageſſato. iod. res. iod. &. mim. ideſt ſappirim ſcribitur, vel vt græcus interpretatᷣ, ſapphiris, per. ϖ. p. &. φ. ph. In Thargum vero Ionathæ, Exodi. 28. &. 38. pro ſapphiro. שבזיז ſabziz & ſabzez, cum. ſcin. ſcriptum reperitur. Et in numerali quidem officio, vno variata modo, octauum numerum indicat, mutatione vero alia, vigeſimum, [illegible] q; alia ſexageſimum. Addita vero ſeu diducta à tranſuerſali [illegible]nea pẽdente ad æqualem menſurç proportionem alia [illegible] pi. grçci quadrati figuram oſtẽtat, octuageſimumq; numerũ ſignificat. iccirco haud temere ab ipſo Potkẽ, dictũ arbitror, Chaldços vtroq; p. rariſſime vti. Et tandem literarũ ſyllabarij indorũ conformationis

finem facimus. ❡Supereſt tamen vigeſima conſonans, quę eſt. vua. 15. in ordine literarum, & licet vocalis ſit, cō- ſonans tamen plerūq; eſt, quemadmodum de. u. latino, & vide, &. u. Macedonum, ac Dalmatarum dixiſſe iam credi mus. ❡Q uatuor vero alię illę literę, quae extra ſyllabarij ordinem eſſe videntur, eędem tamen ſunt, alio tantum pun ctorum additamēto differentes, &. u. adnexum ante quam libet quinq; vocalium habentes, ipſum nunquam, nec vo calem ſuam remittunt, ſicuti plerumq; illę quę in. ſads. in ſe xta videlicet ſtantia, reperiuntur. ❡Q uinimo nec diſylla- uiam, duarum ſcilicet ſyllabarum numerum minuūt, quā ob cauſam ſyllabę potius quam literę merito ſunt appellā- dę, ac pro longis ſunt ſemper accipiendę, vt chuo, per. ω. omega, & cum quatuor alijs vocalibus. a. e. i. u. non aliter & guo, & kuo, & hhuo, quę eſt aſpiratio fortis, de quibus exempla habere poteris, in pſalterio & canticis Romę im- preſſis, ne in recenſendis illis pluſculum fortaſſe temporis fruſtra conteramus, & de indorū literis hactenus ſit dictū.

De Iacobitarum, Cophtitarumq; conſonantibus.

❡Q uatuor & viginti habent Cophtitę, & Iacobitę, con ſonantes, non multum à Graecis & Macedonicis diſſimi- les. Q uarū prima. vueda. dicitur. Ⲃ. quae penè graecū vita. β. tibi ob oculos repreſentat, & pro. b. latino accipien da eſt. ❡Secunda gamma. Ⲅ. loco. g. noſtri, & gāma. γ. graeci. ❡Tertia delda. Ⲇ. pro delta. Δ. &. d. ſumenda. ❡Q uarta, zſo, ſeu, cſo. ⲋ. quae licet conſonans ſit, vt plurimum tamen pro ſexta numeratione ponitur, nec in alium apud illos fore vſum obſeruaui. Nā & ipſi, graeco- rum more, per literas alphabeti ſuos computāt numeros.

& idem

& idem penè eſt ac.zielo.tam Macedonicum quam Dalmaticum, quandoquidem raro vel nũquam aliter vſurpatur. ¶Quinimo ſicut apud Dalmatas iſtius loco ſemper ferè ponitur.zemle.ita apud Iacobitas ſequens litera, quae in conſonãtium numero quinta eſt, & ſieta dicitur, durius tamen hæc aliquantulum quam zita ſonat, & media quædam videtur eſſe litera inter zita & cſi. Eſt autem ſieta. Զ græcum.ζ.zita, & latinum.z.repreſentans. ¶Sexta conſonans theda. Թ.dicta eſt, & pro.th. latino accipitur, & ſi in ſummo clauderetur, ſi extremę ſcilicet duæ lineæ in capite ſe contingerent, ſicuti in infima parte ſe tangunt, eadem procul dubio eſſet, atq; Gręcorum, Macedonum, Ruſiorumq;.θ.thita. ¶Septimo loco ſuccedit Caba. Կ .quæ pro.c.latino, & graecorum.κ.kappa nobis eſt. ¶Octaua conſonans eſt Lauda. λ .& hæc a graecis.λ.lambda dicitur, &.l.exprimit, & eſt ferè Chaldaicũ quadratũ. ל olaph inuerſum. ¶Me. Մ .& graecum.μ.mi, & latinũ m.eſt, nonumq; conſonãtium numerum implet. ¶Nyn. Ն decima ſequitur cõſonans quae pari modo tam græcum.ν.gni, quam latinum.n.eſt. ¶Vndecima. Ք .acſi vel axi vocatur, & idem eſt q.cs. &.x.latinũ, & Græcum, Macedonicũ, Goetiumq; ſeu mauis Roſiũ, aut (vt aiũt) Ruſium.ξ.xi. ¶Duodecima conſonans eſt. π .pi.p.ſcilicet latinum, & ſicut nomine, ſic & figura.pi.graecum eſt. ¶Ru. P tertia decima conſonans, eadem cum graeco .ρ.rho eſt, & licet latini.p.formam pręſeferat, pro.r.tamen noſtro accipitur. ¶Quarta decima conſonans vocatur ſigma. C .& ſemicirculi ſiniſtra pars eſt, &.c.latinum ob oculos tibi objjcit, qua figura pro.s.vtuntur, ne dum Iaco

bitæ & Cophtitæ, verum etiam Graeci, Macedones, Bulgari, Seruiani, Ruſii, & Dalmatę, quamquam Gręcis etiã alia alterius formæ ſint pro ſigma elementa, non ſecus atq; latinis, quibus aliud eſt .s. quod aiunt, rotundũ, aliud .ſ. longum, idem tamen poteſtate elementũ eſt. ❡ Quinta decima conſonans. Ꞇ. Taf. appellatur, & parum aut fere nihil à graeco & latino .T. differt. Sed nec ab vltima Indorum litera. Ta. quam ſupra diximus pro .p. ab illis vſurpari, in eo dumtaxat differẽtiam oſtentat, ꝙ caudam in leuum latus ſcorpij in modum deflectit acutam. ❡ Sequitur Ꝕ phi, ſexta decima conſonans, quae parũ aut nihil à phi .φ. graeco, quin nec a piur vel phiur quoque .Փ. armenico, & .ф. fert. tam Macedonico quam Dalmatico, & nobis pro .ph. latinis inſeruit. ❡ Decimum & ſeptimũ numerum conſonantium litera illa obtinet, quę Simonis Petri Apoſtolorum Principis fratris, Andreę ſcilicet Apoſtoli Crucem æmulatur, & .x. latinum eſſe videtur, & Χ chi dicitur, ſicuti nomine, ita & virtute & figura .x. chi graecorum, & chir Macedonum, Ruſiorum, Bulgarorũ, Seruianorum, nec nõ & chir Dalmatarum, nec dum à typographis publice tradditum, ſimilitudinem pręſeferens, nobis vero pro .ch. ſuccurrit. ❡ Decima octaua conſonans appellatur epſi. Ψ .hęc litera tridenti Neptunio ſceptro ſimilis eſt, nec multum à pſi .ψ. graeco, & Macedonico diſſimilis, latinis .p. & .s. repreſentat. Hãc Dalmatę nõ habẽt, ſed pro ea latinorum more pocoi & ſlouo vtũtur. ❡ Decima nona cõſonans eſt ſchei ſeu ſcei. ɰ .& pro. ש ſcin dextro hebraico ponitur, & à nobis latinis pro .s. & .c. ac

etiam

etiam.ſch.accipienda eſt. ℭ Vigeſima conſonantium eſt chachi ſeu ciachi ճ. ճ diſſyllabū, clauſum & patēs, nā vt de. ם. mim Hebraica, & . ܡ. mim Chaldaica, & Tartarica ſeu Punica litera ſuperius dictū fuit, quod ſcilicet alia eſt clauſa. ם. ܡ. alia patens ſeu aperta. ם. ܡ. eodem quoque modo & de hac ipſa litera dicendum eſt. Quandoquidem & in fine aliquādo nectitur, interdum vero haudquaquā coniungitur, vt videri poteſt in ſuis pauloante deſcriptis characteribus atq; figuris, & .ch. latinis auribus ſonat, quamquam non adeo craſſum, vt in .chir. Et .cia. vel .chia. pro vnica ſyllaba aſſumi debet, perinde ac ſi Nugas ī materno noſtro idiomate velles enūciare. Nā iſthęc Nugę ſunt. Certamente queſte ſono ciaciare, triſyllabice ciaciare proferēdo, ita vt vix percipi queat, an .i. in prima & ſecūda ſyllaba proferatur, quāuis ab eo incipere, & in .a. terminare videatur. Proinde .ci. & .chier. Macedonici, nec non & .ci. ջ & cieru, vel chiaru Ⱍ Dalmatici in prolatione normā obtinebit. ℭ Vigeſima prima conſonans dicitur gieuſa vel ieuſa, ac hieuſa cum aſpiratione leni. Ձ .vt apud Armenicos in ſuo gie. Ձ. & videtur eſſe lamaliph Punicum, & vuandalorum prima alphabeti litera ⋟ quae .aha. dicit', & .a. literę fungitur officio, triplicemq; habet proferēdi formam, proinde etiam varias nobis literas inſinuat .g. ſcilicet .y. & hy. vt in Armenicis conformationibus dicetur. ℭ Vigeſima ſecunda conſonans eſt Sima ꭍ vt Hebraicū ſamech,

& Chaldaicum ſomchat,& vt.s.latinum,remiſſo naturali paululum ſibilo leniter proferēdum inſinuat, & medium neſcio quem ſonum īter.s.&.z.habere videtur, Parelcon quīdoq; reperitur,ſicuti & Macedonicum.ier. & Dalmaticum omonymon ፀ apud quos,cum in medio tū vel maxime in fine dictionum in conſonantem deſinentium ſuperabundat, & quamuis ſcribatur non tamen ob hoc ὡς ἐπι τὸ πλειστὸν,profertur. ❡Vigeſima tertia cōſonans eſt, quam pene omiſſeram litera ዐ vei,quæ licet vocalis ſit, ſæpenumero tamen(vt de non nullis aliarum linguarum vocalibus dictum fuit)conſonans efficitur, iccirco etiam hoc loco in conſonantium numero computabitur.❡Sequitur litera Di ተ vigeſima quarta & vltima tam conſonātium quam alphabeti literarum,crucem nobis figurās, atq; myſtice inſinuans,quod ſi optatum tandem beatitudinis finem conſequi deſyderamus,ad illum per crucē à cruce nobis properandum,& in cruce tamdiu (Meſſihæ Saluatoris noſtri exemplo) immorādum eſſe, quādiu, quod ille pro nobis æterno obtulit patri,eidem pro viribus,fidei ac necis vicaria compenſatione repēdamus. Accipitur autem hæc litera etiam pro.d.& pro.t.& nōnunquam loco alterius literæ fuiſſe ſuffectam indicat.Vt cum taf græcum poſt gni poſitum reperitur,non inquam per.t.ſed per.d. ex regula & græcorum loquendi vſu profertur. Quod quidem vel his qui modice & ſummis,vt aiunt,labijs, græcarum literarum prolationem libauerint,manifeſtum eſſe poteſt.Neq; enim Antonium per.t.literam tenuē ſcriptū, per.t.proferimus,ſed per illius andiſticham,delta videlicet mediam,Andonium,ſi hellinismū ſapimus,enūciabimus.

Idem & de hac quoq; litera Iacobitarum vltima pro præſenti conformatione cenſendum eſt, vt ad Macedonas aliquando veniamus.

De Macedonum Dalmatarũq; cõſonantibus.

❡Macedones & Gotij ſeu mauis Roſii vel Ruſii, Scythiæ maioris, vnius ve Sarmatiæ partis incolæ. Et q vtráq; inhabitant Miſſiam, Bulgari, & Seruiani, noſtra hac tempeſtate nominati, eodem ferè alphabeto vtuntur, tribus tantum quatuór ve literis non nihil variatis. Ad numerũ Homeri vatis στοιχείων, quatuor & viginti conſonantes habẽt. Poſthabitis etiam exceptiſq; duabus illis, uch. videlicet & iath. vocalibus, quas pro conſonantibus aliquando diximus aſſumi. ❡Quarum prima eſt buch  & pro.b. accipitur, vt in pſalmo. 48. Quiq; terrigenæ & filij hominum, ſimul in vnũ bogati, i, u, bogati, ideſt diues & nõ diues ſiue pauper, ibidem eiſdem & verbis & literis, quo ad nomẽ literarũ tantũ, Dalmatę vtuntur, & paulo poſt, brati ne izbaimi, hoc eſt frater non redimet, redimet autẽ homo vel vir. Et in plurali numero in pſalmo. 132. Ecce quam bonum & quam iocundum habitare bratij, ideſt fratres in vnum, & ibidem. Sicut vnguentum quod deſcẽdit na bra du bradu aaroniu, in barbam barbam aaron. Et in omnibus pſalmis in quibus habetur. Beati nomẽ, quod blazemi dicunt, cum hac prima conſonante buch ſcribitur, quã Dalmata etiam hoc modo  figurat. Vuandali vero .p. b. habent literam  quam buchf appellant. ❡Secunda conſonans vide dicitur, & haudquaquam à vita græcorũ & Iacobitarum, nec etiam à .B. latino quadrato differt, & hæc eſt, quæ aliquando pro.u. conſonante ſuccurrit. Et

Dalmatica nec dum typis excuſſa, talis eſt ferè quale eſt ſignum, quo pro geminis inſinuandis vtūtur Aſtronomi, & Muſici, pro nota breuis temporis, licet non nihil varia ſit Ⰱ pro.b.latino, & vita grǽco accipienda in pſalmo 137. Super flumina babilonis, ibi tam Macedo quā Dalmata, hac litera vtit̃, Hebręus habet על נהרות בבל al naharoth babel cum.b.dageſſato. Chaldæi autem Syriæ, ܥܠ ܢܗܪܘܬܐ ܕܒܒܝܠ. al naharotho dbobil. Arabs, ܥܠܝ ܐܢܗܘܪ ܒܒܝܠ. ali anhur babil. Targū cœci, al naharanata dbabel, & ibi Arabica Nebiē. ĩterpretatio, ali anahar babil, & ibi eſt prima Punicorū conſonās, quæ be. appellat̃, grǽcus ĩterp̃s, επι των ποταμων βαβυλωνος, epi ton potamō babylonos. Indus vero dicit vuſta aſlaga babilō. Quantā ſimilitudinem habeat aſlaga cum naharoth, & reliquis Chaldaicis & Punicis ſupra adductis cogitet, qui aliquando Syrię, Babyloniæ, nec non Damaſcenę regionis fluminum piſces guſtauerit, & quantum Indicum nomen ad rumbum faciat intelliget. Vnum hoc ſat nobis fuerit, quod etiā Indus per.b.literā ſyllabarij nonā babilonis nomen ſcribit, nec ſecus Armeni dicētes, Առ գետս բաբելացոց, arh giets babielazoz, prima alphabeti conſonante vtentes, quę bien vel pien dicitur, & pro.b. hic & in multis alijs locis accipitur. Et litera iſta pro.u. cōſonante multotiens ſumitur, vt Deuteronomij. 19. Vidite ideſt videte, quod ego ſum ſolus, ibi prima litera eſt vide, & in nominibus proprijs in ſanctorum catalogo, Augu-

ſtini

ſtini, Vincentij, Geruaſii, Pauli, & in quam pluribus alijs ponitur loco .u. latini, cum pro vocali, tum pro conſonante, exempla ſi adducere vellem, longam nimiũ telam texerem, icirco ad aliam cõſonantẽ deſcendo. ¶ Quæ glagola ſiue glagole, tam Macedonibus quam Dalmatis dicitur Ⰳ &. g. nobis repreſentat, vt in pſalmo .60. ſecũdũ numerum Hebręorum. Moi ieſi galaadi, meus eſt galaad. Idem ait ibidẽ Dalmata, vbi Hebraica litera, & Ioſeph cœci, gilead, Syriæ noſtra Chald. ܕܝܠܝ ܗܘ ܓܠܥܕ. dili hu geloodh. vtraq; Arabi. ܠܝ ܗܘ ܓܠܥܕ. li hu gilaadh. Indus ziaia vuothu galaado vel galaad, cũ ſit ſads. ſtantiæ quieſcentium. Et in hoc quoq; loco lynceos pio lectori oculos exopto, ſi modo per obſcura quandoq; Chaldæorũ nemora vagatus eſt. & in pſalmo .83. vbi dicimus, moab & agareni gebal amõ & amalech, hac litera vtũtur Macedones, Dalmatę, & reliqui. In dictione tamen gebal, Dalmata non vtitur litera iſta, ſed iiſe. HP. dicens, iiebali vel giebali, nam & pro gemino .ij. & pro .hi. aſpirato, ac pro .gi. accipit. Ibi Hebraica litera. Moab ve agrini gebal ve ammon ve amaleq peleſcth. Nebieſis chaldaica interpretatio. Moabaæ ve hungeraę gublaę ve ammonaę vaamalquaæ, vfliſthaæ, ideſt moabitę & hungarinitę gebalitę & ammonitę & amalechitę & Paleſtini, Arabica. Muab vaamhagrini gabal v aman v amaliq. Syriaca chaldæorum interpretatio. ܘܕܡܘܐܒ ܘܕܓܕܪܝܐ ܬܚܘܡܐ ܕܥܡܘܢ ܘܕܥܡܠܝܩ ܘܕܦܠܫܬ. Vadmoab vadgedroię. thhhumo doomũ vdaamaliq. vadfleſth.

& Arabs

& Arabs ibi. ܘܠ ܡܘܐܒ ܘܠܓܕܪܢܝܢ ܬܚܘܡ
ܥܡܘܢ ܘܥܡܠܝܩ ܘܦܠܫܬܝܢ. Val muab valgdranijn tchum amun vamaliq vphliſtin. Indus autem dicit. Moab vuaagarauuijan nebal vuaamon vuamalek vua elofoli. Addidi vltimam hanc dictionem elofoli, qua Indus etiam in pſalmo. 107. pro philiſtijn vtitur, vt comprehendat lector vnde manarit hęc vnda, nun ab Hebręo Chaldæo, Arabico ve fonte, qui peleſt & phleſt ac philiſtijn habet, an à græco ī quo ſcribitur. Allophili metà ton caticondon tyron. ideſt allophili ſeu alienigenæ cum habitantibus tyrum. In hoc pſalmo. 83. in pſalterio Romæ à Ioan. Potken publicato in vltima dictione nonæ lineæ, vuaaraiu, loco. ra. ſubſtitui debet. la. paruum, vt dicat, vua alaiu. Simili modo in ſecunda vndecimæ lineæ dictione, ſcilicet laidumeia, addere opus eſt, ſextę ſtantię, & quintę lineę in ſyllabario muſitans. s. vt dicat laidumeias, & quintę lineę ante finem pſalmi addenda eſt litera in ordine literarū ſyllabarij quinta decima, & pronūciabitur vuaiethhaſaru. hoc eſt, & erubeſcant vel confundantur, ita enim in emendatis Indorum codicibus ſcriptum eſt, & hoc illorum exigit ſtilus, vt optime nouerunt, qui Indorum linguā callēt.

¶ Alia conſonans dicitur dobro Ⰴ & pro. d. capitur, vt in pſalmo. 105. aliàs. 106. Aperta eſt terra & deglutiuit dathana & dathan, de qua in Indorum conſonātibus ſatis abunde dictum fuit. Roſius quoq; ſeu mauis Ruſius, hac vtitur litera pro. d. vt clarum nobis eſſe poteſt, ex capite penultimo libri Samuelis, Regum ſcilicet ſecundi. In quo recenſentur poſt Dauid, & Eleazarū filiū Ahoi, & Semma: filium

filium Agge, de Arari, & Abiſai fratrem Ioab, filium Saruiæ, & poſt Banaian, filium Ioiade, quem fecit ſibi Dauid auricularium à ſecreto, triginta nobiles & fortes viri, qui fuerũt cum Dauid, quorum nomina Gotius ſiue Ruſius hoc ordine deſcribens exprimit, videlicet. Azael brati Ioa uoui mez i trideietmi myzmi. Elianani ſini diudi ciariu Dauidoua ot uithleoma. Sammaot Ararij. Elichaui ot Arodiu. Gelijſi ot Phaltij. Girai ſini Accijeſoui ot thecyià Auiezeri ot Anatota. Mouonai ot Vzati. Selmoni Ago itſcij. Macharai Metophaciſcij. Elephi ſini Vaanaſoui itoi teze. Metophaciſcij Ithai ſini Riuaeui zieuiatcha ot ſinoui venaminouichi. Vanai Pharatoniciſcij. Geldai ot potocy Gaaſa. Auiatoni Arbachitſcij. Azamauethi ot Beronyma. Eliaua ot Sauonima. Sinouiat Iaſenoui dua Enatanij i Narani. Samani Znorodi. Gaiani ſini Saraeui. I Arani Arochitſcij. Elepheflechi ſini Aazuaeui ſina Machacijoua. Geliam ſini Achitopheleui Eloniciſcij. Eſrai Zcarme liu. Pharai ot Arbiju. Gaal ſini Nathanou ot Souaiu. Vo miati Zgaddiju. Seilechi Zi Ammona. Narai Verochitſcij muzi noſciuſtij oruzie Ioauouo ſina Saruijna. Girai Etriatiſcij. Garebi oni teze Etriſcij. Vriju Eththeiſcij. Vſechi ſichi myzei ſilnihi biloeſti trideiethi iſedmi, hoc eſt. Azael frater Ioab inter triginta viros. Eleanan filius patrui Regis Dauid de Bethlehhem. Semmaa de arari. Elicab de aroudi. Gelees de phalti, & quæ ſequntur cætera vt in libro prædicto. Et primo Paralipomenon cap. 1 o. ex quibus Hebraicarum literarum, cum Græcis, & Latinis, Macedonicis, Ruſiis, & cæteris variarum linguarũ literis, cõformatio, clariſſime nobis innoteſcit. Et iſta poſita hic ſint,

ne eadem ſæpius repetamus, periodoſq; non nihil forſitan vltra metam procedentes, facere cogamur. Quando nec eques quidē, expertus licet, & veteranus, callidúſq; agita-tor, cum ſemel equo à repagulis incurſum acriter, calcari-bus adiectis concito, & flammam penè ex naribus efflanti, habenas relaxauerit, vix antequam ad metā peruenerit vn-quam cohibere, ſuſtinere ve poteſt. Ita ſcribēti contingere ſæpe ſolet. Vt inter enarrrandum quæ illi placeant, ac ſci-tu digna videantur, vbi primum extra lineam calamum du-xerit (quamquam etiam laconice κατὰ δύναμιν, ſcribere ni-tatur) haud facile tamē intra periodi metas queat omnino ſe continere, quin plerūq; longius quam crediderat ire co-gatur, & in alteram tertiam ve nonnūquam pagellam ſcri-bendo procedere. Sic quoq; & mihi paulo ante fortaſſe, in explicatione verbi φάγω, contigit, à quo dum participiū medij pręteriti pephagota formādum dicerem παραδώξωσ, in mentem venit, phagotū illud, ſcilicet Afranij patrui mei muſicum ſingulare inſtrumentum, ab hoc fortaſſe verbo nomen (præter tamen nomen illud primum exprimentis intentionem) ſortitum fuiſſe. Quod dum ob oculos po-nere tentarem, multa quæ ibi dicta ſunt, & quæ ſcitu digna videbantur, ac ſine quibus inſtrumēti χάριν, explicari mini-me potuiſſet, adpoſui. Quæ (etſi breuius etiā enarrari nō valuiſſent) ſciolo cuidam, qui profeſſorē ſe veritatis, ſimu-lata quadam ſanctimonia profitetur, haudquaquàm grata viſa ſunt. Quod ſcilicet periodi metas excedere videantur, & iccirco (an tamen id recte neſcio) in hac tam varia, mul-tigenarumq; linguarum varietate referta, tradditione no-ſtra, contractos etiam breueſq; verborum ambitus & cō-

prehenſiones,nec non inciſiones,quatuor(vt ait Cicero) hexametrorum inſtar verſuum,requirit. Quod etſi in oratore aut poeta fortaſſe quæratur,qui cõtinuationẽ in quodam numero extruunt, non hic profecto idem numerus ſeruari poteſt,ſed opus eſt,vt eiuſmodi verborum circuitus aliquando labãtur,quo ad finem vſq; perueniãt & ſiſtant. Proinde dum ſatis aliorum opinioni,& mihi ipſe facere ꝑ curo,ſpõte,is ton auton lithon proſcruo,vt etiam, quæ ibi perperam dicta fuerunt,recte intelligantur. Neq; enim in Pannonia,ſed Ferrariæ in Reuerendiſſ. tunc Cardinalis Eſtenſis ædibus inſtrumẽtum ipſum primo fabricatũ fuit. Et coriacius follis,qui dum à leuo cantoris brachio præmitur, inſtrumentum (vt ſi dicam) animat, & fandi quaſi facultatẽ pręſtat,ligari poteſt,vt dixi,ac ſine vinculis ad muſici arbitrium retineri. Organum quoq; ipſum ſeu phagotum,ne dum ſedenti verum etiam deambulanti,& in eo cãtanti,digitoſq; ludendo diſcapedinãti muſico,vſui eſſe poteſt. Simili modo & illorum illuſtrium virorum ſuperius recenſita nomina,literarum conformationem ſcire cupiẽti demonſtrare poterunt,ſi quibus Ruſiorum conueniant literæ,quęrens,ad ea tanquam ad ſcopum, firmiſſimumq; illarum exemplar oculos conuerterit. Totius enim alphabeti literas,ibi comprehenſas intuebitur, & latinis conformibus reſpondere facillime cognoſcet,ſed tandem ad reliquas conſonantes explicandas reuertamur. ¶Quinta igitur ſequens conſonãs Ciuite ſiue Sciuite.  appellat, & litera quædam media eſt inter.c.&.s.&.z.noſtrum, & linguæ intra dentes ſubmiſſa extremitate, ſic pronunciãda eſt,vt vix diſcernere queas vtram ex tribus ſupraſcriptis li-

teris proferas, vt in pſalmo primo. Blacemi muſi ize, ideſt Beatus vir qui, in quibus dictionibus litera iſta reperitur, & iccirco illam cum tribus latinis literis ſcripſi. In nomine proprio Druſine, quam nos Druſianam dicimus, loco.s. accipitur. In Izina & Zilberta, hoc eſt Iginio & Gilberto, pro.g.ſumitur. Hinc ortam illorum conſuetudinem arbitror, qui Anzelos pro Angelos dicunt, & Ambroggio pro Ambroſio, qnamquam haud recte per geminum.g. ſcribendum crediderim, quandoquidē litera iſta in dictionibus illis locāda ſit, in quibus lenis, non aſpera & dura requiritur prolatio. Dicunt præterea Blazij cum litera iſta, quod nos remiſſo aliquantulum ſibilo, & ad zita grecum tendente Blaſii per.s.pronuntiamus. ❡ Sexta conſonans eſt Zelo ꙃ quæ parū vel nihil à quadrato ſiue (qđ aiūt) rotūdo. S. latino, & homonymo Dalmatico Zielo ĩ figura videtur eſſe differens, & fortis atq; vehementis ſibili litera eſt, ac ferè vt zadich Hebraicum, & Chaldaicum Syriacum, atq; Maronitarum zode, aut duplex.ſſ. geminum ve zita pronunciari debet. Quod ex ſuo etiam ſignificato inſinuat. Semper enim pro vehementer, & valde & nimis, & id genus alijs in ſacris accipit̃ literis, vt quod Hebræi מאד meod, Chaldæum cœci לחדא lahhada, Syri Chaldæi, & Maronitæ, ܪܘܪܒܐܝܬ. rauerboith. & vtraque Arabica litera habet, جدا gda. In pſalmo.xlvi. Iuxta noſtrā commutationem, in quo dicimus. Quoniā dij fortes terræ vehementer eleuati ſunt, ait ibi Macedo. Iaco bozij drizaunij zemlie ſiatlo vel ſilo vizneſoſeſe, & bozi & drizaunij p ſiuite ſcripta ſunt. Dalmatą vero ait. Iaco bozi

cbapcij

cbapcij zemle ſielo vznaſeſe, & in ſequenti pſalmo vbi di⸗ cimus. Magnus dominus & laudabilis nimis. Macedo ait. Velei goſpodi i chualni ſilo. Dalmata quoq;, vieli go⸗ ſpodi ichualni ſielo, & in pſalmo. 6. Anima mea turbata eſt valde. Macedo. Iduſa moia ſmutiſe ſielo. Dalmata ibi⸗ dem. Iduſa moia ſmietiſe zelo. Quo in loco aduertendum eſt, quod licet Dalmatæ peculiarem literam & conſonan⸗ tem in alphabeto ſuo habeant zielo. In nullum tamen aliū illis vſum venit, præter quam in numeralem, octauū ſcilicet numerum illis ſignificās, & cum iſe decimum octauum, & gradatim cum alijs literis ad numerorum multiplicationē aſcendendo ſemper pro octauo intelligendū eſt numero. Promiſcue autē in nominibus & verbis, alijs ve dictioni⸗ bus zemle & zielo vtuntur. Proinde obſeruandum erit, vt quotienſcunq; inueneris apud Macedonas ſcriptam lite⸗ ram zielo, ſi eiuſdem loco Dalmaticum zemle ſubſtitueris, (vt ſupra de ſcin, & ſomchath, Chaldæorū Punicorumq; mutua viciſſitudine dictū eſt,) quod Macedonicū fuerat, Dalmaticum efficies. Confundunt tamen etiam Macedo nes ipſi, iſtas inuicem cōſonantes, vnam quandoq; pro al⸗ tera ponentes, vt in pſalmo. 8. Quoniam videbo cœlos tuos, opera digitorum tuorum. Lunu izuazdei. ideſt lunā & ſtellas, vbi dictio zuazdei cum zemle ſcripta eſt, etiam apud Dalmatas. Nihilominus in pſalmo. 135. & 148. Idem Macedo zuazdei per zielo ſcripſit. Simili modo & in pſal. 23. Atollite portas, cnezi, ideſt principes, veſtras. & ibi hoc nomen, cnezi, bis repetitum eſt, & primo quidē loco per zemle, ſecundo vero per zielo ſcriptum conſpici tur, ibidem tamen Dalmata, tam in primo quam in ſecūdo

cnezi

cnezi,ſcilicet principis nomine poſuit zemle. ¶Septima cõſonãs Ⰸ Zemle appellatur,terrãq; ſignificat, vt in oratione Dominica,apud Lucam euãgeliſtam, ſicut in cœlo, ina zemli,& in terra,ait Dalmata. Cuius prolatio, & ſi iam ſatis inſuperioribus expreſſa fuerit,quo tamen clarius manifeſtiuſq; id fiat,quod dictum eſt. Sciendum quod ſicuti figura ſimilis eſt.ζ.Zita græco,&.z.latino, ita & poteſtate viceq; eorum fungitur.Nam & pro.z. & pro.s.virtute in illis latentibus, vt in græcorum cõſonantibus declaratum fuit,accipi poſſe patet in pſal:67. Cnezi zabulon i cnezi neptalim,& in pſalmo.82.Pone principes eorum, Iaco oreba izuba izebea iſalmanu,ideſt ſicut oreb & Zebeę, & Salmana,in quo pſalmo,Hebræus, Chaldęus,Syrus,Gręcus,& Latinus,quinetiam Arabs,tam Oriẽtalis, quã Occidentalis,& Dalmata,& Indus interpres eadem vtitur litera Zita,ſeu Zain.Vbi notãdum quod licet ſalmana per.s. ſcriptum ſit,à græcis & ab his qui à ſiniſtro in dextrũ latus ſcribunt,ab Hebræis tamen, & ab his qui à dextro in ſiniſtrum latus calamum ducũt,per Zadich,ſeu Zode, & tzat ſcriptum eſt. Quod vero pro.s.accipiatur, & ſi exempla multa ſint,vnum in pręſentia nobis ſatis ſit ex prędicto pſal. 82.vbi dicitur,ſela idumeiſcaa izmailite, ideſt tabernacula idumeorũ & iſmaelitę,nomẽ iſmaelitę per. ש .ſcin dextrũ ab Hebræis ſcribitur,& ab Indis p ſin,à Gręcis p.σ.ſigma, atq; à Latinis per.s.nec non etiam per ſin Punicum reperitur in pſalterio Nebiẽſis epiſcopi vbi dicitur, vaiſmailijn. Nec mirãdum quod Arabs hic ſin,pro ſcin poſuerit,quãdoquidem ille eidem mos ſit, & id (vt etiam alià dixi) ferè ſemper obſeruaui in pſalterij Arabica interpretatione, quã

& occidentalem,

& occidētalem, & orientalem habeo, vt pro. שׁ. ſcin, tam iamin, quam. שׂ. ſin ſmol, duodecimā ſui alphabeti literā ſin ſubſtituant. Raro vero accidere ſolet, vt tertia decima illorum litera, quæ triplici inſignita in vertice puncto, & trino veluti diademate coronata, tumido inflatoq; ſpiritu, & erecta ceruice procedens, ſchin appellata eſt, Hebræorum imitari ſcripturam dignetur, ſiue ita coniungi, vt in eodem nomine concurrat. Quod diligens lector facile animaduertet, poſteaquam oculi (vt in prouerbio eſt) noſtra hac admonitione illi aperti ſunt. Et ob hoc quoq; comprehendet in prædicto pſalmo, in Thargum cœci non fuiſſe ſcriptū iſmaelitę, ſed ve arabae, ideſt & arabum, quod etiam in Syriaco Maronitarū pſalterio reperitur, ܘܕܥܪܒܝܐ. vaderboiæ, ideſt & Arabum, & in hoc quoque loco pari modo conſiderabit, id quod a nobis (vt reor) in ſuperioribus notatum iam fuit, Chaldæos ſcilicet pro Hebraico camez ponere odom, iccirco quod illi Arabaæ, Syros erboiæ, etiam. e. loco. a. (vt ſæpe alias) facta literarum mutatione, expreſſiſſe. Arabica vero interpretatio, tam in prima quam in ſecunda ſyllaba ſeruauit aliph dicens, ܘܐܠܥܪܒ. val arab, & Arabum, quamquam hic ſingularis ſit numeri.

¶ Octaua naturalis conſonans eſt caco, (quam tamen Dalmata nonā habet) K Græco. κ. cappa, & . k. latino, multum

multum ſimilis ac.c.repræſentans eandemq; enunciationē habēs;vt in pſalmo.44.Smyrna iſtacti i caſia,ideſt myrrha & ſtacte (quam noſtra interpretatio guttam appellat) & caſſia. Dalmata autē ibidē dicit. Zmurna iſtacaeti i caſiia. Et in hoc quoq; loco conſiderandum eſt, quod vbi Macedo ī Smyrna poſuit ſlouo,ibi Dalmata ſubſtituit Zemle Hebræa litera habet מר ואהלות. וקציעות Mor vaahaloth vqzioth, Ioſeph cœcus, מירא ואסקילאליאון וקציעתא Mera veaſquila leauuan vqziatha. Arabica Nebienſis, almar valmihet vaſſlihhet. & Chaldaica Syriacaque interpretatio, ܡܘܪ ܘܩܣܝܐ ܘܐܣܛܩܛܐ. Mur vquaſiia veſatqueta. Arabs ibi, المر والميعة والسليخة. Almir valmiee valſſliche. Indus vero. Charbe vuakonath vuaſalihhoth. Vltima hæc dictio, Salihhoth, eadem eſt quæ & Arabica Syrorū aſſlice. Armeni quoque, Myrrham. Մուռս. Murhs, vocant. Matthæi ſecundo. Et apertis theſauris ſuis obtulerunt ei. Պատարագս ոսկի և կնդրուկ և զմուռս. Patarags oſci ieu cnduc ieu zmurhs. ideſt munera, Aurum, Thus, & Myrrham. Nec prætereūdum eſt Caſſiam, quam per cappa à Græcis, & à Macedonibus, Latinis, & Dalmatis ſcriptam vidimus, ab Hebræis, & Chaldæis per quoph, & quph, pari modo ſcribi, quod

ſanè

ſanè nobis argumentum præſtat dictam literam quoph, à maioribus noſtris etiam pro.c.fuiſſe vſurpatam. Cæterum in pſalmo.28.duo ſunt nomina,quæ à caco incipiũt, videlicet,cedrij libanijſcije,hoc eſt cedros libani, & cômouebit dominus,puſtinio cadiſcu,ideſt deſertũ cades. Dalmata,puſtiniu cadſcuiu. Græci την ερημον καδδης, tin erimon caddis. Ibi Hebręus dicit מדבר קדש midbar quadeſc, Chaldæus cœci, מדברא דרקם madbera dirquam, in deſerto requã p quoph, licet in Nebiẽſi pſalterio ſit ſcriptũ.recham. p.ch.& Arabs ibi,brihe quads per. Cap. vigeſimã primã literã alphabeti, quę vbiq; pro quoph ſcribitur. Syrus vero Chaldæus,& Maronita, ܡܕܒܪܐ ܕܩܕܫ. madebro dquadeſc. Arabica quoque ibi interpretatio. ܒܒܪܝܗܝܢ ܩܕܫ. brihin quades. Indus ait,lahhakola kades, & ſcribit cades per .k. quamuis litera ipſa ſit quph,& pro ea in.xix.Ogdoade,pſal.cxix. poſita ſit. Armeni,cum Græcis,& Latinis,Dalmatis, & Macedonibus côueniunt,dicentes. կեդարու. ciedarũ, per c.literam ſcribentes, & quamquam eadem litera etiã pro quoph,accipi poſſit,vt plurimum tamen pro.c. vſurpari ſolet. Dalmata pro octaua conſonante habet.HP. literam,quam ſupra diximus.iſe.appellari,atq; in vocalium & conſonantium numero computari, quandoquidẽ pro duplici.ij.&.hi.&.gi.quęat aſſumi. Cũ ea namq; Iſeoria, ideſt Georgium,& vijlia,pro vigilia,& Eijdi, pro Egidij

ſcribunt,& Malachiæ.3.cap.Se az ſaliu angela moego. Ecce ego mitto Angelum meū.In quo loco pro.g.litera ponitur,& in pſalmo.129.vbi dicimus. Et videas blaga ieruſlama,ideſt bona hieruſalem,pro.i.accipitur. Videtur autem aliquando cum.iath.litera cōfundi, vt patet titulum ſiue inſcriptionem Aggei prophetę legenti,vbi ſic ſcriptū eſt.Pocineti ageia proroca.ideſt,incipit Aggeus propheta,in agei nomine,in vltima,& penultima ſyllaba, eſt litera iſta,&.g.&.i.fungitur officio.In textu ibidē ſequitur. Factum eſt verbum domini.I rucu ageia proroca.hoc eſt, in manu Aggei prophetæ,in agei nominis ſecunda ſyllaba, eſt præſens litera,in vltima vero eſt litera.iath. Iſtarū literarum viciſſitudinem,mutuamq; inter ſe mutationē,ex Ioelis prophetæ,cap.1.cognoſcere facillime poſſumus,ſi verba illius infraſcripta cōſiderauerimus. Oſtanaci cirui poiaſti cobilicha,i oſtanaci cobiliche poiiſe pruzi,i oſtanaci prugou poiiſe cirui.hoc eſt,reſiduum erucæ comedit locuſta, & reſiduum locuſtæ comedit brucus, & reſiduum bruci comedit rubigo.In hoc verbo comedit, videlicet proiaſti, & proiiſe ponitur nobis ob oculos,mutuus inuicem ſuccedendi vſus inter.iath.&.iiſe.Nam in verbo proiaſti, videmus iath,in proiiſe vero,cernimus hāc literam de qua tractamus eſſe ſcriptam.Poſſem ad hoc oſtendendum multa ſimilia,ex ſacris literis exempla referre, ſed vnū pro multis ſufficiat,ex ſecundo libro Machabeorū.Bratii ize ſut po eiipti,ideſt.Fratres qui ſunt per ægyptum Iudęi, hic in dictione ægypti pro.g.ponit,& paulo infra. I nine ciaſtate dni ſenophegiæ miſeca cazleu,hoc eſt.Et nunc frequentate dies ſenophegię menſis caſleu.In dictiōe ſenophegię,

pro.g.

pro.g.intelligitur.& in capite ſecundo. Vani dni vſta ma-
tatiai ſin ijoana ſina ſimiona ꝑriai iz ſinoui ijoarimonic ot
eruſalima i ſiede i gori modni i miſe ſinoui peti ijouannu
ize prediuaſeſe galdiſi,hoc eſt. Surrexit in diebus illis Ma-
tatias filius Ioannis filij Simeonis ſacerdos,ex filijs Ioarin
ab hieruſalem, & cōſedit in monte modin, & habebat fili-
os quinq;,Ioannan qui cognominabatur gaddis, in iſtis
nominibus Ioãnis,& Ioãnan, prima litera eſt de qua ī prę-
ſentia loqmur,& á qua facile potuit originē traxiſſe, quod
in vſum pene cōmunē venit, vt cum in ſermone materno,
Ioannis,& Iuuenis nomen ſcribere intendimus à .g. inci-
pimus dicentes, Giouanni, & metatheſi facta.u. literæ in
omicrō,ſeu mauis,& rectius, meo quidē iudicio, in ome-
ga,& in eam prolationem,qua Indi literas. Sabo. ideſt ſe-
ptimæ ſtantiæ proferre cōſueuerunt in.o.nimirum obtu-
ſum,quod ſcilicet tendere in.u.videatur,vt etiam de Arme
nico.vuo.cum.viech.ſimul connexo,in ſuperioribus di-
ctum fuit,Giouane,dicimus,non tamen ob hoc vltra tres
ſyllabas protendimus. In nono vero cōſonantium nume-
ro Dalmatę literam.caco.poſuerunt,quæ,vt de Macedo-
nica paulo ante relatum eſt, nobis pro.c.ſeruire poteſt, vt
Heſter cap. 1 .ſcriptum eſt,& pendebāt ex omni parte ten-
toria aerei coloris & carbaſini,hoc vocabulum hebraice
ibi ſcribit' כרפס carpas cū.p.dageſſato,& grȩcȩ καρπασίνοις,
carpaſinis,& Dalmata ait,i viſachu izą vſacoe ſatori aerſa-
go licia i carpaſina,hoc eſt. Et pendebāt ex parte omni ten
toria aerea facie ſiue aerei coloris & carbaſina. Vbi notan
da eſt mutatio.p.in.b.id quod à noſtris ſępe fit,& à grȩcis,
quādoquidē.b.media eſt inter.p.&.ph. & mutua alterius
 in alteram

in alterā tranſitio facile plerūq;(& id profecto concinne) fieri ſolet, vt in verborum grę corum coniugationibus videri poteſt, & à nobis in græcarum conſonantium explicatione breuiter notatum fuit. Sequitur in eodem capite Heſter. Poueli Naumanu, i Bazatau, i Arbonau, i Bagatau, i Abgatau, i Caratu, i Carcaſu, ſedmini emnogomi. hoc eſt præcepit Nauman, & Bazata, & Arbona, & Bagata, & Abgata, & Carat, & Carcas, ſeptem eunuchis, vbi etiā ab Hebræis כרכס carcas per ך chaph, ſcribit. Quin etiam in eodē capite vbi dicimus. Poſito ſuper caput eius diademate. Dalmata ait. Poloxeniu na glaui ee corunoiu, pro Diademate coronam dicit, quam etiā Hebręus כתר chether, per chaph ſcriptā appellat. Simili modo & in primo Machabeorum cap. 8. ait Dalmata, i vzloxiſe ſebi corune, ideſt & impoſuerunt ſibi coronas, nos ibi diademata ſcripſimus. Et in eodem cap. 1. Heſter, vbi enumerant ſeptem ſapientes, videlicet Carſena, & Zetar, & Admata, & Tharſis, & Mates, & Marſana, & Mamucha, ſeptē duces Perſarum qui vident faciē Cæſaris, ideſt regis, vbi Dalmata eadē nomina hoc ordine exprimit. Carſena, i Setar, i Admata, i Tarſis, i Mateſi, i Marſana, i Mamucā, ſedmini cnezi perſau, i Midou ize vijachu licie Cieſaroui, hic in Carſena, & Mamucha, & Cnezi, eſt litera iſta de q̄ tractamus, quæ p. c. ſumit Hebręus כרשנא Carſcena, & ממוכן memuchan per chaph, ſcripſit. Reliqua ſeptem eunuchorum, ſeptemq; ſupraſcriptorum principum nomina, hoc in loco ob id poſita ſunt, vt etiam in ſuis literis, cum de his tractabimus, repetita cenſeantur, & conformatio earūdem cū noſtris cognoſcatur, ne ſæpius idem receſſere cōtingat.

Vnum præterea hoc nequaquam ſilentio prętereundum duxi, Cæſaris ſcilicet nomē, apud Dalmatas, Macedonas, Ruſios, Miſioſq; ꝓ regis nomine vſurpari, ꝓinde cernere nequeo, q̄ poſſit vera eſſe illorū opinio, qui dicūt Cæſarē primū à cæſo matris vtero denominatū, cū id nomē, antę illū Cæſarē, qui ſecta matre in lucē prodijt, pro rege iam diu vſurpatum ſit. Scrutętur vero diligentius hoc, qui cu=rioſa ſectantur, interim nos conſonantium cōformationē proſequamur, ſi prius tamen Vuandalos pro. c. &. k. literā  quam tſieca, vel cſieca appellant, habere dixerimus.

¶ Nona Macedonum conſonans eſt. gliudi. quam Dal=mata alio modo ſcribit  & in decimo conſonantium numero reponit, latinum nobis cęterarumq; linguarū. l. indicat, vt in ſuperius ſcripta conſonante pateſcit, cū dictū eſt cedros libani, & in pſalmo. 90. Na aſpidu v vaſiliſcu naſtupijſcij paperoſi lieua i zmia, ideſt. Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis & conculcabis leonē & draconē. Et in nominibus proprijs Loth, Luciana, Longina, La=zara, Laurentia, Laura, Luppa, Lunu, Leui, & in titulis quamplurium pſalmorum, Haleluiah, & Dalmata. Iudith primo, idem clare nobis inſinuat, cū ait. I poſla cna vſemi ziuuſtimi, v cilicij, i v damaſci, i v liuani, i cna rodomi ſuſti=mi, v carmeli, hoc eſt. Et miſit ad omnes qui habitant in ci=licia, & in Damaſco, & in Libano, & ad gētes exiſtētes in Carmelo. Et hic quoq; lector adhibe mētem, ne putes in dictione cilicia eſſe. caco. quia per. c. latinum ſcripta eſt, nā illud. c. tam capitis, quā penultimæ ſyllabæ eſt. ci. nō. caco. de quo in ante dictis à nobis facta fuit mentio, dum nugas materno (quod aiunt) ſermone triſyllabice proferendum diximus.

diximus. Et in capite ſecũdo eiuſdē libri habemus. Prizuā Nabucodonoſori Ciesari, Oloferna Cneza voiſtua ſuoego, i recie emu, ideſt. Vocauit Nabucodonoſor rex, Olofernem principem militiæ ſuæ, & dixit ei. Nec hic te volo clauſis, cecucientibus ve oculis, dictionũ literas prҿterire. Nā quarta litera dictionis Nabucodonoſor, non eſt. vide. tertia alphabeti litera, ſed. vch. quæ omicron, ypſilon, Macedonibus exprimit, ſimili modo etiam illud. u. dictionis emu, quæ, ei ſignificat, eadem eſt vt ſupra dicta, & perſæpe pro duplici quoq;. uu. accipitur, ſicuti etiam. vide. pro. u. &. β. vita grҿco, ita tamen vt ad. b. prolationem minime flectat. Vuandali literam. l. non habet, ſed nec etiam in alphabeti nominibus reperitur, præterquam in litera penultima quā. ſchola.  nominãt, & pro. ſc. à nobis accipiēda eſt.

❡ Decima conſonãs vocatur. miſlete. & eadem figura & pene nomine eſt, cum. mi. grҿco, & quadrato. M. latino, vt Maria, & i ſuperius citato pſalmo. 82. Moab, Ammon Amalech, Madian. & in pſalmo. 77. Diuiſit ſeu iterrupit more, ideſt mare, & paulopoſt. Iodizdi imi mannu iacti. Pluit. ſcilicet. illis manna, ad manducãdum. Dalmata ibidem conformis eſt. Hebræus pro manna dicit מן man cũ camez. Chaldҿus Nebienſis מנא manna. & Arabica ibi interpretatio. المن Almn. Maronitarum vero textus habet, ܡܢܐ Manno. Arabs Syriæ, المن Almunan, & hoc etiam loco notabis, quod vbi hebraica litera habet camez, & Ioſeph cœci Chaldaica interpretatio, in nomine māna habet. patha. in prima

& camez

& camez i ſecūda. Syriaca litera loco camez, habet odom & profert manno, quod catholicum eſt apud illos, & iam ſępius dictum fuit. Indus quoq́ mana, cum vtroq;. a. longo, & vnico. n. ſcripſit. Gręci vero μαννα māna. Armenici autem մաննա, manna. Hanc nonnulli medicorū aiunt. Arabice dici ܡܢ vel ܡܣܟܡܣܓ maſachamagha, denominatam. ܬܪܢܓܒܝܢ tereniabin, ac etiam ܫܝܪܚܘܫܬ ſiracoſt, quamquā in libro aggregationum dicat Serapion, Tereniabin eſſe mel roris cadētis ſuper arbores ī terra coraſeni in oriente. In cātico Abacuch habes, zemle madianiſcię, ideſt terra madian. & in pſalmo 109. Secundum ordinem Melchiſedechou, hoc eſt Melchiſedech. & pſalmo. 59. Manaſſij, & Moabi. Manaſſes ſcilicet & Moab. & pſalmo. 79. Siedei na cherubimiai iauiſe priadi ephemomi, i beniaminomi, i manaſiemi. ideſt ſedens ſuper cherubin manifeſtare coram ephraim beniamin, & manaſſe. & pſal. 18. & dulciora ſup meda i zſita. ideſt mel & fauum. Dalmata meda iſta. vterq; pro melle meda poſuit. & Gręci μελι meli appellāt. & ī pſalmo. 76. alias. 77. Deduxiſti populum tuum ruciu moyſeouiu i aaronieu. ideſt manu moſaica & aaronica, vbi cęteri p manum Moyſi dicunt & aaron, eadem nomina habentur in pſalmo. 98. &. 102. Hāc literam Dalmata in vndecimo conſonantium loco habet, & idem nobis indicat, vt in dicto libro Iudith capite ſecūdo in quo ita ſcriptū eſt. I priede epratu i pride v meſopotamiju i razbi vſe gradi viſocie cibiecho ondia ot potoca mambre dumdiaxe prichoditſe

cmoru

cmoru i odrxa vſe pridiali ee ot cilicie dari docoracij iapete ci ſut naiugo. Ipriuede vſe ſini madijamſcie. hoc eſt. Et tranſiuit Euphratem & profectus eſt in Meſopotamiam, & fregit ſiue deſtruxit omnes ciuitates excelſas, quæ erant ibi, a torrēte Mambre, vſq; quo peruenitur ad mare, & occupauit terminos eius, a Cilicia vſq; ad fines Iaphet, q ſunt ad auſtrum, adduxitq; omnes filios Madian. Et Micheæ cap. 1. ſlouo goſpodne exe ſtuoreno eſti cmichiju moratetinu. ideſt. Verbum domini quod factum eſt ad Micheā moraſthitem. Et Malachiæ. 1. Brieme ſloua goſpodna cijzdrauiliu v rucu Melechiæ proroca. ideſt. Onus verbi domini ad iſrael in manu Malachiæ prophetæ. Poſſem hoc loco in medium adducere, tam propria, quam aliarū rerum nomina, ab. m. incipientia, & quæ cōmunia nobis, & Græcis alijſq; gentibus eſſe videātur, ex quibus huiuſcę literæ conformatio pateſceret, ſed in prę́ſenta iſta ſufficiant, quando, vt vides in ſuperius receſitis dictionibus, ne dum m. litera, verum etiam reliquę pene omnes alphabeti literę ſuis conformibus reſpondeāt. Vuandali pro hac litera habent Ⰿ quam. mum. appellant. ℭ Sequitur. Nas. vndecima conſonans quæ loco. n. in omnibus fere linguarū diuerſitatibus ſuccedit, præſertimq; in nominibus propijs vt Nimphodora, Niceti, Neſtora, Narciſa, Nicula, Nazaria. & in pſalmo. 67. Cnezij Nephthalimoui. ideſt Principes Neptalim, ibi Dalmata, Neptalimli. & in cantico triū puerorum, apud Danielem. Benedicite Anania, Azaria, Miſael dominum, ibidē habes Noſti. ideſt. Noctes, à qua dictione facile deſcendere ſeu formari potuit nomen auis nocturnæ, quam Bubonem ſeu Nicticoracē appellant.

vt in pſalmo

vt in pſalmo. 1 0 1. Factus ſum iaco noſtnijurani na niru-ſti.ideſt,ſicut nicticorax in domicilio. Dalmata ibi, noſtni-urari na niriſte. & i pſalmo. 1 8. Dani dani otrijgaieti gla-goli i noſti noſti vizuioſtate razumi.ideſt,Dies diei eructat verbum,& nox nocti indicat ſcientiam. Et hic aduertendum eſt in primo nomine noctis,vbi dixi noſti noſti, ꝙ illud.i.quod terminat dictionem noſti eſt.Ier.quod vt plumum,tam in medio,quã in fine dictionis apud Macedonas & Dalmatas περισσον εστι, periſſon eſti,ſuperuacaneum nimirum atq; redundans,& ſcribatur licet,non tamen ob hoc ꝓferri ſeu exprimi debet.Iccirco ne oberres, hoc loco ſemel te admonitum eſſe volui, vt cum in dictionibus exempli gratia adductis,duplicatum ij inueneris, id factũ eſſe putes,ne litera dictionis aliqua ommitteretur. Proinde in re iam tibi ob oculos poſita,ne cecucies,ſed animum aduerte ad elocutionis, pronunciationiſq; candorem, vt ibi tãtum geminum i proferas,vbi videris neceſſarium fore,ãt etſi ſcriptũ appareat. Et ceu Arithmeticus, vc apiros ciae amathis,in tua computatione,ſuperfluum in partẽ repone,vt ipſum cum oportunũ fuerit,iterum ſumas.In hoc vero pſalmo Dalmata ita ſcribit. Dani dni otrigaieti glagoli,noſti noſti vzuieſtaieui razum. Alij forſitã noſti, noſci dicerent. Quandoquidem ibi eſt litera quæ ſcia & ſtia dicitur,& pro.ſc.accipitur,ex quibus.x.latinum .cſi. græcum conſtant.Nec minus etiam pro.s.&.t. vt ſit cum.ſta. Macedonico elemento in hoc nomine poſito cõformis. Iſthæc & ſi videantur minimi, aut prope nullus eſſe momenti,tamen quia poſſent animum diſcentis in ambiguũ conſtituere,placuit illa inſinuare legẽti. Quod vero litera

iſta cum.n.latino cõueniat,ex dictionibus ſuperius hactenus adductis,clare innoteſcit. In quibus ſcilicet in medio vel in fine.n.reperitur,quæ ſine illo haudquaquam bene reſponderent.Hanc præterea literam in duodecima conſonantium numeratione Dalmata locauit, & eodem nomine appellauit.nas.& ſicuti.nun.Hebręis,Chaldęis,Syris,Punicis,&.gni.Græcis, & alijs quãpluribus, ac.non. Ⱀ Vuandalis,ita pro.n.nobis ſuccurrit,quamquã figura omnibus diuerſa ſit,etiam Dalmatis ipſis. quippe litera eorum.nas.quæ dudum typis excuſſa circunfertur.p.latino,rho.Græco quadrato, &.Ia.Indo, ſimilis admodum exiſtit.Quæ vero nec dum publice per omnium manus verſatur,latina(earum literarum quæ currentes dicuntur) inuerſa aſpiratio videtur,ſi modo,quod dextrum in illa eſt, læuum fiat,ne quod ſupereminet deprimẽdum ceruicẽq; ad ima flectendam,poſtremam ve partem ad ſydera erigẽdi,forte fortuna intelligeres,& talis eſt Ⱀ atq;.n.officio nobiſcum fungitur,vt Naum.1.Brieme neuijta cnize vidine nauma ſina elceſieua,ideſt,onus neniuitarum liber viſionis Naum filij elceſina,& Thobiæ.1.Thobija viſtinu ot coliana i ot grada neptalimla ixe eſti na niſnichi galileę, naſonia liaui i muſti gradi ſapeti.ideſt,Thobias ex tribu & ciuitate Neptalim quę eſt ĩ ſuperioribus galileę ſupra Naſon,poſt viam quæ ducit ad occidentem,ad læuã habens ciuitatem Saphet.Ex iſtis(vt arbitror)iſtius literæ conformatio cum latina habunde ſatis manifeſta eſt. ¶ Sequitur Pocoi.duodecima inter conſonantes litera, quæ virtute perinde eſt,atq;.p.latinum,& aliarum linguarum eiuſdẽ poteſtatis elementum,vt Petra,Paula,Platona, Porphiria,

Pelagia,Pamphila,Proba,Papilla ;Parmena , Procora, Procopia,& alia quamplurima in ſanctorum deſcriptio= ne per mẽſium ordinem cernere licet.Præterea in pſalmo 149. habemus . In tympano & pſalterio pſallant ei , vbi Macedo & Dalmata, duo iſthæc nomina communia cũ latinis habent, ait enim ibi Macedo,vi tympania i pſaltiri dapoiuti emu,& Dalmata,i tumpania i pſaltirami dapoiu= ti emu,quin & in pſalmo. 150.aiunt ſupra ſcripti, chuali- te iego vi tympaniat i liciat,hoc eſt. Laudate eum in tympa no & choro. Laudemus proinde & nos Deũ omnipo= tentem,atq; miſericordem,qui in inſtrumento iſto, huiſcæ elementi conformationem,conſonantiamq; cum noſtris latinis notam facere dignatus eſt . Hanc literam Dalmata in tertio decimo numero habet,& illa quæ nondum typis excuſſa eſt,duplicis quadrati Græcorũ.gamma. geminiq; Macedonum.glagola.ſimul copulati effigiem præſefer= re videtur,nec tamen ad literæ formationem duo hæc ele= mẽnta eo modo nectuntur,quo dudum ęoles ſuum digã= ma contexere voluerunt,vt vnum ſcilicet alteri inſideret. ſed mutuo in hoc vinculo ſeſe tangendo complectuntur, hocſanè modo  &.p.ĩtelligimus, vt ex ſuperius addu= ctis prophetarum verbis ſatis ſuperq; notum eſſe poteſt. Vuandali duplex.p.habẽt,ſimplex ſcilicet & compoſitũ. & ſimplicis figura talis eſt,qualis & typographici Samari tani iam ſupra deſcripti.beth.&.pſes  appellãt. Com= poſitũ vero dicitur ab eis.xzadzc.  & ſemper pro .pz. pro.p.nimirum &.z.nũquam ſeparatim poſitis intelligit̃.

¶ Erci.r.videlicet,Macedonibus tertia decima,Dalmatis quarta decima cõſonans,illa eſt,quã Athenienſis, Demo=

ſthenes,cui ſine dubio Cicerone iudice ſumma vis dicēdi cōceditur,primam licet illius artis cui tradebatur, cum dicere non poſſet,tātum,ex Phalerei ſententia, exercitatione effecit,vt pleniſſime diceret,eurica to rho rheroraumenū, inueni inquit tandem rho (ſi phas eſt dicere) rherorizatū, cuius exemplo tētemus & nos literam iſtam cū latina noſtra,aliarumq; linguarum.r.conformare,vt eandem omnino habere prolationem, ex multiplicium dictionū colatione oſtēdamus. Ablegata in primis etiam à maioribus noſtris iamdudum illa,maiorum quoq; noſtrorum dicēdi conſuetudine,maioſibus,melioſibus,laſibus,ac (vt Feſtus Pompeius ait) feſiis, pro maioribus,melioribus, laribus,ac ferijs, & cum Apio Claudio, poſt Centimanum alium,ex Pomponij Iure conſulti autoritate in libris digeſtorum,de origine iuris,lege ſecūda, paragrapho iuris ciuilis ſcientia,non Valeſios,neq; Fuſios,ſed Valerios Furioſq; dicamus,& nomina in ſacris libris reperta,ſaltem aliqua,in quibus.r.ponitur conferamus. Imprimiſq; in pſalmo.86.vbi dicimus. Memor ero raab & babilonis, ait Macedo,Pomeni raabi i babilonici,& Dalmata,Pomeni rab,Hebręus apud quē pſalmus iſte.87. אזביר רהב ובבל azbir rahab vbauel, Antiochenæ eccleſiæ, Chaldæorum, & Maronitarum, necnon Syriæ Thargum habet, ܐܬܕܟܪ ܠܪܗܒ ܘܠܒܒܠ ܝܕܘܥܝ. æthdacar lrohhob valbobil iedothi, & eorum ſolita Arabica interpretatio ܐܕܟܪ ܠܪܗܒ adcar lrahhab, Idem in Nebienſis epiſcopi Arabica eſt litera. Indus vero

ait,

ait, Ozecharon la raab. Cæterum Macedones, Dalmatæ, Ruſii, ſeruũ, vocãt Rabi, in pſalmo. 18. Etenim rabi, ideſt ſeruus, & ibidem. Et ab alienis parce raba tuoego, ideſt ſeruo tuo. Et quod Græci pro menſa trapezan vocant, eodẽ & ipſi nomine vtuntur in pſalmo. 22. Paraſtiſin cõſpectu meo trapezu. & ĩ pſalmo. 68. Fiat mẽſa eorum, budi trapeza ichi. & in pſalmo. 77. Nũquid poterit deus, vgotobati trapezu vi puſtoni, ideſt parare menſam in deſerto. & quod nos in pſal. 132. dicimus. Sicut ros ermon, aiunt illi. Iaco roſa aermoniſca. idem in cantico trium puerorũ, apud Danielem prophetam. Benedicite imber, i rhoſa & ros, & paulo poſt. Benedicite roſa, ros & pruina domio. idem habes in cantico Moyſis, Deuteronomij cap. 19. I cnidmi iaco rhoſa. ideſt fluuat ſicut ros eloquium meũ. Hæc litera eadem eſt Græcis, Macedonibus, & Dalmatis, de illa tamen Dalmatica quæ hactenus impreſſa non eſt, intelligere debemus. Quandoquidem illa quæ dudum publicata fuit, paruum latinum. b. eſſe videtur, & rho. Græci, atq; Latini. r. vice fungitur. Iudith primo, vbi habemus, Nabuchodonoſor Rex Aſyriorum, qui regnauit in Niniue ciuitate magna, pugnauit contra Arphaxat, & obtinuit eum in campo magno, qui appellatur Ragau, circa Euphratẽ, & Tigrim, & Iadaſon in campo Erioch Regis Elicorum, ibi Dalmata hoc modo ſuis literis expreſſit, Nabucodonoſori, Ceſarai, aſurſcici ixe ceſaraſtuouaſe v neuiijti gradi velicomi braſe protouu arpacſatu i pobiadi ego v poli velicomi exe zouetſe ragau blizi epratia i tilra vel tigra i iadaſa v poli eliocha vel eriocha ceſara elionſcago. In præſcriptis dictionibus, quot. r. videtur totidẽ ferè

erci,

erci intelligere opus eſt,ne in exemplis veſtigandis & adducendis multum,vel etiam ſuperuacanei temporis,impẽdamus. Vuandali hãc literã ignorant, vt de ſimplici.r.intelligamus,coniunctam tamen cũ.o.habent, nominantq; illam.ouor. & pro.or.accipienda eſt,hoc eſt pro.o. &.r.ſimul in ſyllabam copulatis. ¶ Sclouo, quarta decima conſonans, idem eſt virtute atq;.s.latinum, &.s.ſigma græcum,necnõ & Hebræorum,atq; Chaldæorum ſibilantia elementa,exempla paſſim in pſalterio habẽtur, & in primis in pſalmo ſecundo. Ego autem cõſtitutus ſum rex ab eo. Nad ſionomi goroiu.hoc eſt. Super ſyon montem ſanctum eius, & nomẽ hoc, in pſalmis quamplurimis eodem ſemper modo ſcriptum reperitur, & ab Hebræis, & Chaldæis, & Punicis per.zadich.ſcribitur על ציון al cion, idem & Ioſeph cœcus, & per eaſdem literas ſcribit, & Nebienſis epiſcopus per.c.nomen Cion interpretatur, & ſi p zadich ſcriptum ſit, ibidem in Arabica etiam interpretatione ſua ܥܠܝ ܨܗܝܘܢ. ali zeiun. Syrus ibi Chaldæus ܥܠ ܨܗܝܘܢ ܛܘܪܐ ܕܩܘܕܫܝ. al zheiun turo dqudſi. Arabs ibi ܥܠܝ ܨܗܝܘܢ ܓܒܠ ܩܘܕܣܝ. ali zhiun gbl qudſi. Similiter & Indus per.za.ſcribit dicẽs. Bazoiωn. Græcus vero interpres ἐπὶ σιων, epi ſiõn, & in pſalmo iuxta hebraicam cõputationem, in quo nos dicimus. Lętabor & partibor ſcihimam, Græcus ait σικιμων, ſiciman. Macedo & Dalmata. I razdialiu, Hebræus vero per.ſcin. ש. dextrum ſcribit שכם ſecim

& Ioſeph

& Ioſeph cœcus בשכם biſcechem, & ibi Arabica iterpretatio. ܣܓܝܡ Sagim, Chaldæus Syriæ ܐܬܚܝܠ ܐܢܐ ܘܐܦܠܓ ܠܫܟܝܡ. æthhhaial æno. væphleg laſchim, ideſt. Lætabor ego. & diuidam ſichem. Arabica Syrorum interpretatio ibidem ܐܬܩܘܐ ܐܢܐ ܘܐܩܣܡ ܫܟܝܡ, Atqua ana vaqſam ſachim. Vides lector optime quam concinne ſuperiores recenſitę idiomatum diuerſitates in vno nomine Sichem, ſeu Sichimam conueniant. Quantum vero diuerſa ſit interpretatio illa Indorum, in pſalterio Ioãnis Potken, & quãtum Chaldaiſmi reſcipiat ex infraſcriptis prædicti pſalmi verbis, abſq; liuore diiudica, ait quippe. Ogziabeher nababa bamakdaſu otſeſahh vuootchafal mohorcha, ideſt. Deus locutus eſt in ſancto, lętabor, & diuidam ſpolia, nã mohorcha, ſpolia ſignificat. vt in pſalmo ſæpius allegato in Ogdoade penultima literæ. ſcin. in quarta linea, lętabor ego ſicut qui inuenit ſpolia multa. Idem in pſalmo. 67. linea. 29. Speciei domus diuidere, mohorcha, ideſt ſpolia Atqui meo quidem iudicio, hoc nomen mohorcha, ex pſalmo prædicto. 60. Siue iuxta Indorũ numerum. 59. omnino remouendum eſt, & ſubſtituẽdum. Sakima. ideſt Siccimam, quandoquidem pſalmus iſte à nona linea vſq; ad finem, ad verbum, repetitus eſt. in pſalmo. 107. In quo mohorcha nõ inuenitur, ſed Sikima legitur. Nec mirum ſi hic fortaſſe pro Sikima ſpolium, ab occupato in varijs negocijs homine, ſubſtitutum eſt. Variæ quippe humana-

rum

rum rerum curæ,naturales vſq; adeo exſiccare quandoq; ſolent humores,vt plerumq; ſpolient hominem,& viſu,& attentione,ita vt apertis etiam oculis non videat,cũ ex Philoſophi ſententia,intentio copulet ſenſum. Proinde etiam in hoc quoq; loco(dum mens hominis, mutabilitati obnoxia, per diuerſa paululum hincinde vagatur) nomen vnum potuit incaute pro altero ſubſtitui, cum nec bonus ſemper vigilet,ſed(vt in prouerbio eſt) quãdoq; dormitet Homerus. Pius vero lector,atq; beneuolus iſta cõſideret atq; caſtiget. Cæterum.ſclouo. Dalmatarum quintadecima conſonans,præter iam publicatam,alia quoq; eſt .C. quæ tam etſi ſemicirculi læua pars ſit,& latinum.c.æmulari videatur,ac per omnia ſimilis ſit Macedonicæ,pro.s.tamen noſtro latino intelligitur,vt Iob primo capite. I poſilaiuſte priziuachu tri ſeſtri ſuoie.ideſt. Et mittentes vocabant tres ſorores ſuas.& paulo poſt,vbi nos dicimus. Dixit ergo dominus ad Satan.Ecce vniuerſaq; habet in manu tua ſunt,tantum in eum ne extẽdas manum tuã. Egreſſuſq; eſt Satan à facie domini. Dalmata ait. Reciexe goſpodi cſotoni,ſe vſa iacſe imati v rucu tuoeiu ſut tacmo nani ne proſtri ruci tuoee i zidexe ſotona ot licia goſpodna. Et librum ſuum Eccleſiaſtes ab hac litera incipit dicens. Slouoſa ecleſiaſta ſina dauida ceſara eruſolimſcago ſueta ſueti recie ecleſiaſti eſuti eſuti i vſa eſuti.hoc eſt. Verba Eccleſiaſtes filij Dauid Regis Hieruſalẽ,vanitas vanitatũ, dixit Eccleſiaſtes,vanitas vanitatum,& omnia vanitas.Salomon quoq; Prouerbia ſua,in hęc verba ĩcipit.Pritcie Salamune ſina Dauidoua Cieſara Izraelua, ideſt, Parabolę Salomonis filij Dauid cęſaris.quod ſanè eſt,Regis Iſrael.

Preterea

Prӕterea ī pſalmo. 67. habemus à Macedone & Dalmata, vbi dicimus. A facie dei. Sinaina. ideſt. Sinai, quod nomen ab Hebrӕis, Chaldӕis, & Punicis, per ſamech ſcribit. Quippe dicit Hebræus סיני Sinai. Syrus ܣܝܢܝ Sinai, vterq; Arabs سينا Sina. Græcus σινα Sina, & ἐν σιναιν en ſinain. Indus, per ſcin, ſina ba ſina. & in eodem pſalmo. Super ea niue dealbabuntur, vi ſermonie, in ſelmon. Vbi Græcus quoq; ἐν σελμῶν en ſelmō. Hebræus tamen nomen iſtud per zadich ſcribit dicens בצלמון bezalmon. Chaldæus etiam eadem litera vtitur. ܒܨܠܡܘܢ ܬܘܪܗ ܕܐܠܗܐ bzelmun turhe daloho. vterque Arabs, في صلمون جبل الله phi zelmun gbal allha. Indus vero per ſcin ſcribit, lahala ſalmun. Samuelem quoque Macedo & Dalmata cum hac litera ſlouo ſcriptitant in pſalmo. xcviii. Moiſes & Aaron in ſacerdotibus eius & Samuili. Hebræus per ſcin ושמואל vſcmuel. Similibus literis etiam Maronitæ ſcribunt dicentes ܘܫܡܘܐܝܠ ܒܩܪܝܘܗܝ ܫܡܗ vaſcmuil bquoraii ſmhe. Indus quoq; ſcin in eadē dictione vtitur inquiens. Vua Samuelni moſſa ola iozeuuou ſomo vel ſmo. Arabes vero tam

Punici regni,quam Syriæ incolæ per zode & tzade, nomen iſtud incipiunt. & Arabes quidem, vt in Nebienſis Epiſcopi pſalterio ܘܙܡܘܝܠ ܦܝ ܐܠܓܝܢ ܝܕܓܘܢ ܒܐܣܡܗ. vzmuil phi algin idgun baſmhe. Syriaca Arabū litera habet ܘܙܡܘܝܝܠ ܒܕܓܝ ܐܝܣܡܗ. vzamuiil bdgai iſmhe. Diuerſitatis cauſam in maiori vehementioriq; linguæ ad dentes adpulſu conſidera, in ſibillanti etenim litera proferenda Arabes ſumitate extremaq; magis linguæ parte vtuntur. In pſalmo tamen iuxta hebraicam computationem. 78. Videntur omnes in litera iſta conformes eſſe. Repulit(inquit ibi Aſaph)ſeu reliquit tabernaculū ſilo. Macedo, i otrinu ſcijniju ſilomſcu, & paulo infra, i otrinu ſelo ioſiphouo, Dalmata fere idem dicit, i otrinu ſciniju ſilomſcuiu, & iſra, i otrinu ſielo oſipauo. Chaldaica litera Maronitarū in hunc modū ſe habet. ܘܬܓܘ ܠܡܫܟܢܐ ܕܫܝܠܘ. vatgoo lmaſcno dſilu, & infra, ܐܫܠܝ ܠܡܫܟܢܐ ܕܝܘܣܦ. Aſli lmaſcno daiuſeph. & ſua ibidem Arabica interpretatio. ܘܪܕܠ ܡܣܟܢ ܫܝܠܘܡ. vrdhal maſcn ſilum, & infra. ܘܪܕܠ ܡܣܟܢ ܝܘܣܦ. vardhal maſcn iuſph. Arabica Nebienſis Epiſcopi in eodem loco. ܘܪܦܬ ܡܟܠܗ ܫܝܠܘܡ. Vrphth mclhe ſilum, & hic caſtigāda ē dictio ܡܟܠܗ. mclhe, vt ܡܣܟܢܗ.

maſcnhe

maſcnhe,& infra ܘܪܕܠ ܡܫܟܢ ܝܘܣܦ Vrdl ma=ſcan iuſph. Hebraica ibi litera habet ויטש משכן שלו Vaitos miſccan ſcilo, & infra וימאס באהל יוסף Vaimas beohel ioſeph. Thargũ vero Ioſeph Cœci tale eſt. ܘܫܒܩ ܡܫܟܢܐ ܕܫܝܠܘ Vſcebaq maſceena dſilho, & infra ܘܪܚܝܩ ܒܡܫܟܢܐ ܕܦܪܝܣ ܓܠ ܬܚܘܡܐ ܕܝܘܣܦ Verahhiq bmaſccena dephris gal tehuma dioſeph. Græcus quoq; interpres ita ibidem inquit. kæ apoſato tin ſcinin ſilom, & infra, kæ apoſato to ſcino=ma ioſiph. Indus autem hunc in modum iſta expreſſit. Vuahha daga ladabthara ſelom, & infra eadem verba re=cenſet nomine Ioſeph, dũtaxat excepto, quod loco ſelom, remiſit. At tandẽ in hac ſibillante litera, videnda ſunt etiã, quę de Saba & Seba, in ſuperioribus dicta ſunt. Immo ve=ro id magis hoc loco conſiderandum eſt, quod cum ſibi=lans litera ſit, quin potius (ſi dicere citra errorẽ poſſumus) ipſe ſibilus, quod apud omnes ferè, ne dum ſilentij nomẽ ab ipſa incipiat, verum etiam ſilẽtium ipſum, ſingulari hac litera oculis noſtris obiecta, indictum eſſe cognoſcamus. Sigin quippe Græci, Siopinq; dicunt. Hebræi vero, Se=quet ſilentiũ, & Scaquat ſilere. Chaldæus vero Nebicſis. ܫܬܝܩܘܬܐ Scethiqutha, & ܫܬܝܩܗ Scethiqha, & Syri ܫܬܩ Scthuq. Arabes quoque ܣܟܘܬ Stouch, vel eſtoch. Silentium igitur & nos habeamus, &

ad.t.literam,quam grammatici, ea ratione illius cognatã aſſeuerãt,qđ pro pulſare,pultare. & pro merſare,mertare. aliquãdo vſurpatũ fuerit,trãſeamus. Et quamquam ſilentium in myſterijs omnibus (Tertuliano autore) maxime cõmendatum ſit,ſummiſq; laudibus Pythagoricum ſilentium extollatur.Nonnunquam tamen lucri gratia ab aliquibus,citra virtutis actum,ſeruatum fuiſſe proditum eſt. vt de Demade Oratore,quem aiunt,gloriari ſolitum,decẽ ſe talẽta à rege,vt taceret,accepiſſe.Et Demoſthenẽ quoq; legimus,ſynanchen,quam nos angynam dicimus, ea occaſione.ſ.vt taceret,finxiſſe ſe pati, ꝓindeq; à plebeio homine obiectum illi fuiſſe,quod non ſynanchen, ſed argyranchen pateretur.Mihi tamen hoc in loco, antequã de.t. litera tractare incipiam, minime ſeruãdũ ſilentium cenſui, quin potius myſterium ingẽs fore duxi, ſi illud abrumperem,& loquendo,non modo Ariſtodemum fabularum actorem,quem talentum vt ageret pro mercede accepiſſe ferunt,ſuperarem.Sed plurimum etiam mihi theſaurum repoſiturum ſperarem,ſi iam repoſitum,ſtudioſis animis impartirer,notumq; illis omnino facerẽ. Vuãdalos, videlicet literam.s.(de qua nobis eſt ſermo)in ſuo alphabeto, non ſimplicem,ſed quatuor ſemper modis copulatam habere. Aut enim cũ.t.iungitur,ſibi (vt diximus) cognata præcedente,aut ſubſequente,vt in litera Ⱌ quam .tzads.appellant,& pro.ts.à nobis capiẽda eſt. Aut cũ altero.s.vt geminum.ſſ.intelligamus, in Ⱄ cuius nomen eſt.eſſe. & duplicis.ſſ.officio ſemper fungit. Aut cũ.s.t.&.z. ſimul complexis,eoq; ordine connexis, vt triplex iſte literarum nodus, nunquam in litera Ⱋ quam illi.Stchzh.appellãt diſſoluatur,

diſſoluatur,quippe ſemper pro.ſtz.ſumẽda eſt. Aut ſanè cum.c.inſeparabilem hæc litera connexionem habet,vt in penultima ſui alphabeti litera(de qua ſupra mẽtionem fe= cimus) ſcholà,quæ ſemper pro.ſc.ſimul iunctis ſerui= re conſueuit. Videor mihi videre dum iſta refero, legentes ſomnia me recenſere arbitraturos,quæ tamen vera,fideliq; traditione referuntur. Proinde non fruſtra etiam me ſu= ſpicari poſſe,facile crediderim,quod ſi beatus ille eccleſiæ doctor Hieronymus,tantum in huiuſce Vuandalorũ lin= guæ,quãtum in Chaldęorum lingua,literiſq; cognoſcẽ= dis,atq; pronunciandis laboraſſet, non illa profecto ſtri= dentia,anhelãtiaq; verba dixiſſet,ſed hęc. Quæ pręter quã quod ex infimo pectore,ex intimiſq; pulmonibus depro= mẽda ſunt,grauiuſq; inflata,& anhelata verba cognoſcũ= tur, denſum pręterea ſtridorem quendam ſuſcitare viden= tur,vt nec magis horrifer aquilonis ſtridor eſſe queat. Cũ tres,ſine media vocali,ſcriptę ſimul conſonantes proferẽ= dę ſint,& illę ſanè vel maxime, quæ à noſtra connexione plurimum abhorrent,quam cognoſcere poſſunt, qui cõ= ſonantium in conſtitutione ſyllabarum connexionem nõ ignorant. Id tamen ſtudioſe lector te haudquaquam om= nino deterreat,nec à peregrinarum linguaꝝ lectione ſub= moueat. Quandoquidem vt ait Hippocrates in ſecunda Aphoriſmorũ ſectione,Peri mèn dàs archàs kaè tà tégli panda aſthenéſtera, peri dè tàs acmàs iſchyrótera. Circa principia,inquit,& fines,omnia infirmiora ſunt,circa vero ſtatus fortiora. Quippe (vt Marcus quoq; Cicero ait) omnia rerũ principia parua ſunt,ſed ſuis progreſſionibus vſa augentur. Sic tibi profecto amice continget, ſi aſſiduã

operam

operam in perdiſcendis illis impēderis, labor enim omnia vincit improbus, & cognoſces quod licet ſanè multę cōſonantes ſine medijs vocalibus ſcriptę cernātur, non omnes tamē (vt de Ier Macedonico, atq; Dalmaticę dictum fuit) proferēdę ſunt, ſed quædā, quas vſus ipſe docebit, efficietq; vt quod in omnibus (Philoſopho teſte) diſciplinarum radicibus amarum eſſe ſolet, cum ad arboris cacumina fructus maturi apparuerint, eò q̃ peruẽeris, vt colligas, dulceſcat. Necnon quæ ardua, adituq; difficilia modo cēſentur, cum altos, extremoſq; illorum vertices ſudando tetigeris, ea oīa (Aſcręo vate autore) facilia tibi, & vſq; adeo p̄uia fiāt, vt nec dubites Herculis indiſſolubilē nodū poſſe diſſoluere. Et Caduceū Mercurij Deorū nuntij, ac pacis nobile ſignū, tute poſſe geſtare, difficileſq; omnes variarū linguarū prolationes faciliter enuntiare, victoriæq; ſigna exanclati laboris præ te ferre, & ad quintam decimam conſonantem trāſire. ¶ Tardo igitur quinta decima cōſonās eadem eſt, figura & poteſtate cum litera gręca. taf. ſimplici, & omnium aliarum linguarū. T. vt in pſalmo. 46. Et dominus in voce trubia, quam nos tubam dicimus. Dalmata goſpodi v glaſia trubia. & dominus in voce tubę, hāc vulgo dicimus, la tromba, & Macedones truba. & in pſalmo 80. alias. 81. Prinmiate pſalomi v dadute timpane, ideſt ſumite pſalmum, & date tympanum, ibi ſeptuaginta īterpretes, kaè dòte tympanon, ideſt & date tympanum, in multis quoq; alijs pſalmis, tympani ac tympaniſtriarū iuuenculatum facta eſt mētio. Et in pſalmo. 86. Quis vnquam tyri nomen alio modo quam per. T. literā ſcribet, ac omniū auribus íngeret, aut quis trophima ſancti viri nomē, cuius

memoria

memoria, in decimo nono die Septembris, apud Mace-
donas celebratur, per aliud elementum quam per. t. auſpi-
cabitur. Aut Terentia quæ vno die cum Neonila, quarto
kalendas Nouembris, apud eoſdem honoratur. Aut illũ
tandem Pauli Apoſtoli chariſſimum in domino Titum,
cuius laudes. 25. Auguſti recenſentur, & ſuffragia à Ma-
cedonum eccleſia expoſtulantur, Zephirum vnquam di-
xerit, cum omnino Titus appelletur, nec binomius cẽſea-
tur. Tardo igitur vt ex p̃dictis ꝓprijs nominibus, & quã-
plurimis etiam ex alijs ante à nobis recenſitis dictionibus,
in quibus. T. ſyllabizat clare conſtat latini, cæterarũq; lin-
guarũ. T. locum obtinere, viceſq; eius ſupplere. Notãda
ſunt igitur iſthæc, & in hac literarum obſeruatione à te di-
ligenda, vt pſalmographus, in pſalmo. 119. in Ogdoade
ain, in verſu penultimo, Macedonicis verbis ait, pacie zla-
ta v topazia, ideſt ſuper aurum & topazion, vbi Dalmatæ
eiſdem ferè verbis vtitur, ſed tantum addit ad topazion di-
cens. I tupancia, & ſeptuaginta aiunt, yper chryſion kaè
topazion. Hãc quoq; literã tardo in ſexta decima cõſonã-
tiũ numeratione hẽt, & inuerſum vide eſt, ſtãs ſcilicet, quã-
doquidem ſupinum eſt vide. Aliam quoq; figuram tardo
habent Dalmatæ nec dum publicatam, quę ex plana linea
diductis tribus æqualibus lineis formatur, ceu. m. latinum
non quadratum, productis aliquãtulum hincinde corni-
bus, hoc ſanè modo ПТ & (ſi modo proprie dicere poſ-
ſumus). T. latini perſonã gerit, vt Thobia, Iudith primo,
& tigra, ideſt Thobias & tigris, & Iudith ſecũdo, Tharſi-
ſce, ideſt Tharſis, caſteli echi, hoc eſt caſtella eorũ, Toma,
Tadiju, Agata, Catarina, Margarita, Anaſtaſia, In his no-
minibus

minibus Dalmata tenui.t.vſus eſt. ¶ Conſequens eſt, vt poſt tenuem conſonãtem.t.ſcilicet ſequatur aſpirata ſexta decima apud Macedonas conſonãs.thita. quę ſimilis ad= modum eſt græco homonymo elemento, & pro.th.acci= pitur,habetq; eandem enunciationem Macedonibus quã Gręcis,vt iam dictũ eſt ſupra,exempla patent,pſalmo.47. alias.48.In ſpiritu vehemẽti cõteres, corablie tharſiuſcije, ideſt naues tharſis, ibidem Hebræus habet thau dicens. אניות: הרשיש aniot tharſis, Chaldæus ibidem Nebienſis, אילפיאדטרסים ilfaia detarſis,& Punica eiuſdẽ interpretatio, ܣܦܢ ܬܪܣܝܣ. Sphen tarſis. Chaldæus Syriæ, ܒܪܘܚܐ ܥܫܝܢܬܐ ܢܬܬܒܪܢ ܐܠܦܐ ܕܬܪܫܝܫ. Bruhho ghaſinto nethtabron ælphæ dtharſis. vbi etiam Arabica correſpondens interpretatio habet. ܣܦܢ ܛܪܣܝܣ. Saphn tarſis. Hanc dictionẽ tarſis Ioſeph cœcus & vtraque Arabica litera per teth.ſcribit,& quamuis in Syriæ Arabica litera, appareat ſcriptũ eſſe tarſis per thau,nihilominus loco teth,& ſecun= dum illius prolationem proferri debet,cuius indicium eſt, pũctus rubeus ĩ vertice thau, dicti nominis tarſis locatus. Nunc quid ibi dicat Indus audiamus. Banafas hhaial to= kathakthon laahmara tarſes,& Dalmata, corablie tirſcie, Græcus interpres,en pneumati viæo ſyntripſis plia thar= ſis,idem nomen habetur in pſalmo.81.& à ſupraſcriptis cũ eiſdem literis ſcribitur. Præterea in pſalmo.88.dictio thabor p hãc literam.thita.videlicet per.th.& thau ſcribit.

Ab Hebræis

Ab Hebræis,& Chaldæo,Ioſeph Cœco, & Macedonibus,& Græcis,& Indis.Maronitę vero,& ſi p.Thau.ſcribant.Signum tamẽ prolationis literę.Teth.addunt,rubeum,videlicet in capite,pũctum,& hoc tam in ſua,quam in Arabica,interpretatione facere cõſueuerunt.Dalmata, cũ hac litera careat,per.Teth.ſcribit, ſimiliter & Arabica Nebienſis interpretatio.Teth.habet.Poſſem hoc in loco nomina,in quibus elemẽtum hoc, primam mediam ve ſyllabam occupat,quamplurima in medium adducere,quæ in libello illo reperiuntur,in quo per ſingulos mẽſes nomina ſanctorum recenſentur,& quo etiam illius menſis die, in Eccleſia Macedonum memoria eorum fieri conſueuerit, & inibi illorum quoq; Troparia(vt aiunt) atq; Condacia ſcripta ſunt,vt iſtius litteræ conformationem probarem.Sed quia traditio hęc nimium in longum traheretur, decem,aut duodecim tantum,ſeruato mẽſium ordine, nomina adſcribam. Vt Aithala, in primo die Septembris, à quo Macedones,Annum incipiunt. Et Theoctiſta,die tertio. Ierothea Epiſcopa,athiniſcago, die quarto Octobris.Theophana,die duodecimo. Aphthonia, die ſcd̃o Nouembris. Theoctiſti,lezuijſcije,die nono.Thirſa, die quarto decimo Decembris. Eleutheria,quinto decimo. Theopenta,quinto Ianuarij. Athanaſia,Archiepiſcopi Alexãdriſcichi,decimo octauo. Agathi,quinto Februarij.Theodora,ſtratilata,octauo. Theofilata,Archiepiſcopa nicomidijſcago,octauo Martij. Marca,Epiſcopa arethuſiimſcago, vigeſimo octauo.Theodula,quinto Aprilis.Theodora,ſiceota,vigeſimo ſecdũo.Timothea, tertio Maij. Theodota,ize v ancyria,decimo octauo. Doro-

thea,Epiſcpa tirſago,quarto Iunij. Methodia,Patriarcha Conſtantinagrada,quarto decimo. Theodora,ancyrſcago,ſeptimo Iulij. Athinogena:ſexto decimo. Apoſtola Matthia:nono Auguſti. Apoſtola Thadea:vigeſimo primo. Literam hanc Dalmata in alphabeto impreſſo non habet,ſed quæ nondum typis excuſſa eſt. Thita.ſeu. Tfert. dicitur,& decima ſeptima in conſonãtium numero;apud eos eſt,& à Grȩco,Macedonico,Ruſioq;. Thita.ĩ eo differt,quod Græcorum huius nominis litera,orbis eſt,cum linea diametrali trãſuerſa. Macedonũ vero, oui oblongi, figura eſt,cũ linea pari modo ꝑ mediũ ſeccante,ſed vtrũq; periferiæ latus tranſcendente,extremaſq; vtrinq; partes ad ima non nihil flectẽte. At Dalmaticũ. Tfert. quadrãgulũ oblongum erectum eſt,à linea hinc atq; inde nõ recta,ſed recurua per medium tranſfixum,& læuum latus ipſius lineæ ad ima,fornicis in modum reflexũ,dextrũ vero, cornu inſtar ad ſuperna tendẽs habẽte,hoc modo  & nobis pro. Th. ſuccurrit. Cuius loco in impreſſis libris. Tar do. cõfuſe vſurpatum reperitur,vt clare notum eſſe potuit, ex dictionibus iam à nobis in præcedenti litera adductis, in quibus tam apud nos,quam apud Græcos, & cæteras linguas. T. aſpirationem adnexam habere concupiſcit, & debet,quamuis ibi non ſit. ¶ Sequitur decima ſeptima cõſonãs,quam. Chir. nominant,& nihil à. chi. Græco,& Iacobitarum differt,aſpirata litera eſt,&. Ch. latinis reddit, vt in pſalmo iuxta Hebræos. 18. Et aſcendit. Na cherubim i letia. hoc eſt. Sup cherubim,& volauit, vbi Dalmata etiã cũ ſuo. Chir. ſcribit, dicẽs. Na cherophimi i liete. Hebrȩus vero,hoc modo ſcribit. עלכרוב alcherub. & ĩ Nebiẽſis

pſalterio

pſalterio. על כרובין al cherubin. & Arabica interpretatio, . ܐܠܟܪܘܒܝܡ ܥܠܝ Ali alcharubim. Syriaca vero Chaldaica ibi interpretatio habet, ܪܟܒ ܥܠ ܟܪܘܒܐ ܘܦܪܚ. Rchab al crubæ vaphrahh. Vbi in Arabica interpretatione, arbitror ſcriptorem hallucinatum ſcripſiſſe. ܐܠܣܪܘܦܝܘܡ Alſaruphium, pro . ܐܠܟܪܘܒܝܘܡ Alcarubium. Quādoquidē in pſalmo. lxxx. ſecundum Hebræorum cōputationē, vbi nos dicimus. Qui ſedes ſuper cherubim, iſto modo ſcribat, & dicat. ܥܠܝ ܐܠܟܪܘܒܝܘܡ Ali alcerubium, in quo omnes conueniunt. Et Indus quoq; in vtroq; pſalmo, ſuperius adducto, & primum in pſalmo. 18. ait. Laola chirubel, & in pſalmo. 80. eadem verba replicat, orthographiam tamen minime ſeruat, nam laola, quando pro ſuper vel ſupra accipitur, cum. a. paruo ſiue breui, tam in prima ſyllaba, quam ī vltima, ſemper ſcribi debet, tamen in dicto pſalmo. 18. prima ſyllaba per . a. longum, haud recte ſcripta eſt. Præterea in pſalmo 104. alias. 105. dictio. chanaan. & dictio. cham. p. ch. & à Græcis, & Macedonibus, per. chi. ſcripta ſunt, & ab Hebræis, per. caph. ſimiliter & ab Arabicis, Chaldæis, & Indis. Hebræus tñ, & Ioſeph cœcus. hham. p. hhet. ſcribit. Nomen quoq; Chriſti, in dicto pſalmo. 105. per hāc literam. Chir. Macedo ſcribit, & Græcus, p. chi. Hebræus

vero, Chaldæus, Indus, & Arabs, pro Chriſti nomine Meſſiā, ponūt. Dalmatę ī decima octaua cōſonātiū numeratione habent. Hir. ſeu. Chir. Ⱈ quam non habent libri Dalmatarum hactenus impreſſi. Eius tamen loco accipi poteſt litera in alphabeto impreſſa, quę ſequitur poſt. Fert.

¶ Decima octaua cōſonans eſt. Phi. quę & figura, & poteſtate eadem eſt cum. Phi. Græcorum, & Iacobitarum, & Cophtitarum, & eorum qui magnam Hiberiam incolūt, quinetiam Latinum nobis. Ph. ob oculos ponit, ac etiam idem valet, quod. Phe. ſeu. Pe. Hebræum, Chaldæumq;, cum dictionem claudit, aut raſatur, aut tandem cum non pro. P. ſimplici, ſed pro. F. vel. Ph. ſumitur, vt in dictione Ephraim, de qua in pſalmo iuxta Hebræorum computationem. 60. & in dictione Nephthalim, ſiue Neptalim, in pſalmo. 67. vtroq; enim modo pronunciatum reperitur, etiam in titulo pſalmi. 54. vbi dicimus. Intellectus Dauid cum veniſſent Ziphei, quod nomen Græci, & Macedones per. Phi. ſcribunt, Hebręi vero, & Thargum cœci, cū Pe. ſine dages. Indus vero cū ſuo. F. ſcribit. Placuit & hic nomen Aſaph, & nomen Ioſeph, in medium adducere, de quibus in multis pſalmis, & pſalmorum titulis, fit mentio, quę vbiq; per hanc literā ſcribuntur. Præterea in pſalmo 91. vbi nos dicimus. Iuſtus vt palma florebit. Macedo, palmam græco vocabulo inſinuat, dicens. Iaco phinixi, & Græcus, δικαιοσ ως φοινιξ ανθησει, dikæos os phinix anthiſi. Cęterum in pſalmo. 106. ad Hebraicam computationē, vbi habemus. Et initiati ſeu cōſecrati ſūt Beelphegor. Macedo dicit, Bielphegoru, & Gręcus īterpres τω βεελφεγωρ, to beelphegor, id fuiſſe Idolum ignominię, vt ait Nebiēſis

Epiſcopus,

Epiſcopus,pleriq; arbitrati ſunt,& ſtulta gentilitas,vt Deũ ortorum colebat,nunc Alcinoum,nunc Veturnum, nũc Ianum,nunc Priapum appellans,φαλλος,phallos, enim à Gręcis dicitur Priapus,hinc Poeta ille cecinit. Nomẽ venerare ithiphalli. Hebręus tamen per.Pe.dageſſatum,ſcribit. לבעל פעור lebaal pegor. Chaldęus Nebienſis, cum Pe.dageſſato nomen Pegor ſcribit. Arabs vero ibi tam Nebienſis,quam Syriæ, dicit. ܦܓܘܪ Phagur. Et Indus,Baboel Fegor. Et Maronitæ,ac Syri,quoque dicunt. ܕܦܓܘܪ Dphagur. Phinees quoque nomẽ,in eodem pſalmo,tam Macedones, quam Græci, cum litera. ф. Phi.ſcribunt. Dalmata vero, cũ Pocoi,exprimit,dicẽs. Pinies. Hebræus quoque, פינחס Pinhhas,cum.pe.dageſſato,ſcribit. Eodem modo,& Chaldæus,in Nebienſis Epiſcopi,Pſalterio. Syri tamẽ,Chaldæi,& Maronitæ ܩܡ ܦܝܢܚܣ. Quom phinhhes. hoc eſt ſtetit, quem nos dicimus.Phinees, proferunt. Conſentit & Arabica interpretatio, quæ habet ܩܐܡ ܦܝܢܚܐܣ Quam Phinhhas. Eodem modo,& Indus,ſed cum ſuo.Fi.ſcribit.Finhhas, Ephraim quoq; nomẽ,in Pſalmo. 108. & Ephratha, in Pſalmo. 132. omnes cum eodem .Phi.elemẽto ſcribũt,

& Hebræi

& Hebręi cũ .pe. ſine dages. באפרתה Bęphratha, & Chaldæus Syriæ .ܒܐܦܪܬܐ. Baphratho. Ioſeph cœcus באפרת Beæphrath. Arabici vero, ſeu etiam Punici, .ܒܐܦܪܬܐ. Baphratha, vel .ܐܦܪܬܐ ܦܝ Phi ephratha. Conſentit & Indus, ſed more ſuo cum .F. ſcribit, Baephrata, & quod Græci in eodem Pſalmo .cxxxii. dicũt. ἰδοὺ ἰκούσαμεν αὐτὴν ἐν Ἐφραθᾷ Idu icuſamen aſtin en ephratha. Ibidem Armeni hoc modo idipſum exprimũt. Ահա լուաք զընմանէ յեփրաթա. Ahha luach zienmane i iephratha, hoc eſt. Ecce audiuimus eam in ephratha. Pharaonis quoq; nomen in ſacris literis, ab omnibus cum hac litera .phi. ſcribitur, & ab Hebræis, per .pe. ſeu .phe. dageſſato, ſemper ſcribitur, proinde ex regula puncti dages, literam fortificantis, Parao, non Pharao, ꝓferri debet, vt etiã ĩ pſal. 136. vbi nos dicimus. Et excuſſit Pharaonem, & virtutem eius in mari. Nebienſis Epiſcopus, notat dicens. Parao, ſic enim proferũt Hebræi, nec reperitur ſcriptum Pharao, in tota ſerie ſacrę ſcripturæ, niſi tantum ſemel, locum tamẽ non aſſignat. Cauſam vero propter quam Hebræi Parao, nõ Pharao, dicãt. Cæteri vero qui à dextro ĩ ſiniſtrũ latus ſcribũt, Pharaonẽ nominent, & cum eiſdem literis .phe. ſcilicet .res. aĩn. & .he. ac cũ eiſdem vocalium notis. Patha. Seua. & Holem. ſeu etiã. Camez. in fine, ſemp à Chaldæis, pronunciatũ fuerit, illis veſtigandam relinquo, qui nouerunt illius nominis

vim,

vim,atq; poteſtatem,non ignorant. Cæterum .Phert. vel Fert.decima nona conſonans eſt Dalmatis, & per omnia ſimilis eſt græco.Phi.& à nobis pro .ph. accipi debet, vt in nominibus ſupius recenſitis patet, mutuo tñ ſępenumero pro.Phi.ponitur.P.& vice verſa, nam & Phranciſcũ, & Phabianum,per.Phi.ſcribunt,cum nos per.F.ſcribere ſoliti ſimus,viciſſitudo quoq; iſtarum literarum,ex iam dictis in huius literæ explicatione,& nominibus alijs ſuperius adductis,nota eſſe poteſt. Litera præterea iſta Dalmatica,nec dum ab impreſſoribus publicata,quadranguli oblongi,nec tamen æqualium laterum, iacentis figuram habet.Linea quippe ſuperior,& ĩferior æquales ſunt, ſiniſtra vero qua ambę ſimul nectunt,recta eſt,ſed tamen breuior eſt,& duos angulos rectos format, at quæ dextra ex parte dictas lineas ſimul coniungit,non recta, ſed incurua ferè in dimidij circuli modum,cum ſit,obtuſum angulũ facit. Secundumq; eſt ſic formatum corpus,cum linea incurua, & Scorpionis caudã oculis obijciente,quæ ſupra aliquãtulum producta in dextrum,& infra extenſa in læuum latus reflectatur,in hanc ſanè formam & hęc de hac litera dicta ſufficiant. ¶Sequitur.Pſi. conſonãtium decima nona,quæ eadem eſt cum.ψ.pſi.gręco,eſt enim litera duplex ex.p.&.s.(quę illi implicita ſunt)conſtans, vt in gręcorum conſonantibus ſupra dictũ fuit.Iacobitę illã .Epſi. appellant.Dalmatæ ipſam nõ habent,ſed pro ea duabus, latinorum more,vtuntur conſonantibus.P.nimirũ &.S. Nam quod Gręci ψαλμὸσ, pſalmos. Macedones ψάλωμι, pſalomi.Dalmatę cum Pocoi,& Slouo ſcribunt, dicẽtes, pſalomi.Simili ferè modo, & Armeni,pſalmũ exprimũt,

litera.P.

litera. P. dumtaxat expulſa, dicētes. սաղմոս. Salmos. Hebræi, Chaldæi, Arabes, Punici, atque Indi, literam Pſi. nō habēt. Nā qđ Macedones, σάμψονα, Sampſona, & Gręci, σαμψὼν, Sāpſō, cū. Pſi. ſcribūt, vt apud Paulū, ad Hebręos. xi. Deficiet enim me narrāte tēpus. περὶ γεδεὼν βαράκ τε καὶ σαμψὼν, καὶ ἰεφθάε, δαβίδ τε καὶ σαμουὴλ, καὶ τῶν προφητῶν, Peri Gedeō baracte, kę ſápſon, kę hiephthae dauidte, kę ſamuil, kę ton prophiton, ideſt. De Gedeone Baracq; & Sāpſon & iephthę, & Dauid, & Samuel, & ꝓphetis. Ibi Arabica interpretatio in hunc modum ſcribit. ܦܝ ܐܡ ܙܕܓܘܢ : ܘ ܒܪܐܩ : ܘ ܦܝ ܙܡܙܘܡ vel ܫܡܫܘܡ : ܘ ܝܦܬܚ : ܘ ܦܝ ܕܐܘܕ : ܘ ܫܡܘܐܝܠ : ܘ ܟܠܐ ܣܐܝܪ ܠܐܢܒܝܐ. Phi am zadguuna, va barach, va phi zamzum, vel ſamſum, va iaphatahh, va phi dauud, va ſmuil, va gal ſaira lanbiain. ideſt. de Gedeone, & Barach, & de Samſon, & Iaphtahh, & de Dauid, & Prophetis. Nec aliter viri fortiſſimi Sanſonis nomē, Chaldęi, & cęteri, prętet ſupius recēſitos, Gręcos, & Macedonas, ſcribunt, vt habemus apud Hebręos, in libro Iudicū, capite tertio decimo, ad finē. ותלד האשה בן ותקרא את שמו שמשון Vattheled haiſſcah bē vatiqura, ęth ſcemo Scimſcō, ideſt. Et peperit vxor eius filium, & vocauit nomen eius Scimſcon. Hic aduerte lector, ne fortaſſe hoc viri nomen fortiſſimi, quod per ſcin iamin, hoc eſt per ſcin dextrum, ſcriptū eſt, ſchimſchom proferas, neq; cum. ch. ſcribas, vt non in errorem

errorem nō minimum labaris,quem in ſuo Michlol fore cauendum dixit,Rabi Dauid kimhi,ne ſcilicet aſſimiletur in platione.Zain.Samech.& Samech.Zain.& Alphin. Aainin.& Aainin.Alphin.& Hein.Hhethin.& Hhethin.Hein.nec non.Vau.& Beth.raphatum.Samech.& Zaddi.Chaph.& Coph.Teth.& Thau.dageſſatū,qđ (vt illius verbis vtar) שקריאתם קרובה Scęcriatham croba. ideſt,lectio,ſeu pronūciatio earū proxima eſt,de quo forſaſſe alias dicemus. ¶ Vigeſima cōſonās eſt.Ci.vel.Cia. ч quæ tamē monoſyllaba eſt,& tactis vix lingua ſuperiorū dentiū radicibus,ſubito oris hiatu proferenda erit,à.C. incipiens,& in.I.cum.A.vocali adnexa deſinēs,nec tamē propter hoc ſyllabā excedet.Verbi gratia,ſi diuino nomini,quod.Iah.ab Hebræis dicitur.C.literam prępoſueris, Cia.facies ſyllabam,quæ ſubitaneam habebit enunciationem,& talem,prorſus qualem Muſici obſeruare ſolent,in cantādo notā,quā minimā vocāt.Exēplū nobis eſſe pōt, quatriſyllabica dictio הללויה Haleluia,cuius vnū cōplexū ſcilicet,Halelu,apud Hebræos imperādi modus eſt,& laudate ſignificat.Aliud vero eſt.Iah.& Deum inſinuat. Cui etiā ſi.G.Macedonico more addideris dicēs ἀλ'ʌ͂ια. Alelugia,nō tñ ob id quintā ſyllabā addideris.Quandoquidē nomē illud diuinū.Iah.(vt Cabaliſtici cōtendunt) vnitatē nō excedit,& nouerūt qui ſubſcriptæ vocalis notę Patha,vim nō ignorāt.Sequente vocali abijcit ſyllaba iſta. Cia.extremū.A.vt ocia naſego.ideſt.patris noſtri,& apđ Lucā in oratione Dominica,ocie naſi.ideſt.Pater noſter, in vocādi caſu,vbi ſequēte.E.abiecta eſt litera.A.vt patet, & in hoc nomine,tā Macedo,quā Dalmata,mutuo vtunť

hac litera,& ſequēti Chief. Hāc etiā Dalmatæ, hoc modo figurāt ц &. Ci. appellāt. ¶ Vigeſima prima cōſonans, dicit̃. Cier. ſeu. Chief. & ita ꝓferri debet, vt ī eius enunciatione tēpus, & dimidiū ꝓducat̃ tēporis, nō ſecus, atq; ſi cātādo ſemibreuē, cū minima pronūciaremus, ſi modo bilyllabicā dictionē eſſe cēſuerimus. Cū tñ multi vnius ſyllabæ ipſam eſſe arbitrent̃, &. Chief. cū digāma æolico ſcribant, ac ꝓferāt. Hāc Dalmata. Czaru. vel. Cieru. ч appellat, & eadē eſt cū ч vigeſima ſeptima litera alphabeti Dalmatici iam impreſſi, & cū. Ci. Macedonico, exemplū habes, in nomine Vinciēcia, Ignacia, Cijra. ideſt. Vincētij, Ignatij, & Ciri. Parumq; differt à. Chieru. pariter Dalmatico. Ⱍ & à. Chier. Macedonico, & cū ea ſcribunt, Dominiche, Marcheliana, i Marchella. ideſt. Dominici, Marcelliani, & Marcelli. ¶ Vigeſima ſecunda cōſonās eſt. Sa. vel Sca. ш. & ꝑ. Scin Hebræo ſumit̃. Hanc Dalmatæ. Sa. ſiue. Sai. appellāt, & eandē ferè figurā hēt. ш. quā &. Sa. Macedonica, Dalmaticaq;, iam impreſſa. ш. eo dūtaxat excepto qđ plana linea, q̄ tribus erectis lineis ſubſtrata eſt, vtrinq; progreditur, nec ex toto plana eſt, ſed non nihil à ſiniſtro in dextrum latus eleuatur, vt videre licet ex illius figura paulo ante deſcripta. & latinū. S. nobis repręſentat, ſicuti &. Slouo. de quo ſuperius dictum eſt, & cum ea ſcribunt nomen, Sebaſtiana, & alia nomina, vt in exemplis ſuperius adductis, clare cognoſci poteſt. & perinde ferè enūcianda eſt, ac ſi duo. SS. ſimul eſſent. ¶ Sequitur cōſonās quæ. Sta. ψ. appellatur, & tridentis formā habet, & ne dū pro. St. in quibus eius vis & ſonus flectitur, verū etiam & aliquādo pro gemino. SS. accipitur. Hæc vltima eſt Dalmatis

matis in cōſonantium numero, & .Sta. ſiue etiā .Schia. ap-
pellatur Ⱋ & in alphabeto iam publicato Щ vigeſimū
ſextum obtinet literarum numerum, & pro .St. accipitur.
¶ Vltima alphabeti Macedonici litera eſt. Cſi. nihil a .ξ.
Græco differens, & Latinis .Cs. vel .X. repreſentans, vt
in nominibus proprijs, Xenophonta, Eudoxia, Maxima,
Auxentia, Eupraxia. Dalmatæ hoc elemento carent, ſed
pro eo .Caco. & Slouo. C. ſcilicet & .S. ſcribunt, nam qđ
Macedones, & Græci Ἀλέξιον, Alexiō dicunt, ipſi Alecſa,
ſcribunt p .cſ. & in reliquis pari modo in quibus .Xi. repe
rit. ¶ Duæ vero illę vocales ſcilicet .Vch. & .Iat. tametſi
pro vocalibus ſumantur, ſunt tamen aliquando conſonā-
tes, vt patet in pſalmo quarto, vbi habemus. I uuidite iaco.
ideſt. Et ſcitote quoniam, mirificauit dominus ſanctū ſuū,
vbi prima litera eſt .Ita. quæ in loco iſto pro copula ſumit,
ſecunda eſt .Vch. tertia .Vide. quarta .Iat. nunc tu diſcerne
inter conſonātes & vocales, quæ nam ex his ſint. Videtur
autem ȣ Vch. eſſe diphtōgus gręca .ου. omicron ypſilō;
Iat. vero ѣ Latinum .b. eſt, cum linea per medium dedu-
cta, & nonnunquā litera integra in dictionibus .Iat. expri-
mitur, ſępe vero .Ia. tantum, & ſępius pro .I. tantum conſo-
nante accipitur. & ſic eſt finis cōſonantium Dalmatarum,
& Macedonum. Reſtat vt reuertamur ad Chaldaicas cō-
ſonantes plenius explicandas.

¶ De literis quę puncta Rubea intra
ſe, infra, ſupra ve admittunt. Caput. VI.

EX ſupra ſcriptis Chaldęorū conſonātibus nōnullæ
ſunt, quę ſi punctum Rubeū intra vētrē, aut ſupra ſe,
infra ve habuerit (vt de Raphe, & Dages, apud He-

brę os traditur in literis בגט׳כפת Bagat chephath.) leuigantur, fortificantur, duriuſculeq́3, non nihil proferuntur. & variāt cum prolationem, tum vocē, & ſunt infraſcriptę. ܒ. ܓ. ܕ. ܛ. ܟ. ܦ. ܬ: Scilicet Beth. Gomal. Dolad. Teth, Coph. Phe. Thau. Nam ſi . ܒ. Beth. ſimpliciter proferas, leuiter quidē proferes, inter. ve. & bbe. ſicut. ب. be. Punicū. Et ſi ſuper poſito pūctulo. ܒ݂. inueniatur, proferendum eſt, vt . B . Vita, Græcū, & raphatum . ב . Beth, Hebraicum, nec non vt Macedonicum. В .& vtrunque Dalmaticum. ⰲ в Vide. ac Iacobitarum. Ⲃ. Veda. & Armenicorum, բ. bien. & dicendum. Vet. Sin vero punctum in ventre fixum habuerit, iſto nimirū modo. ܒ݁. tunc forti ac dura enunciatione proferendum erit, & labia multum ſimul ſtringenda, atque inuicē præmenda erūt, & non aliter quam Hebraicum dageſſatum . בּ . & Buhc. Б. Macedonicū. & vtrunque. ⰱ . б . Dalmaticum. Buch. & . π . Pi. Græcum, quādo. M. Mi. aut. N. Gni. præcedente, pro. B. profertur, vt τὸν πάλιν, Ton paglin. ideſt vice verſa, neq3 enim tunc proferre debemus, ac dicere. Ton vaglin, ſed Tom baglin. Simili modo

modo proferēda erit, vigeſima ſexta Armeniorum litera. պ. quæ & .Pe. & .Be. dicitur, & acri prolatione, ac forti, cōtrariaque ſuperius notatæ literæ. բ. Bien. (quæ nihilominus etiam. Pien. dicitur, & labiis mutuo ſe leuiter tangentibus, ſicut de. Vita. Græco paulo ante dictum eſt profertur) enuncianda eſt, & ſicuti Indorum quoque. Ba. cum omnibus vocalibus efferenda, quam ſemper Indi literam aſpero quodā modo proferunt. Si vero. ܒ. cum puncto ſubſtrato inueniatur, & ſi loco. Hirich. poſitus videatur punctus, omnium tamen vocalium voces induit, & litera ipſa fortiter enuncianda eſt.

ܓ. ܓ. vero ſi punctum ſupra caput habuerit, leniter profertur, & .G. latinum. Hebraicumque, ſine puncto & vtrunque Samaritanum. ࠂ. ࠂ. Gimel, ac Græcū, & Cophtitarū, Iacobitarūq;. ⲅ. Gāma, quin & Macedonicū, & vtrūq; Dalmaticū. Ⰳ Ⰳ Glagola. & Indorum. Ga. ac etiam Armeniorū. գ. Gim. vel Chim. nobis repreſentat. At ſi intra vētrem. ܓ. punctatum fuerit, tunc .Gha. vel. Gho. in voce & prolatione

.Gim.

Gim. ~~ .quintæ Punicorũ, Arabũq; literæ enunciabit, &.Gimel, Hebræi . ג . dageſſati, & . ~~ . Ge. decimæ Armeniorum literæ, quæ etiam . Ye. & .Ze. & .Xe. dicitur, perſonam induit. Sin vero ſubſtratum punctũ habuerit, iſto inquã modo . ~~ . tunc Hebræi Gimel cum Hirich, & Gain ~~ decimæ nonæ Perſarum literæ, prolationem habebit, lenem ſcilicet, ac ſi diceres Yia. cum ypſilon iota Græco, vt. πτυφυία, Tetyphyia, & veluti Iod Hebræum, cum dages in vtero, & Hirich ſubſtrato, nã ad. G. ſonum fere deflectit, quod quidem manifeſte patet in ſacris literis, cũ legimus, & dixit dominus deus, Hebraice enunciamus. Vagiomer Iehouha Heloim, non Vaiomer, cum illud Iod, ſecundum Grammaticorũ regulas, dageſſandũ ſit, & põinde literæ duplicatio, ſiue (ſi dici poteſt) geminatio, ſeu fortificatio, ad cõcinnam. G. prolationem nos ducit, nec tamen, Gie. penitus, & pleno (quod aiunt) cornu, exprimendũ. Sed inter .G. &. Yie. flectenda illius pnunciatio eſt, ita tamen vt potius à . Gio. quam. Yio. dictio ipſa auſpicanda ſit.

C. ~~ . Dolach cum inferiori puncto leniter profertur, & vt raffatũ Daleth . ד . Hebræum, bleſe aliquantulũ lingua inter dentes poſita enunciandũ eſt, ita vt aſpirari quodammodo videatur, & . Dhe. dicẽdum. Nam

ex Grãmaticorũ,

ex Grammaticorum,tam Græcorum, quam Latinorum ſententia. D. nec habet aſpiratiõe͂,nec illa protinus caret. Iccirco etiã media litera, inter . Thita. & . Taf. apud Græcos cõllocatur. Aliter enim. Delta.ſeu. D. latinum in principio,aliter alioq́; ſpiritu in medio dictiõis proferri debet. Quippe in hac dictiõe,ſiue in hoc verbo deſidero, quin potius in hac verborum cõprehenſione Seruatoriſq; noſtri Ieſu Chriſti amoris paternæq; charitatis in filios plena periodo. Deſiderio deſideraui hoc Paſcha mãducare vobiſcum. Primum illud. D. dictionis,& verbi,cum lingualis(vt nonnulli aiunt)litera ſit,linguaq; ipſa, ita in ore ſita, & finita dentibus ſit,vt tum demum ſonos diſtinctos, preſſoſq; efficiat,cum ad dentes,& ad alias partes pellit oris)ſi dum pronũciatur,intra medium ſuperiorum, inferiorũq; dentium lingua ponatur, confeſtimq; in vocis emiſſione retrahatur,ita vt vix applicatio appulſuſq; eius, ad dentes deprehẽdi queat,neſcio quid molle,& auribus magis gratum,& ſuaue illi additum apparebit,adnexamq; quodammodo aſpirationem habere videbitur,& non aliter ipſius D. literæ in prolatione differẽtiam cognoſces, quam inter infraſcriptas Græcas dictiones θεόσ, Theos, ideſt. Deus, & τεόσ, hoc eſt. Tuus,& tunc cum. ذ Dhal. nona Arabum litera conueniet. Cũ vero in capite punctũ habuerit. hoc modo . ڊ . tunc proferendum erit, ſicut Daleth Hebræum dageſſatum,& . ձ . Tza,quarta decima in ordine Armenici alphabeti litera, ſicut . D. omnium aliarum linguarum,cũ præſertim durã pro dictionis

ratione

ratione expoſtulauerit enunciationem.

¶.ܛ.Teth,pro Latino.T.& Græcorũ omniũ.Taf. Macedonũq; Т & Dalmatarum vtroque.ш.т Tardo.&.Ta ट vigeſima prima Indorum litera accipitur,&.Teth.Hebræum,atque vtrunque. ט ࠈ Samaritanũ,ac.Tzat.ط quartam decimã,& 𐤈 Te. ſextã decimã Punicorũ literã æmulatur, quin & .տ. Tun ſeu.Tuen.trigeſimæ primæ Armenici alphabeti literæ,nec nõ & .դ. Ta.vel.Da.(vtroq; enim modo in eodẽ alphabeto appellatur) vocẽ ſonũq; atq; poteſtatẽ nobis repræſentat. Si vero .ܛ. in medio vẽtre ſuo,ſeu in corporis vmbilico vulneris,accepteq; plagę indiciũ cicatricẽ,punctũ ſcilicet oſtẽderit, tũc pro. Th. & Dh.ſumit,& non ſecus atq;.Daleth.Hebrǽum,&.Thau. tam Hebræũ,quam. ࠃ . ࠕ .Samaritanũ.Et.Dhat.vel That.q̃nta decima,&.Dhe.ac.The.decima ſeptima Arabum litera proferẽdũ eſt,quin &.Thita.Græcorũ,& Macedonum,&. थ .Tha.decimæ Indorum literæ,quæ crucis ſimilitudinem præſefert,& .թ. Tho. nonæ Armeniorum,ac Iacobitarum ጠ Teda,vocem ſimilem eundemque ſonum in enunciatione ſua requirit.

¶Idem prope dicendum eſt de .ق. Coph. ſine punctis,

punctis, quod ſcilicet latinũ. C. ſimplex ſonat, & .K. Græ-
corum, & K Gaco, ac y Ci. Macedonum, & eiuſdem
nominis ʓ & K ac ꟼ & Ꝣ Dalmatarum, & Caph,
כ Hebræorum, atq; ᴐ . ᴐ Samaritanorum, in princi
pio medioq; dictionis, & pro ꟸ Caba. Iacobitarum, &
Cophtitarum, & pro ꝟ Tſieca. Vuandalorum, quod pro
C. & . K. accipitur, nobis ſuccurrit. At pũcto in capite Ru
beo, ceu Galli criſta. خ. Coph. ſuſcepto, Hebraicum
כּ Caph. dageſſatum. & ق Cap. vigeſimam primam
Arabici alphabeti literam repræſentat, quamuis etiã
pro. ܩ. ܩ upk Chaldæo, &. ק . Coph. Hebræo, no-
bis ſæpe ſubueniat. Quin & pro ك Chieph. vigeſi-
ma ſecunda eiuſdem Punici Alphabeti litera, & pro
կ. Chien. vel. Gien. Armenica, & ㄥ Czaru. &. Cerf.
ꝉ Dalmatarum, & ꞇ Chier. Macedonum, a nobis
accipi eorumque more pronunciari debet. Subſtrato
vero punctulo. خ. ferme, vt ך Caph. Hebraicum raſ-
ſatum. & Iacobitarum. X. Chi. Macedonũ X Chir.
& vtrunque Dalmatarum. ꝁ . ꝭ . ꝭ H9 6 Chir.
Quinetiam خ. Hha. ſeptimæ Perſarum literæ vices ſu-
ſtinebit, & licet aſpirationis fortis Chaldaicę, Hebraicęq;,
& Samaritanæ. Hhet. loco capiatur, remiſſa tamen aliquã-
tulũ aſpera illa, ac vehemẽter dura enunciatione hoc loco

proferenda erit, eiuſdem quoq; prolationis eſt trigeſima ſexta Armeniorum litera. ք. Che. & Cha. Indorũ quarta decima, quinetiam eorumdem Indorũ octaua litera. փ. Ka. eiuſdem prolationis eſſe poteſt, quamuis pro. Q uph. Chaldæorum, &. Coph. Hebræorũ, & Samaritanorum capiatur, & Græco. փ. Phi. quam ſimillima ſit.

. Phe, vero, vel etiam. Pe. ſimpliciter Hebraicũ. פ Phe. & vtrunque Samaritanum. ; atque Arabicum ف Phe. Latinum quoq; P. & Græcorũ. π. Iacobitarum, Cophtitarumq;. π .Pi. ac Macedonum П. Dalmatarumq; vtrunq;. . .Pocoi. &. Pa. vigeſimam ſecundam, ac Pa. vigeſimam ſextam & vltimã Indorum literam nobis repręſentat, quin & trium binomium Armenicarum literarũ. բ. Bien. vel. Pien, պ. Pe. vel. Be. փ. Piur. vel. Pſiur. nam & pro. ps. & pro p. ſolitario accipitur, ac etiam ֆ Phi. penultimæ eorumdem Armeniorum literæ fungitur officio. Cum autem. punctum in ventrem inditum habuerit, tũc pronũciatio eius, erit inſtar. פּ .Pe. Hebraici dageſſati, ac duræ, &(vt aiunt) fortiter pronuncianda erit, perinde ſcilicet, ac ſi duo ſimul. PP. eſſent, quod quidem clare, dilu-

cide,atq; manifeſte, à nobis Romæ deprehenſum fuit, in

ܐܠܝܐ ܒܪ ܕܐܒܪܗܡ ܬܠܡܝܕܗ ܕܡܪܝ ܦܛܪܘܣ
ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܡܪܘܢܝܐ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ
ܡܢ ܛܘܪܐ ܕܠܒܢܢ ܩܕܝܫܐ ܡܢ
ܐܬܪܐ ܕܣܘܪܝܐ. Ilia bro dabrohom thalmidoh dmori phetros phatriarcho dmaronoie phatriarcho dantiochia men turo dlibnan quadiſo men athro dſuria. ideſt. Elia filio Abrahã diſcipulo Petri Patriarchæ Maronitarũ Patriarchę Antiochię, de Mõte Libano ſancto, de Prouintia ſiue loco regionis Syriæ, quã vulgo Surũ appellant. Qui cum ad Lateranenſe Concilium, quod ſub Leone Decimo celebratũ eſt, Romam à Petro Patriarcha ſupraſcripto Antiochiæ miſſus fuiſſet, & mihi poſtmodum in literis latinis erudiẽdus in Canonica noſtra Pacis Romæ, per biennium Pontificis iuſſu traditus, vix vnquã, ac nõ ſine graui moleſtia, ac difficultate. P. proferre poterat. Nam dum illi infraſcripta verba, exercitationis gratia, enuncianda proponerem, videlicet ܡܪܝ ܠܝܘܢ
ܥܣܪܝܐ ܦܐܦܐ ܕܪܘܡܝ ܡܕܝܢܬܐ. Mori lion geſrio Papa dromi mdintho. ideſt. Domini Leonis Decimi Papæ Romanæ Vrbis. Nõ Papa, ſed Phapha continuo dicebat, ac ſemper. Quod ego cum ſæpius audiuiſſem, aſſidui magiſtri officio functus, vno opere eandẽ (quod aiunt) incudem, diem noctemq; tũdebam, ac ſolli-

citabam,vt quo ad fieri poſſet.P e.Latino more proferret. His tunc quotidianis meis(vt ſic dicam)calcaribus ſtimulatus labellis admodum inuicem compreſſis,atq; conglutinatis,& ceu vinculo quodam conſtrictis , balbi alicuius hominis inſtar,aut illius more qui in enunciandis quibuſdam verbulis,antequam in vocem prorūpat , neſcio quid in illius verbi prolatione ſecum prius immurmurare videtur,ac demum in ipſo preſſu oris,quodam cum impetu ex ore impulſum emittit,non nihil immoratus.P.ipſo ſæpius interrupto &(ſi dicere fas eſt) Pipizato , Ppappam tandē cum geminatis.P.enunciabat.Id etiam familiare,quin potius innatum eſt Punicis in ſuo.Phe. quod & in Chaldęo Phe.cum inferne punctatur.Tunc enim eo modo proferri debet,eoq;ſpiritu enunciari,quo Hebręi.P.raffatum,& Græci,& Macedones,ac Iacobitæ.Phi. necnon Armeni Phe.ac demum Indi penultimam ſuiſyllabarij literam proferre conſueuerunt.

¶.L.Thau vero ex ſui natura media quædam litera eſt inter.Thita.&.Taf.Græcum,quia nec cum aſpiratione,nec ſine ea pronunciatur. Et ſi quidem punctū in vertice hoc modo.L.habuerit,tunc ſimplex.T.ſonat,& ſicuti.Taf.Græcum,&.ʒ.Chaldæum,& literæ omnes de quibus in ipſius Chaldæi.Teth.explicatione paulo ante dictum fuit pronūciari debet.Sin vero id puncti genus ad calcem deſcēderit,L.hoc pacto.

Tunc

Tunc. Thita. Græcorum,& aliorum. T. aſpiratorum, de quibus in dicta litera. Teth. ſuperius eſt facta mentio prolationem habebit. Quin etiam ث The. quartæ. ث. vel ث cum triplici puncto ſuperpoſito, Punicorum alphabeti literæ prolationem imitabitur.

¶ Iſta quoq; punctorum genera nõnunquam ſupra primam literam, vel dictionis ſyllabam, aut ſub ſecunda pari modo ſyllaba, vel litera, cum ſyllabæ vicem obtinet, collocantur. Et quia aliquando pluralem numerum, aut imperandi modum, aut varietatem alterationemq; quandã, aut genus ſignificant longum eſſet recenſere, ſat fuerit in præſentia inſinuaſſe punctorũ diuerſa eſſe genera, & varia eorum officia. Quomodo autem & quãdo id fiat, aliàs forſtaſſe explicabimus, & tunc vel maxime præcipueq; cum punctum (qui vnicus nonnunquam ſupra literam vel ſub illam cernitur) literæ alicuius defectum innuere demonſtrabimus.

¶ De vocaliũ Hebraicarũ notis, atq; noĩbus, & alijs quibuſdã punctis. Cap. VII.

HEbræi pręter id quod ſuperius de dages, & raphe, dictum fuit, duo alia puncta ad vnius literæ alphabeti penultimæ, ſcilicet. ש. Scin, variam prolationem demonſtrandam habent. Smol. videlicet &. Iamin. Verum quippe perfectumq; literæ ſibilum. ש. ſmol, ſupra læuum cornu impoſitum declarat, vt de. σ. Sigma. perfecto Gręcorum ſibilo dicitur. Habent enim Gręci tres ſibilantes literas, ſed alio atq; alio ſibilum ſuum, ſibilant ordine. Nam. ζ. Zita. prima ex hahentibus ſibilum litera, vt Zain. Hebræum, & Chaldæum, à leni incipit ſibilo, & in

non ſibilum deſinit, quod ex eius æolica diſſolutione manifeſte apparet, dū pro. Zita. ſd. vſurpat, vt συρίζω, Syrizo, συρίσδω, Syriſdo, hoc eſt fiſtula cano. At. ξ. Cſi. à nō ſibilo incipiens terminatur in ſibilū, vt στυξ, ſtyx, & σφύγξ, ſphynx, σ. Sigma. vero perfectum habet ſibilum, atq; perpetuum ipſius literę tenorem ſeruat, ac ſonum reddit acutum. Hinc arbitror factum, vt ab antiquis noſtris hæc dictio. Cauſſa. per duplex. ſſ. ſcripta fuerit, vt perpetuum ipſius literæ ſibilum denotarent, & perinde pronunciaretur, ac ſi duo. ſſ. forent, nec ſonus eius caderet, ſed perſeueraret acutus, quē ſonum ineſſe literæ. Scin. pūctus ipſe ſmol inſinuat. Iamin vero, dextro, vnde nomē accepit. ש. inſidens cornu, depreſſam eius prolationem, obtuſumq; ac mixtum literæ ſibilum reddit, & non aliter apud noſtros proferri debet, ac ſciſcitor, verbum, atq; ſcio, necnon & ſcientia, nomen. Quandoquidem aliud eſt dicere ſcimus, quando notionem intelligentiamq; noſtram alicui cognitam eſſe volumus, aliud cum hominem quempiam præſis naribus eſſe volumus inſinuare, ac dicimus, homo ille ſimus eſt, & cū inter Grammaticos conſtituti ſimus, non inquam per. ſc. nec per. ſch. ſi ſapimus ſcribemus, ſed ſimum illius naſum eſſe dicemus, & per. s. ſimplex, & .i. ſcribemus, nec ſchimus aut ſcimus eſt naſus dicemus. Et aliud profecto eſt cū patriæ longas miſerati clades Summo Pontifici perſuadere nitimur, vt excitatos bellorū inter Chriſtianos Principes, Italię prę ſertim, tumultus reſtinguere, ac ſedare conetur, in hęc vel id genus alia verba prorumpimus dicentes. Seda rogamus te Paule Pōtifex Maxime. Seda Chriſti Vicari oramus te. Seda ter Maxime Pont. Paule obſecramus te,

Chriſtianorum Regum diſcordias, deſides illorum ani-
mos concilia, furores ex ira, mutuiſq; odijs concitatos mi-
tiga. Moueat te pie Pater innoxius, qui effundendus eſt
Chriſtianorum ſanguis, ſi potentiſſimorum exercituum
arma ſęuire, atq; in vulnera debacchari occeperint. Paſtor
es tu Pater ſancte ouiū Chriſti Paule Romane. Veri Ro-
mani Paſtoris officio fungere, curam commiſſi tibi gregis
habeto. Tuum munus eſt hoc Beatiſſime Pater, tua digni
tas, tuum Imperium, tua Maeſtas, tua (qua Dei & Seruato
ris noſtri Ieſu Chriſti, vice fungeris in terris) autoritas, hoc
exigit, hoc poteſt, id poſt paternas hortationes, vel vna tua
terroris, minarū, atq; ſpiritalis vltionis plena. Scheda, effice
re, atq; obtinere poteris. Scheda, nomen appoſui, quod p.
s. &. ch. ſcribitur: vt illorum imitarer exemplum, qui in ſuis
linguę ſanctę grāmaticalibus libris. Scin. dextrum, per. s.
&. ch. videlicet. Schin. ſcribunt, quod tamen mihi minime
placet. Nam cum diuerſa variaq; illa ſcriptura ſit, quę per.
K. Cappa. Græcum. vel. C. latinū, ab ea quę per. X. Chi.
eorūdem Gręcorum, vel. ch. latinū ſcribitur. Ita & in illius
prolatione diuerſo modo lingua vtēdum eſt. Aliter quip-
pe apud Gręcos profertur σκολιόν, Scolion, per. Cappa.
ſcriptum, quod obliquum tortuoſumq; ſignificat. Aliter
vero σχόλιον, Scholiō, p. ch. quod Scholiū gloſſemmaq;
appellat. Et qui Gręce ſciunt hoc plane intelligūt. Apud
noſtros cum Scio verbum enunciādum eſt, linguę ſumi-
tas, extrema ſcilicet pars illius, ad fornicem pallati ſupra ra-
dices ſuperiorum anteriorum dentium locāda eſt. In pro-
latione vero nominis Scheda, linguę apex, non nihil fle-
ctendus eſt, ad radices inferiorum anteriorum dentium, &

lingua

lingua ipſa aliquantulum eſt incuruanda,vt in. Chi.Græ-
ci enũciatione obſeruatum eſt. Et hoc idem obſeruari de-
bere,reor,dicerent,ſi de hac re ſciſcitarẽtur in. שׂ. Sin.ſini
ſtro,cum ſmol,&. שׁ. Scin.dextro,cũ Iamin,quadragin-
ta illa duo viroꝝ millia, ex Ephrata,qui ad vada Iordanis,
ob inuſitatam Siboleth,& Sciboleth prolationẽ interiere.
¶ Cæterum Hebræi vocalium notas decem obſeruant.
Quarum duę,videlicet — Patha,& ָ Camez. A.re-
pręſentãt. Quatuor vero. E.ſcilicet ·· Zere ∴ Segol.
: Seua ∵: & Atephſegol. Vna dumtaxat pro. I. capit,
quę אִ Hirich,quoq; appellatur,& literę ſubſtituẽda eſt.
Alia etiam tantum quę אֹ Holem dicitur, & eſt punctus
ſupra literam erigendus. אֹ. & vocalem. O. exprimens.
Et duę quę. V. noſtro reſpondẽt, appellaturq; vna earũ
∴. Kibuz.altera וּ Surech.vel.Melopum. & Surech
peculiaris nota eſt literę. Vau. ו. in cuius ventrem,ſi infi-
xa fuerit,quamuis litera ipſa,ex ſui natura. V. ſit,tamen alias
voces atq; vocales,alijs ornata punctis induit,pro. V. tan-
tum vt intelligatur efficit. Et ore non aperto, ſed reſtricto,
atq; aliquantulum producto vox illa pronuncianda eſt.
Nec te torqueat ſi quandoq;. Vau. וּ. cum puncto in vẽ-
trem indito inueneris,& nihilominus cũ alia etiam vocali
nota ſubſcriptum,quia tunc punctus ille non Surech, vel
Melopi vices gerit,ſed dages,vt literam (quod aiũt) forti-
ficet. Huiuſmodi vocalium notę à magiſtris Hebręorum
diuiduntur in longas & breues,in ſimplices & compoſi-
tas,in proferibiles, & quę nõnunquã minime proferunt,
ſed ab aliqua adnexa rapiuntur,& tũc quieſcũt, ac (vt ipſi
dicunt) muſitant,& ab eadem raptim deglutiuntur.

De puncto

¶ De puncto quoq; Mapik, idem ferè dicendū eſt, quod de puncto Surech, in Vau literę vmbilico, impoſito, cum intra. He. literam, in fine dictionis poſitam, aut ſub eam inſtar Hirich apparuerit. Quia nec etiam tunc Hirich, quidem eſt, nec dages, ſed relatiui fœminini generis nota, & eius dumtaxat litera ipſa. He. capax eſt, & in poſſidendi, dādi ve, aut auferendi caſu tātum ſeruire videtur, vt eius ei, ſua ſuæ. Quod ſi forte aliquando adnexus maſculinis inuentus Mapik punctus fuerit. Intelligendum eſt, non abſq; figura, & ratione factū fuiſſe, referre enim poteſt, aut nomen quod ambigui, ſiue promiſcui generis eſt, aut etiam maſculini generis tātū, ſed id ornatus gratia per Tropos figuras & Schemata quędam. Hinc Gręcorum mores originem traxiſſe coniectari poſſumus, dum maſculinum pro fœmino, & vice verſa alterum pro altero ponūt, & ſingularē numerum, pro plurali vſurpant, plurale quoq; verbū neutris ſingularibus addunt. Alia præterea duo ſunt puncta, apud Hebręos inter compoſitas vocaliū notas numerata, ſcilicet ֲ Hhateph Patha, & ֳ Hhateph Camez, quę p A. latinum, ſatis cōmode exprimi poſſūt, quāuis Hhateph Camez, à nonnullis etiam pro. O. accipiatur.

De nominibus, figuris, & punctis, vocalium Chaldæarum.

¶ Chaldæi vero & Syri, quinq; vocalium voces, quinq; ſignis enunciant, ac notis, quæ vt facilius in memoria retineantur, & cū opus fuerit, cito ſubueniāt, qnq; virorū illuſtriū noībus exprimere cōſueuerunt, videlicet. ܐܕܡ ∴ Odom. ܐܒܪܗܡ ∴ Abrhom. ܐܝܣܚܩ ∴

Ishhaq. .ܐܣܚܩܐ. . . Eſagia. .ܐܘܪܝܐ. . . Vria. Et pro Abrhom quidē ſcilicet pro. A. & pro Patha, vel Camez Hebræo, ſignum hoc . . Per Odom . . vero Holem, aut Vau Holem Hebræum, &. O. latinū, intelligere debemus, & id quidem, vel paruum, vel magnum, longum ſcilicet, aut breue, prout Hebræorum etiā more, vocalibus literis additur. In Eſagia . . vocalis latinæ. E. notam, intelligere debemus, quæ in Hebræorum traditionibus, per Zere, Segol, & Seua, atq; Hhatephſegol, exprimitur, & ne dum. e. ſimplex, verū etiam diphtongatum, nobis ante oculos obiiciunt. Per Ishhaq . . notam inſtar Græci. H. Ita, & latinæ aſpirationis, vocalem. I. latinā indicant, & Hirich, Hebræi, ſub literam conſtituti longam, ſiue breuem. I. vocalem inſinuat, prout ſub Iod, vel infra vocalem aliā reperitur. Demum. V. vocalem latinam, per Vriam, ac nota . . effigiatam demonſtrant, & eam quidem, longam, aut breuem, prout etiam ab Hebræis, per Kibuz, aut Surech, inſinuari ſolet.

De alio vocalium, punctorum genere.

Superius

¶Superius deſcriptas quinq; vocalium voces, ſiue notas Syri, & Chaldæi, alio punctandi genere conſueuerunt exprimere. Nam loco Abraham, duo pūcta, ceu arcticum, & antarcticum, cœli polum, ſupra, & infra terrā, ſupra, videlicet, & infra literā κατὰ διάμετρον, Cata diametron, collocāt, & .A. ſubintelligūt, vt ܓ . ܒ. Ba. Ga. ܓ . ܒ. Ba. Ga. Eſagiā vero, præter iam dictam notam . .e. duobus etiam aliis, ſub litera additis punctulis, tanquā extremis lineæ grauis accentus Græci punctis, a læuo in dextrum deflexis, hoc ordine demonſtrant . ܛ . ܙ. Ze. Te. ܛ . ܙ. Ze. Te. Odom . . quoque, ſcilicet .o. intelligere volunt cum duo puncta, ſupra literam, acuti accētus Græci more, a ſiniſtro in dextrum latus eleuata inſcribunt . ܠ . ܩ. Co. Lo . ܠ . ܩ. Co. Lo. Iſhhak etiam nedum per . . & .H. aſpirationis notā, verum etiam per duo ſubſtrata literæ puncta. I. inſinuant, a dextro in ſiniſtrum latus deriuata, vt hic patet. ܦ . ܣ. Si. Phi. ܦ . ܣ. Si. Phi. Vriam demum raro vel nunquam aliis punctis, quam per ſuperius deſcriptam notam . . v. exprimere cōſueuerunt, tametſi in aliquibus reperiantur locis, ſupra literam duo pūcta,

tanquam duo extremi apices, grauis Græci accentus, hoc ordine. ܣ݁.ܬ݁ .Su.Thu. ܣ݂.ܬ݂. Su.Thu. Cauſam vero quare nõ alio vſi ſint punctandi genere, in expreſſione .v. vocalis, præterquam Vriæ nota, illam eſſe reor, ne ſcilicet lectorem, ob id ambiguum redderent. Nam puncta ſæpenumero ſupra literas ponũtur, aut ſupponuntur, vt pluralitatem inſinuẽt, verum quia contingit, vt in dictione, vel Ris ſit, quod in capite punctum geſtat, vel aliud aliàs, aut primæ perſonæ, aut defectus alicuius literæ indicatiuũ reperit ſignũ, ſi alia duo adderent puncta, & punctorum numerus augumentum caperet, & præter tot punctorum incapacitatem, indecentiamq́, ac ſcripturę deformitatem, & præſertim ſi alia forte fortuna vocalis alterius nota ſupra dictionem poſita foret, animus præterea lectoris in labyrintheis anfractibus cõſtitueret, & hæſitãs in pũctorum diſcretione effectus in nauſeam deueniret, & quod delectare debuiſſet verteretur in odium. Icciro perpetuo pro .v. vocali, Vriæ nota vſi ſunt.

De Punicorũ, Arabũq́ notis, loco vocaliũ.

¶ Hebræorum, Chaldæorũq́ more, Punici, & Arabes, & quotquot illorum alphabeto vtuntur, vltra literas, quæ ex innata illis voce, vocales eſſe poſſunt, & ſunt. Habẽt prę terea nonnullas notas, ac ſigna quædam, quæ aut ſupra literas, aut ſubter eas poſita, vocem quinq́ vocalium latinarum, ſcilicet. a. e. i. o. u. infundunt, arguuntq́ ſub illa voce enunciãdas, illarumq́ defectum, vt de apoſtropho gręco, vel de dages Hebræo, duplici officio fungenti, inſinuãtiq́;

aut

aut literæ defectum, aut etiam literam fortificatam, & vt geminatam fore pronunciandā. Et ex his quoq; aliud ſignū dictioni impoſitum, denotat ς ʃ Aliph. ſubintellectum, aliud etiam quod indicat literam puncto, ſeu vocali carere atq; in ſeipſam reſidere, ac ſæpenumero mutam quieſcentemq; eſſe, nec pronunciādam, & ſub alterius puncti voce comprehendi. Et pro. A. latino, ac Patha — Hebræo, & Chaldæo . . Abrhom, vtūtur linea, a ſiniſtro in dextrū latus ſe tollēte ſimillima acuto Græco accētui ſupra literā. Quam qui Bizantium, & Orientales incolunt partes, Vſtum, Neſſab, qui vero Aphricam, & Punica regna inhabitant, haudquaquā ſemper illam in altum extollunt, ſed ſæpiſſime planam lineam illam, ceu raphe Hebraicum, aut Græcorum Macrà, ſupra literam ducunt. J J .eamq; Nesba nominant, hacq; mutuo pro. E. J J .vtuntur. Punici quoq;, pro vocali. I. habent. / . Chefdi. quæ nota eſt ſub litera locanda, hoc modo. J .plana, quam Turcæ, & Orientales, alijs nominibus, alioq; ductu, & appellant, & ſcribunt. Nam ab illis Cheſre, Eſre, Gier, dicitur, & ſub litera. ⌣ .vt Hirich, Hebræorum more locatur, & p Ishhaq Chaldæorum, & eſt linea à dextro in ſiniſtrum latus deflexa. J .ad ſimilitudinem grauis Græcorum accentus. O. vero vocalem, Chaldaicūq; Odom, hoc modo demonſtrant. ⌒ .& eſt linea à dextro cornu, ſuperioris ſemicirculi inferne deducta, ceu à ſiniſtro in dextrū latus deflexa, & ſupra literam collocari ſolet. ⌣ & appellatur Rupha. Alij aliter pingunt, & non ſecus atq; apoſtrophum Græcū faciunt, &. o. Odom, atq;. v. Vriam, reddit.

Quandoquidē

Quandoquidem Punici,& vt olim Vmbri, & Tuſci, & aliæ quoq; aliquę partes Italiæ, & inſula pſertim quæ condam coniuncta Italiæ fuit,ſed caſmate maris, vt iure conſultus in lege notionum.ff. de verborum ſignification. ait, à continenti ſeparata, Trinacria,ſeu Sicilia, cognominatur. pro vocali.o.vti conſueuerunt.u. Quod tanquam ruſticum,agreſtiq; more prolatū, à iunioribus repudiatū fuit, & quod illi Huminem,Frundem,Fretu.Hominē, Frondem,Fretoq; dixerūt,quod & Lucretius Vates antiquus, libro primo expreſſit dicens.

Anguſtoq; fretu,rapidum mare,diuidit vndis.
Et in libro tertio, Acherunte,pro Acheronte;poſuit.
Atq; ea nimirum,quæcunq; Acherunte profundo.

Tuſci tamen quāuis.o.acceperint, illud antiquum.u.non penitus reięcerunt,nam pro homine, lo Huomo, dicunt. Hinc forte non ab re,dixerunt aliqui, Ambroſii nomen, Tuſcos,per.u.&.o.ac vnicum.g.ſcribere,ac proferre, videlicet, Ambruogio,id quoq; in multis alijs obſeruare cōſueuerunt. Mutuam tamen.o.&.u.variationem noſtri aliquando confundunt. Nam ſicuti in ſuperioribus pro.u. poſuerunt.o.ſic & aures conſulentes,ipſum.o.verterunt in.u.vt patet in pluribus nominibus,quæ tam Græce,quā Armenice,per.os.ſcribūtur, à nobis per.us.proferuntur. vt Valerios,Chryſoſtomos,Valerius,Chryſoſtomus.Nominant vero Orientales ſignum hoc. Otur rapha,tzam. Et quamquam pro.o.addant, proferunt tamen per.u. vt in illorum Alphurcan(quem Alcoranum vocant)libro ſecundo,clare intuēti manifeſtum eſſe poterit, per infraſcripta verba,quæ Chaldaicis literis,vocaliūq; notis Punicis

respondentibus,

reſpondentibus ſcripta erunt.

ܐܠܪܚܝܡ	ܐܠܪܚܡܢ:	ܐܠܠܗ	ܒܣܡ
Lrahhimi.	Lrahhmani.	Llahi.	Biſmi.
Miſerantis	Miſericordis	Dei	In nomine
ܬܥܐܠܐ	ܪܒ	ܠܠܗ	ܐܠܚܡܕܘ
Tahla.	Rabin.	Lillahi.	Alhamdu.
Altiſſimo	Regi	Deo	Laus
ܠܥܝܣܝ	ܩܐܠ	ܐܠܕܝ	ܐܠܥܠܡܝܢ
Ligeſai.	Kal.	Iladhi.	Lahlamini.
Ipſi Ieſu	Dixit	Qui	Seculorum
ܡܪܝܡ	ܐܒܢ	ܝܐ ܥܝܣܝ	ܐܠܢܒܝ
Meriam.	Ebnun.	Ia geſai.	Elnebi.
Mariæ	Fili	O Ieſu	Prophetæ
ܥܠܝܟ		ܢܥܡܬܝ	ܐܕܟܪ
Galichæ.		Nagamti.	Vzcur.
Super te.		Beneficij mei	Recordare

Et ſuper generationem tuam, quod formaui te de ſpiritu ſancto, loquebaris humane in cunis & faſcijs, & quod docui te ſcripturam, & ſapientiam, & legem, & euangelium, & quando creabas de luto, formas luteas, & inſufflabas in illis ſpiritum vitæ, & fiebant aues, cum pręcepto meo, & ſanabas morbos, & lepram, & ſuſcitabas mortuos, cum pręcepto meo, & filios iſrael illuminaſti, & cętera quę in quinto quinternione Alcorani typis impreſſi, folio antepenultimo ſequntur, & Mahometani legere cōſueuerunt, in die Bebiram, & Paſch maioris, die ſcilicet eo quando manus

ſibi inuicem

ſibi inuicem oſculantur in ſignum reconciliationis, pacis, atq; remiſſionis iniuriarum. Et notandum quod in illis literis, ſupra quas nō eſt vocalis nota in Arabica ſcriptura, ponitur interdū. o. ſignū nullitatis, apud noſtros arithmeticos, aut ſemicirculi lęua pars, quę iſtar eſt. c. latini, & daſeę aſpirationis Gręcorum notę, ſiue etiam ſignū quoddā ſimile Gręco apoſtropho, & hęc omnia ſupra literam pro ſigno quietis, & abſentię puncti, vocalem inſpirantis, addi cōſueta ſunt, indicantq; literā in ſuo hiatu remanere, abſq; vocalis additamento, & vt de Seua quieſcente, muſitante, ac rapto Hebręorum magiſtri dicere cōſueuerunt. Vocāt pręterea Punici ſignum illud Ieſme, quod tametſi aliquando pro. i. &. o. enuncietur, adeo tamē raptim profertur, vt vix eorū ſonus queat auribus percipi. Aliud quoq; ſignū Punici habent, quod ſupra literam, vel intra literę limites poſitum, inſinuat abſentiam ء Aliph, ſed tamē ſubintelligi, atq; perinde ac ſi adeſſet enunciari debere, & vt plurimum in litera ك Chieph. reperitur, vt in vltima dictione ſuperius adducta Galichę patet, nam ſcribitur per ع ain. & ل Lam. & ي Ie. & ك Chief. Supra ain. eſt ſignū vocalis. Vſtun. Neſſab. Patha. vel Nesba. ſcilicet. a. Et ſub Lam. eſt nota. Cheſre. Eſre. Ger. atq;. Chefdi. quę. i. vocalem indicat. Sequitur. Ie. ſine pūcto, & rapit̃ ſub voce pręcedentis vocalis. Subſequit̃ &. Chieph. cui ſupra ponit̃ ſignum. Nesba. vocalis. a. indicatiuum, & in ventre ponit̃ Hamzat. ſignum ſubintellecti. aliph. & eſt ſimile arithmeticę notę. ء. qua quinarium numerum denotant. Cęterū Arabes alio vtuntur ſigno ّ quod. Teſdid. appellant. & eo indicant literā roboratā, ſiue (quod aiunt) fortificatā

tanquā

tanquam ſi dages Hebræorum, literam illam tranſfixiſſet. Collocant vero illud ſupra literam ſub. Nesba. [illegible]. & .a. longum ſignificat. Eſt autem ſignum hoc, ceu. 3 .latinum à dextro in læuum latus pendulum. ّ .vel (vt paſſim ab omnibus Punicis & Arabicis formatum conſpicimus) Græcum. ω. omega, vel. ɯ. aip. Armenicū, & .ɯ. Sa. ſeptima Indorum litera, & præter id quod .a. lōgum ſignificat, literamq; fortificat, & aliquantulum temporis immorādū eſſe in illius literæ prolatione deſignat, vt in dictionibus, اَللّٰه .Ilahi. اَلرَّحْمَن Irahhmani, & اَلرَّحِيم Irahhimi, ſupius adductis. In dictiōe quoq; lillahi لِلّٰه in qua ſub primo lam eſt nota vocalis .I. Supra vero vnicum ſequens lama, eſt. ώ. cum accentu acuto, literam ipſam duplicans, quamuis ſcripta ſit dictio ipſa, per duo tantum lam, & .he. pūcta duo illa adnexa, ſuppoſitęq; notæ, lillahi, cum triplici lam proferri debere inſinuant, geminato nimirum illo qui mediam dictionis ſedem occupat. Alio etiā puncto .a. longum indicant, quod ſupra aliph. ٓ .dumtaxat ponere conſueuerunt, & eſt tanquam grauis Græcorum accētus, ſed extrema illius pars ad dextrum deflexa latus, ſupra aliquātulum eleuatur ad figuram ferè ſemicirculi, vocaturq;. Hemel. Sunt præterea Punicis, & omnibus qui illorum vtuntur alphabeto, quædam alia ſigna, quę in fine dictionis poſita .an. en. in. on. vel. vn. exprimere videntur. Quorum vnum. Itri. Vſtun. Tenuin. appellatur, habetq; duas lineas ſimul à ſiniſtro in dextrum latus pendentes, & inuicem connexas, non ſecus atq; ſi duo acuti accentus coniuncti forent, verū quę ſuper ſtat linea breuior eſt, aliquantulum, quā ſubſtrata alia, cuius figura talis eſt. ً

& dictionem in an, vel in en, deſinere ſignificat. Alterũ vero. Itri. Eſre. Tenuin. vocatur, & duas ſimili modo lineas habet, ſed æquales, ita vt Chaldaicum ferè Lomad ٍ integrum oculis noſtris obijcere videatur, & vltimam dictionis ſyllabam in. In. cadere deſignat. Tertium demũ ſignũ, Itri. Otur. Tenuin. appellat. & in. on. vel in. vn. dictionẽ terminare declarat. Figuram vero ſimilitudinemq; habet, illius notæ, qua aſtrologi cœleſtis Zodiaci circuli ſignũ, Cancri videlicet. ♋. cõmuniter oſtendere conſueuerunt. Scribũtur autem ſigna iſta, tam ſupra literas, quam ſub eas, patet hoc, ex ſupius adductis dictionibus رَبٍ Rabin, & إِبْنٌ Ebnun, nã dictio Rabin, in Arabico, cum duabus tantum literis ſcribitur, cum. Re. ſcilicet cui. Nesba. vocalis nota ſuperpoſita eſt, ac cũ. Be. ſuppoſitis illis duabus lineis. Itri. Eſre. Tenuin. dictionem in. In. terminare innuẽtibus, & Rabin ſonant. Ebnun vero ex tribus conſtat elementis, quę tribus pariter ſunt notata ſignis. Aliph ſcilicet cum ſupraſcripto. Vſtun. Neſab. Patha. vel. Nesba. quod hoc in loco pro. e. vocali accipitur. Be. cum ſigno quietis ac conſtitutionis ſyllabæ, ex. Eliph. &. Be. muſitante, ideſt Eb. Nun. cũ ſubſcripto, vel ſuper ſcripto. Itri. Otur. ſigno nimirum. vn. ſyllabam cõſtituẽte, & fit. Ebnun. Simili modo & reliquis vti poterimus ſignis, atq; vocalium ſyllabarumq; notis, de quibus in præſentia hæc dicta ſufficiant, vt ad inſtrumenta quibus literæ proferuntur deſcendamus.

¶ De inſtrumẽtis, quibus literæ proferuntur, & quæ cuiuſq; inſtrumẽti ſint literæ. Cap. VIII.

Poſteaquam

POſteaquam de literarum Chaldæarum cõformatione cum noſtris Latinis,& Hebræis,ac cęteris de quibus ſupra mẽtionem fecimus,ac de earumdem literarum prolatione ſatis(vt reor)abũde tractauimus,ratio expoſtulare videtur,vt etiam inſtrumẽta quoq; quibus literæ ipſæ proferantur,breuius quam fieri poſſit oſtendamus,& illa Hebręorũ more quinq; eſſe dicamus. Guttur. ſcilicet. Palatum. Lingua. Dentes.& Labia. Quãdoquidẽ Syri, & Chaldęi literas ſuas,ſiue literarum notas,eodẽ ferè modo,& cum eiſdem procul dubio prolationis inſtrumentis ſicut Hebręi enunciare conſueuerunt. Nam quas Hebręi השפתים Haſephathain,hoc eſt labiorũ,ſub hoc cõplexu בומף Bumaph appellãt,illas Chaldæi . ܕܣܦ̈ܘܬܐ Dſephotho,dicunt. Et hic obiter notanda ſunt duo illa puncta ſupra literam. ܦ. Phe,poſita, quia pluralem in hoc loco numerum indicant. Nam ܣܦܘܬܐ. Sephotho.ſine duobus illis punctis, labium in ſingulari numero ſignificat,tertio Regum ſeptimo, in plurali vero numero ſemper puncta ponuntur, pluralis numeri indicatiua,vt in pſalmo.xii.&.xvii.& in quampluribus aliis in quibus labiorum fit mẽtio. Sunt vero huiuſce inſtrumenti literæ. Beth. ܒ. Vau. ܘ. Mim. ܡ. Phe. ܦ. Quas vero Hebræi השנים Haſnaim. ideſt

dentium, quæ his nominibus cōpræhēduntur זסשרץ Zaſceraz. Chaldæi ܕܫܢܝܢ deſnain, dicunt. & iſtæ ſunt ܙ. Zain, ܣ. Somchath, ܨ. Zode, ܪ. Ris, ܫ. Scin. Linguæ vero literæ quæ ab Hebræis, הלשון Haleſon, appellantur, & in his literis comprahendun tur דטלנת dat lenath, a Chaldæis ܕܠܫܢܐ dliſono, nominantur, & ſunt quæ ſequntur, ܕ. Dolad, ܛ. Teth. ܠ. Lomad, ܢ. Nun, ܬ. Thau. Faucium vero ſiue pa= lati literas, quas Hebræi החיך Hahhaich, vocāt, & hoc nomine גיכק Gichaq. notantur. Chaldæi ܕܚܢܟܐ dhhicho, vel ܕܡܘܪܝܓܐ dmorigo, & eædem ſunt, ſcilicet, ܓ. Gomal, ܝ. Iud, ܟ. Choph, ܩ. Quoph. vel, Koph. Gutturis autem literæ, ab Hebræis הגרון Hagaron, nominantur, infraſcriptæ אחהע Ahhehag. a Chaldæis vero ܕܓܓܪܬܐ dgagortho, appellātur. & ſunt quatuor infraſcriptæ, videlicet, ܐ. Olaph, ܗ. He, ܚ. Hheth, ܥ. Ain, vel Gain. His inſtrumentis proferuntur Hebræorum, Samaritanorum, Chaldæo= rumq; literę, quamquam duriori quodā modo obtuſoq; magis, & hiatu, & rictu Chaldęorum, Syrorūq; elementa enuncientur.

enuncientur. Quod & de Punicis, Armenicis, & Indis, ac cęteris literarum varietatibus intelligendum eſt, vt clare cognoſcere poſſumus, ex veterum Hebræorum libris, in quibus de hac re tractatur, ac etiam ex traditionibus quam plurimis, temporibus noſtris in re grammatica editis, præſertimq; à Ioanne Reuchlim, docto illo phorcēſe, qui primus ianuam imperij (vt de Iulio Cęſare dicitur) aperuit, q̃ ſcilicet primus (ni fallor) docte, eleganter, & integra fide chriſtianus chriſtianis linguę ſāctę rudimēta traddidit, nec nõ & ex alijs quāplurimis aliorum libris, eorum qui poſt illum de hac re ſcripſerunt. Quātum vero ad Gręcarum Latinarumq; literarum prolationem, inſtrumentorumq; eaſdem proferendi varietatem pertinet & ſpectat, qui diligentius, atq; exactius ea cupit intelligere, Gręcorum imprimis veterum, ac recentiorum, grammaticorum codices reuoluat, quin & latinos, Martianum Capellā, & Priſcianũ Cęſarienſem, ac alios qui poſt eos ſcripſerunt perlegat grammaticos, à quibus abunde haurire poterit, ac ſitim tātę rei, ſi non penitus extinguere, at ſaltem aliquantulum ſedare, vel mitigare poterit. De qua re, mens fuerat, aliqua in pręſenti noſtra traductione declarare, verum in aliud tempus diſtulimus, ĩ quo (ſi Deo optimo maximo placuerit) alia quędam vnà cum Aegyptiorum literis, & alphabeto alio, q̃ ab Horo traditum ſit; Vergilij quoq; antiqui, cuiuſdā philoſophi, Apolonijq; illius magi, ſiue mauis magni Tianei, Babyloniorum, aliorumq; multorum varia alphabeta, in lucem dabimus. Nunc vero ſatis nobis viſum fuit, iſta vtcunq; delibaſſe, vt ad literarum explicandaꝝ expeditionem veniremus.

¶ De literis

¶ De literis duplicibus Hebręorū. Cap. IX.

QVinq; literas duplices appellãt Hebræi,ſcilicet. ך . ם . ן . ף . ץ . Caph . Mem . Nun . Phe. Zadich.quod in fine tantum dictionum ponū tur,nec vnquam in principio vel medio Mim,dūtaxat ex= cepto,quod clauſum ſemel miſtice in ſacris literis,ī medio, ſiue ī capite dictionis poſitum reperitur.Nec his adnume= rãdæ ſunt literæ illæ(de quibus iam ſupra dictum eſt)quæ ob id quod dages aut raphe acceſſu prolationem varient, merito videntur poſſe duplices appellari,quandoquidem & in prima,& in media,ac vltima dictionū ſyllaba collo= cari queant.Illarum vero quinq; duplicium literarū,finis, extremaq; dictionis ſyllaba,ꝓprius tantūmodo locus eſt.

De duplicibus Chaldæorum literis, & eorum ſcribendi modo.

¶ Chaldæi vero quatuordecim ex ſuis literis duplices ap pellare poſſunt,qum extrema illorum elementorum pars, in fine tantum collocetur.Mos enim ipſorum eſt,eadē ele= menta ſemper eo ordine ſimul inſcribendo cōnectere, vt elemētum vnū alterius ſibi adnexi elemēti corpus, quodã= modo ingredi videatur,nōnullis tãtum exceptis, quæ du= plicitatem non admittunt.Nec mirum videri debet, quod dixi ingredi quodammodo alterius corpus videatur. Nã Chaldęi licet à ſiniſtro in dextrum,vt Hebręi, Samaritani, Arabes,& Punici,ſuas legant literas,non tamen inſcribē= do eundem modum ſeruãt,vt ſcilicet à ſiniſtro in dextrum latus calamum ducant,ſed è cœlo ad ſtomachū literas tra= hunt,vt de eo quidam dixit.

E cœlo ad ſtomachum,relegit Chaldæa lituras.

Hoc ſcribēdi genus arbitror illud eſſe, quod Feſtus Pompeius τὸ ἔποχον, To epochon, appellat, deorſum verſus, ſicut nunc dextrorſum verſus, quaſi ſcilicet ſuper cadens, & inſidens, cadere enim videntur literæ, & ſuper literas ſedere atq; vna alteram dorſo vehere, dū in ordine alphabeti vel dictionis componendę applicantur, vt non iniuria ab opifice ille ſummo è cœlo demiſſę credant. Quas & Abraham illū Chaldęū, cœli & cœleſtium ſyderum cōtemplatorē, antequam de Vr Chaldęorum exiret, calluiſſe credēdum eſt, eiſq; vſum, ſi verum eſt, quod veteres Hebręorum magiſtri tradunt, Moyſen, ſcilicet literas de ore Geura, qui ignis eſt, accepiſſe, & vnà cum lege, Dei digito ſcripta, de Synai Monte ad homines deportaſſe. Et vt clarius concipiant animo qui legerint ſcribendi modū, vaticiniū Eſaiæ, ex capite. 45. eo modo ſcriptū, quo à ſcriptoribus Chaldęis, ſolitum eſt ſcribi, hic inferius adnotabitur.

ܡܢ ܬܫܒܘܚܬܐ ܕܐܫܥܝܐ ܢܒܝܐ
Nbio. Diſaia. Teſbuhhtho. Men.
Prophetę. Iſaię. Cantico Ex
ܐܬܒܣܡܘ ܫܡܝܐ ܡܢ ܠܥܠ
Lgel. Men. ſmaio. Ethbaſmu.
deſuper. cœli ſtillabunt vel Rorate
ܘܥܢܢܐ ܢܪܣܘܢ ܙܕܝܩܘܬܐ
Zadicqutho. Nerſon. Vagnone.
Iuſtitiam. pluuent. Et nubes
ܬܬܦܬܚ ܐܪܥܐ ܘܢܫܓܐ
Vneſge. Argo. Tethphathahh.
& germinabit. terra Aperietur
ܦܘܪܩܢܐ ܘܙܕܝܩܘܬܐ ܬܥܦܥ
Teſuahhi. Vazdiqutho. Phurquono
orietur. & iuſtitia Saluatorem.
Achhdho

ܐܟܚܕܐ ܐܢܐ ܐܢܐ ܡܪܝܐ ܕܒܪܝܬ ܗܠܝܢ ܀

Holein. Dabrith. Morio. Eno. Eno. Achhdho.

Creaui ea Qui. Dominus Ego Ego. Simul

¶ Sunt autem duplices Chaldæorum literæ infraſcriptæ, quæ ſcilicet cum præcedenti & ſequenti ligari poſſũt. ܒ. Beth. ܓ. Gomal. ܚ. Hheth. ܛ. Teth. ܝ. Iud. ܟ. Coph. ܠ. Lomad. ܡ. Mim. ܢ. Nun. ܣ. Somchath. ܥ. Gain. vel. Ain. ܦ. Phe. ܩ. Quoph. vel. Koph. ܫ. Scin. Quædã quoque ſunt literæ quæ & ſi connecti colligarique aliquo modo queant, nõ tamen huiuſmodi ligaturam admittũt niſi cum litera præcedenti, cum ſequenti vero nequaquam, & ſunt octo reliquæ, videlicet. ܐ. Olaph. ܕ. Dolad. ܗ. He. ܘ. Vau. ܙ. Zain. ܨ. Zode. ܪ. Ris. ܬ. Thau.

De literis duplicibus Punicorum.

¶ Hoc idem cõtingit, & in Punicis, Arabiciſq; literis, nã earum quędam ſunt quę illigabiles appellantur, ſcilicet Aliph. vel. Eliph. ا. Dal. د & Dhal. ذ. Re. ر. Ze. ز. Vau. و. & ſola litera. Eliph. ex iſtis eſt, quę nec ante, nec retro, alterius copulam admittit. Reliquę vero quinq; cum pręcedenti tantum ligari poſſunt, cum ſequẽti autẽ minime. Viginti & tres alię Arabici, alphabeti literę. videlicet,

videlicet. Be. The. Gim. He. Hha. Sin. Sci. Tzat. Tdhat. Te. Dhe. ſiue etiã. The. Ain. Gain. Phe. Caph. Chieph. Lam. Mim. Nun. Hee. Lamaliph. Ie. ſunt aptæ natæ vt inuicem colligari poſſint. De quibus & eorum punctis, ac legendi modo, fortaſſe quidam peregrinarum literarũ ſtudioſus, vnà cum cæteris grammaticalibus regulis, breui in libelli formam publicabit.

¶ De literis radicalibus & ſeruilibus. Cap. X.

EX ſuperius recenſitis Chaldæorũ literis, quædã ſunt ſicuti & apud Hebræos radicales, ſiue ſubſtantiales, quædam accidentariæ, ſiue famulantes. Nã ܐ.ܒ.ܕ.ܗ.ܘ.ܝ.ܟ.ܠ.ܡ.ܢ.ܫ.ܬ. Tametſi de radice dictionis eſſe poſſint, ſubſidiariæ tamen ſunt, & adminiculantes, vltra dictionis eſſentiam non nihil addentes, ſi primæ capitali quandoq; præponantur, addantur ve literæ, aut poſt primam, aut mediam inſulciãtur radicalẽ, vel poſtremo ſi thematis ſubdantur elemento. Reliquæ omnes perpetuo ſunt radicales, non enim vltra fontis alueum manant, nec aliud (numerali officio dũtaxat excepto) munus omnino ſibi vendicãt, quam vt conſtitutam dictionũ eſſentiam inſinuent. Hebræi autem à radicalibus remoto Scin, & inter ſeruiles adnumerato, Daleth quod Chaldęis ſeruile eſt, intra ſubſtantialium literarũ numerũ collocarũt.

¶ Cæterum, ܐ, Olaph. litera Chaldæorũ tam quadrata, quam minor alia, ܐ, illis admodũ familiaris eſt,

atq; ferè ſemper obuia, ac ſeruire parata. Quippe quæ (vt quandoq; in alio opuſculo videbimus) in principio, medio, vel fine dictionum ſuperadita, illas incohat, mediat, & terminat. Et id quidem additamenti genus, deprehendi facillime poteſt, in nominibus ab Hebræis, vel aliunde mutuatis. Nam ſi Hebræam dictionem in Chaldaiſmum cupimus, quoquo modo reducere, illi ad calcem Olaph, addendum erit, vt quod Hebræi אב ab, pro patre dicũt, addito ܐ. Olaph, in fine. ܐܒܐ. abo, vel vt in noſtris ſacris literis habemus, Abba, patrem Chaldaice enũciabimus. Et מבול mabul, ܡܒܘܠܐ. mabulo, ideſt diluuiũ, & quod יום iom, Hebræi dicunt. ܝܘܡܐ. iomo, diem, Chaldaice dicemus. Et quod Græci Νόμοσ, nomos, ܢܡܘܣܐ. namuſo, & παράδισοσ, paradiſos ܦܪܕܝܣܐ. phardiſo, pro paradiſo, ſiue horto Chaldæi proferũt. Quod ſi in medio addatur, Hebraicam vocem, Chaldaicam efficit, & quo nam modo proferenda ſit demonſtrat. Exempla nō ſunt longe petenda, cum in alphabeto prius deſcripto, clarum nobis eſſe poſſit, ex literarũ nominibus, Olaph, Dolad, Hhet, Teth, & Lomad, quæ ab Hebræis ſine Aleph, ſcribuntur. Ponitur quoq; in Vau, & Thau, loco alterius Hebraicæ literæ, & p̄ſertim loco Iod, in multis dictionibus, & maxime id cōſuetum eſt, in verbis vt adatur ad formationem participiorum, prout quandoq; à nobis dicendũ erit. A capite vero additũ multoties ſuperabundans

abundans eſt,vt in nominibus Iſhhaq,& Vria,ſuperius de ſcriptis,quæ non minus legerentur ſine Olaph, quam cũ eodem.In verbis nouam verborum formam facit,& in futuro primam perſonam ſingularis numeri Hebrçorũ more deſignat,& in numerandi ordine vnitatis vice ſuccedit, primas ſibi partes vẽdicãs. Quomodo autẽ Olaph, muta ſit,ac penitus voce carens,niſi dum Hebræorum more, pũctorum ſpiritu inflatur,& quomodo omnium vocaliũ voces aſſumat,excepta tamẽ.u.vocalis, cuius vocem raro vel nunquam induit,& quam tãdem ob cauſam in fine nõminis,quod eiſdem,& in ſingulari,& in plurali, literis ſcribit,per.o.in ſingulari,& per.e. in plurali, proferatur,alias in alio volumine explicabimus.Hanc literam (ſi diuinare fas eſt) illam eſſe arbitror, quam in libro de diuinatione Marcus Cicero aſſeuerat, Suem olim humi roſtro impreſſiſſe,vno equidem calami ductu,ceu vno roſtri prædicti animalis impulſu,deſcribi poteſt,huius tamen rei veritatem alijs veſtigandam relinquo.

C. ܒ. ܒ. Beth.ſeruilis hæc litera apud Chaldæos, eodem fungitur officio,quo & Beth,apud Hebræos, dictionibus enim præpoſita, aut infinitiuis verborum addita.in.cum.aduerſus.vel contra.vicẽ obtinet, vt patet in prima libri Geneſeos,& Euangelij Ioãnis Euãgeliſtæ dictione.ܒܪܫܝܬ ideſt,ĩ principio.ܪܫܝܬ enim caput ſignificat,& riſith,principiũ,additũ igitur illi Beth, qđ.In.ſignificat.In principio,cõpoſita dictio ſignificabit,

idē quoq; cognoſcere poſſumus, ex verbis pſalmi. 1 3 6.
ܒܐܝܕܐ ܓܢܣܝܢܬܐ ܘܒܕܪܘܓܐ ܪܡܐ vel ܡܪܡܡܐ
Bido gaſintho vabdrogo romo vel mramimo, ideſt in manu forti valida & potenti, & in brachio eleuato vel excelſo. Et in pſalmo iuxta Hebraicam computationem, quinquageſimo, vbi nos dicimus. Sedens aduerſus fratrem tuum loquebaris, & aduerſus filium matris tuæ ponebas ſcandalum, ibi ait Chaldæus,
ܒܐܚܘܟ ܘܒܒܪ ܐܡܟ. Bahhuch vabbar emoch. ideſt contra vel aduerſus fratrem tuum, & in filium matris tuæ. Hic notandum eſt in hac dictione vabbar, quod quotiens cunq; Beth, præponitur ſibi ipſi, & pręſertim in principio dictionis, tūc in eius prolatione labia in ſe fortius reſtricta, vix queūt a ſpiritu, ſiue flatu impellente aperiri, cum omnino aphonū eſſe videatur, & ſpiritus qui in eo debebat eſſe vocis, ſiue vocalis. e. vſq; adeo rapitur, vt vix dignoſci poſſit, in quam vocē deſinat. a. ſcilicet. e. vel. i. Vno aut altero ſatis fuerit probare exēplo, ex pſalmo. 1 1 3. vbi dicimus. Qui habitare facit ſterilem. ܒܒܝܬܐ Bbaitho. ideſt in domo, & ex pſalmo. lii. Quid ſtultæ gloriaris tu, ܒܒܝܫܬܐ ܓܢܒܪܐ. Bbiſto ganboro, hoc eſt, in malitia potens. Et ne dum ſubſidiaria, verum etiam radicalis litera eſt, & dictionū incohatiua, vt Babylō, Baſan, Beelphegor,

Beelphegor,& in multis nominibus,tam proprijs quam appellatiuis,ab hac litera.B.incipientibus,de quibus in ſu perioribus facta eſt mentio. Et ſecũdum numeralem ordi nem ſibi vendicat,vt ſuo loco dicemus.

C. ܓ. ܓ. Gomal, inter ſubſtantiales conſonans eſt,& eo modo duplex, quod vtrinque colligari poteſt, & in principio dictionis nonnunquam remanet penitus ſine voce, vt ſi a dictione ܓܠܝܠܐ. Galilo, hoc eſt,Galilea,patrium ſiue gentile nomen formare voluerimus, protinus dicemus ܓܠܝܠܐ. Glilo, hoc eſt,Galileũ. Et in numeris tertium numerũ deſignat.

C. ܕ. ܕ. Dolad,& ipſa litera eſt ſeruilis, & radicalis. Et præter illa quæ de ea & duabus præcedentibus Beth,ſcilicet & Gomal, in ſuperioribus tradita ſunt, Emphaſim,quandam præſefert,& efficacioris demõſtrationis officio fungitur,ad frõtem ſcilicet dictionis addita,vt ܐܝܟܢܐ ܕܒܫܡܝܐ. Aicano dbaſmaio,ideſt Sicut ipſo i cœlo,in oratione Dominica. Matthæi.vi. Et ibidẽ ܡܛܠ ܕܕܝܠܟ ܗܝ ܡܠܟܘܬܐ. Metu lddiloch hi malcutho, ideſt, propterea quia tui ipſius eſt regnũ. Eſt præterea Dolad,poſſeſſiui,ſeu genitiui plerũq;

caſus

caſus articulus,& hoc peculiare eſt huic linguæ ſemp ferè articuli loco addere Dolad. Et hæc litera quidē principij medij,& finis eſt,poteſt enim dictionem incohare, & tunc (ſi modo conſonans aphona non remanſerit,vt in dictiōe dbaſmaio,ſuperius adducta)inſpiratur ab addita vocalitatis nota. Similiter & in medio vocem ſequētis vocalis aſſumit,in fine quoq; vt plurimum ſimplex remanet cōſonās, vt in dictionibus Dauid,Dolad,Iud,& Lomad,& in alijs in numeris dictionibus. Et vt ſupra dictū eſt,duplex eſt litera. Præterea ſi addatur verbo facit gerundium,& infinitiuum verbi,vt in pſalmo.16.vbi nos dicimus; Nec dabis ſanctum tuum ܕܢܚܙܐ ܚܒܠܐ. dnehhze hhbolo, ideſt, videre,vel vt videat corruptionem,ſignificat etiam relatiuū,qui,quæ,quod. Exodi quintodecimo, Duxiſti in benignitate tua. ܠܥܡܐ ܗܢܐ ܕܦܪܩܬ Lgamo hono dafraqt,hoc eſt, populum hunc quē redemiſti, vbi Dolad,relatiuum,quem,ſignificat,additum verbo redemiſti. Et in pſalmo.lxxxi. ܠܫܢܐ ܕܠܐ ܝܕܥ ܗܘܐ ܫܡܥ. Leſono dlo iodag hou ſmag. Linguam quam non noſcens eſt audiuit. In quo pſalmo habes etiam vſum dictæ literæ Dolad, pro articulo genitiui caſus, dum dicitur, Ego ſum dominus deus tuus, ܕܐܣܩܬܟ ܡܢ ܐܪܥܐ ܕܡܨܪܝܢ. Daſeqtoch men arago

arago dmezrein.ideſt.Q ui eduxi te de terra ægypti. Cæterũ ipſius Dolad articuli metatheſis,ſæpe fit,& ibi vel maxime cum nominibus,additur poſſeſſiuum pronomen in fine,quia articulus qui pronomini deſeruit, pręponitur integro nomini, cui ,pnomē illud affixũ eſt, vt in pſalmo.vi. i quo hēmus ܡܛܠ ܕܫܡܥ ܡܪܝܐ ܩܠܐ ܕܒܟܬܝ. Metul daſmag morio quolo dabcothi.ideſt.Q uoniam exaudiuit dominus vocē fletus mei. Nã ܒܟܬܐ. Bcotho,eſt fletus,in pſalmo.xxx.& ܝ.Iud finale, pro nominis vicem obtinet, & Dolad,articulus illi deſeruiens,præpoſitus eſt nomini, affixum pronomen habenti,ſic & in pſalmo.xxii. Et elongaſti,ſiue receſſiſti longe a ſalute mea ܒܡ̈ܠܐ ܕܫܟܠܘܬܝ. Bmele dſachlothi.In verbis lamentationum mearũ.& in eodem pſalmo.vbi nos dicimus, Q uoniam tu es qui extraxiſti me de ventre. Ibi Thargum Syriæ habet. ܡܛܠ ܕܐܢܬ ܗܘ ܬܘܟܠܢܝ ܡܢ ܡܪܒܥܐ. Metul dant hu tuchloni men marbgo.ideſt. Q uoniam tu ipſe fiducia mea ex vtero.quo in loco Dolad,ad pro nomē.Tu.additum,tranſlatum eſt a matre, ad ipſum pronomen, vt repetitum intelligatur nomen matris,

propter articulum, ſcilicet Dolad, vnde ibidem ſequitur
ܘܣܒܪܝ ܡܢ ܬܕܝ̈ܗܝ ܕܐܡܝ ܥܠܝܟ ܐܫܬܕܝܬ
ܡܢ ܡܪܒܥܐ ܀ ܘܡܢ ܟܪܣܗ ܕܐܡܝ ܐܠܗܝ
ܠܐ ܬܪܚܩ ܡܢܝ. Vſabri men tadhihe demi glaich eſtdith men marebgo . vmen carſeh demi alohi lo tarhheq meni. ideſt . Et ſpes mea ab vberibus ipſius matris meæ. Super te vel in te proiectus ſum de vulua, & a ventre ipſius matris meæ deus meus ne longe abeas a me. Vbi aduerte quotiens Dolad deſeruit pro articulo græco τῆς. Tis genitiui caſus, & hoc clarius nobis conſtat ex pſalmo .lvii. dum dicitur.
ܪܚܡ ܥܠܝ ܐܠܗܐ ܡܛܠ ܕܒܟ ܗܘ ܡܣܒܪܐ
ܢܦܫܝ. Rahhem glai aloho metul dboch hu mſabro naphſi. ideſt. Miſerere ſuper me vel mei deus quoniam in te eſt fiducia animæ meæ. vbi Dolad ad boch additum refertur ad naphſi. ſcilicet. animæ meæ genitiui caſus. cui articulus deſeruire debet. Q uãquã & hic poſſet fortaſſe quiſpiam obiicere . quod Dolad in hoc loco non ſit articulus . quandoquidem poſt Metul ferè ſemper ſequat̃ Dolad, & erit ſenſus, propterea

quia

quia in te eſt fiduciam habens anima mea. Et tunc illud nomen .ܡܣܒܪܐ. mſabro, hæemãticum, nomen erit, Hebræorum more formatum a verbo .ܣܒܰܪ. Sabar, quod inter multa quæ ſignificat, etiam ſperare ſignificat, cui etiam addito de more .ܐ. Olaph. in fine, eueniet, nomen .ܣܒܪܐ. Sabro, quod ſpem, deſiderium, expectationem, confidentiam, fiduciamque, ſignificat. vt in pſalmo. x. xxxix. & in multis aliis. Et huic quoq; nomini addita ad frontem litera .ܡ. Mim. formatur adiectiuũ, ſiue formale nomen .ܡܣܒܪܐ. Mſabro. hoc eſt ſperãs. Et in contextu orationis abiicit Olaph, vt in pſalmo. xxxii. in quo nos dicimus. Sperantes autẽ in domino, miſericordia circundabit. Ibi Chaldæus ait, ܘܐܝܢܐ ܕܡܣܒܪ ܒܡܪܝܐ ܛܝܒܘܬܐ ܐܬܚܕܪܝܘܗܝ. Vaino damſabar bmorio taibutho ethhadriuhi. hoc eſt. Et illum qui ſperans eſt in domino, miſericordia circũdabit ipſum. Et in plurali numero, in pſalmo. v. ܢܚܕܘܢ ܒܟ ܟܠ ܕܡܣܒܪܝܢ ܒܟ. Nehhdhun boch, cul damſabrin boch. ideſt, Lætabuntur in te, omnes confidentes, ſiue qui ſperãtes ſunt in te, & in multis

alijs pſalmis, idem nomen, tam in ſingulari, quam in plura li numero habetur. In principio quoq; Dolad additum, idem ſignificat, quod, vt, quo, ideo vt, iccirco vt, quòd pa= tet ĩ fine pſalmi. lvi. ܕܐܫܦܪ ܩܕܡܝܟ ܐܠܗܐ ܒܐܪܥܐ ܕܚܝܐ. Dæſphar qdhomaic aloho barago dhhaie. ideſt. Vt placeam coram te deus, in terra viuẽtium. Arabes quoq; vt ſupra dictum eſt, duplex. d. habent tenue, ſcilicet vnum dal, vel dil, aſpiratum alterum dhal. vel dhil. Hãc lite ram quartam eorum eſſe conſonantem, quidam dixit, qui poſt captum à Regibus Hiſpaniæ, Granatæ (quod aiũt) Regnum, rudimenta parua quædam in lucem edidit, ad Punicam, Arabicamq; lectionem conducẽtia. In quibus inter cætera dixit, quoſdam affirmare literã hanc, non poſ= ſe apud latinos formari, ſed eius loco ḋ cum puncto ſu= pra hoc modo ḋ ſcribere, habereq; pronũciationem in= tra dentes impoſita linguę extrema parte. Nã aquel, inquit, illum videlicet dicimus. ḋiq. نيقا، بيقا. Dhiq. non Diq. Sed hic animaduertẽda ſunt, quæ à nobis ſupra dicta ſunt, cum de Arabicis conſonantibus tractaremus, & quæ ſi opportunum viſum fuerit, in litera Teth. & Thau. fortaſſe dicentur.

ℭ. ℌ. ܗ. He quoque litera ſeruilis eſt, & in fine dictionis ſeu verbi poſita, loco pronominis eius, ſuus, ipſius, ſibi, & aliorũ id genus, tam in maſculino, quã in fœminino genere ponitur, ſed diuerſo modo pun ctatur, & nonnunquam pluralem numerum indicat, vt in

pſalmo

pſalmo primo. ܐܠܐ ܒܢܡܘܣܗ ܕܡܪܝܐ ܨܒܝܢܗ ܘܒܢܡܘܣܗ ܢܬܗܓܐ ܐܝܡܡܐ ܘܠܠܝܐ. Elo bnamu-she dmorio zebionhe vabnamushe nethahgæ imo-mo vlelio, hoc eſt. Sed in lege ipſius domini volũtas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Et pau-lo poſt ibidem ſequitur. Erit ſicut lignum, quod plã-ctatum eſt ſuper riuos aquarum, quod fructus eius dabit ,ܒܙܒܢܗ Bzabnhe, in tempore ſuo. In Chal-dæo Nebiẽ. Epiſcopi, vltima litera. He. in infraſcriptis nominibus, videlicet. volũtas eius, in lege eius, fructus eius, in tempore ſuo, habet punctum in vẽtre ה quẽ Mapich, appellant. In ſecundo pſalmo inuenitur .ܗ. He. cũ pũcto ſupra, & ſine pũcto, in verbis iſraſcriptis. ܩܘܡܘ ܡܠܟܐ ܕܐܪܥܐ ܘܫܠܝܛܢܝܗ. ܘܐܬܡܠܟܘ ܐܟܚܕܐ ✣ ܥܠ ܡܪܝܐ ܘܥܠ ܡܫܝܚܗ. Quomu malce darago vſalitoneiho vethmalachu achhhdho: gal morio vegal mſihheh. hoc eſt. Surgunt reges ter-ræ, & poteſtates eius, ſeu vt nũc paſſim dicunt, ſultaniæ eius, & conſilium ineunt, ſiue quærunt in vnum aduerſus dominum, & aduerſus Meſſiam eius, vel Chriſtum eius.

& Exodi.xv. ܡܛܠ ܕܥܠܘ ܪܟܫܗ ܕܦܪܥܘܢ
ܘܡܪܟܒܬܗ ܘܦܪܫܘܗܝ ܒܓܘ ܝܡܐ. Metul dga=
lu rachshe dferaun vmarcbothe vfaroſauhi bgau iamo. hoc eſt. Quandoquidem ingreſſi ſunt celeres equi ipſius Pharaonis, & currus eius, & equites eius in me dio mari, & reduxit ſuper eos dominus aquas maris, & fi= lij Iſrael abierunt per ſiccum in medio maris. In ſupraſcri= ptis verbis notãda ſunt verba Rachshe, & Marcbothe, in quibus eſt. He. ſine pũcto, affixũ maſculini generis prono mẽ, indicãte. Nam in ſingulari & in plurali numero eaſdẽ retinent literas, & in equi quidẽ nomine Ris, Coph, Scin, Olaph. ܪܟܫܐ Rachſo, quippe celerem equum ſi= gnificat, & in plurali additis pluralitatis indicibus pũ ctis, ſeu vnico cum Ris pũcto. ܪܟܫܐ Rachshe. ideſt equos, vocali o in e conuerſa, vt in pſalmo .lxxv. & lxxvi. Et hoc intelligendũ eſt ſine affixo pronomine. Cũ vero nota pronominis additur. He. ſcilicet, tunc Olaph abijcitur, & in eius locũ litera. He. ſine ſuperſcripto fœmi= nini generis indice puncto ſubſtituitur, vt in hoc loco. Si= militer etiam dicendum eſt de nomine. ܡܪܟܒܬܐ Marecbotho. quod currum, iunctam ve equis rhedã ſignificat, & in plurali literas nequaquam mutat, ſed pluralitatis additamentum puncti, pluralitatem quoq;

numeri

numeri nobis indicat, vt in pſalmo.xx.&.xxvi.hēmus.
ܒܡܪܟܒܬܐ. Bmarecbotho.ideſt, in curribus, ſiue quadrigis, atq; vehiculis, in quo etiam vltimum Olaph abijcitur, cum præter pūctum pluralitatis, etiā litera .He. affixi pronominis nota ſine puncto addit', vt in hoc loco. Sequitur vero in ſuperius recitato Cantico Moyſis.

ܘܢܣܒܬ ܡܪܝܡ ܢܒܝܬܐ ܚܬܗ ܕܐܗܪܘܢ ܦܠܓܐ

ܒܐܝܕܗ ⁘ ܘܢܦܩܝ ܟܠܗܝܢ ܢܫܐ ܒܬܪܗ

ܒܦܠܓܐ ܘܒܪܒܓܐ . ܘܡܥܢܝܐ ܗܘܬ ܠܗܝܢ

ܡܪܝܡ. Vnesbath mariam nbitho hhothe daharun flago bidhoho ⁘ vanphaqui culhein neſcæ bathro ho baſlagæ vbarbigæ.vmagnio heuoth lhein mariā. hoc eſt. Et aſſumpſit Maria prophetiſſa ſoror ipſius Aarō tympanum in manu ſua, & egreſſæ ſunt omnes mulieres poſt eam cum tympanis & choris. Et replicauit iſthęc illis maria. Cantemus domino &c. Ex ſuperius recenſitis verbis clariſſime ob oculos nobis poſita eſt, differentia hæc maſculini fœmininiq; generis, in vſu iſtius literæ.He. quādo cum puncto nigro ſuperius impoſito fœmininum, aut quando ſine puncto maſculinum genus inſinuet, ſi diligēter verba illa conſiderauerimus hhothe Aharun, ſcilicet ſoror ipſius Aharon, vbi affixum pronomē, ipſius, ad maſculum, & flago, bidho. ideſt tympanum in manu ſua, vbi etiam affixum pronomē, ſua, ad Mariam fœminam refert. Frequēs hoc quoq; in pſalterio Antiocheno, Syriacoq;

publicando apparebit, ac in cæteris quæ poſt hanc tra-ditionem noſtram exercitationis gratia impreſſa erunt. Præterea illud quoq; ſciendum eſt, quod affixum pronomen iſtius literæ. He. cum maſculini generis eſt, profertur per e, quia ſub voce præcedentis Eſaiæ rapitur. Cum vero fœminini generis eſt, tunc raptum ſub præcedenti vocali Odom, profertur per o, vt in exemplis pauloante deſcriptis hhothe & bathro, & hoc fere catholicũ eſt, in hac Syriaca lingua, ſi modo Iud, non præcedat ipſum. He. tunc enim licet. He. pronominis nota pũctum in vertice nigrũ fœminini generis indicatiuum habeat, ſub præcedente tamen Eſaia rapitur, & ſecundum aliquorum opinionem profertur per e, vt apud prophetam Eſaiam capite. 42.

ܫܒܚܘ ܠܡܪܝܐ ܬܫܒܘܚܬܐ ܚܕܬܐ . ܬܫܒܘܚܬܗ
ܡܢ ܣܘܦܗ ܕܐܪܥܐ ܀ Scabahhu lmorio tesbuhh-to hhdhato. tesbuhhthe men ſauphe darego. hoc eſt. Cantate domino canticum nouum, laus eius ab extremis finibus ipſius terræ. Quod ſi quiſpiam fortaſſe contenderit, non eſſe ſub tali voce capiendum, tunc modis omnibus per o proferendum erit, ac dicendum, men ſaupheiho darego. Et hic quoq; notanda eſt dictio in ſuperiori cantico Moyſis, flago, & flagæ, quia licet eadem ſit in ſingulari & plurali, cum eiſdem ſcilicet literis ſcripta, differentiæ tamen cauſa, duo illa puncta ſupra phe addita ſunt, vt pluralitatẽ inſinuent, vocalis attamen ſiue vocalitatis notę, Odom, in Eſaiam, o, videlicet in e, facta mutatione, quam in id genus nominibus Chaldæi ſemp & Syri facere cõſueuerũt, vt etiam in ſuperioribus dixiſſe putamus. Cæterum litera

iſta

iſta(vt dictum fuit)gutturalis eſt,cum nec dentibus,nec pa
lato,nec lingua,ſed ſolo ſpiritu pronuncietur,ob quā cau-
ſam,qui de literis Hebræorum,& præſertim qui cabaliſti-
ca ſcripſerunt,ſpiritui illam eſſe conſecratā aſſerunt:& non
modo facilem eſſe,ſed etiam naturalem, immo vero hanc
ſolam pené omnium literarū etiam in brutis reſpirantibus
audiri affirmant, & quæ nimirum ſpiritum habent,dū ſpi-
ritum reddunt,literam hanc exprimunt, cum ſolo edatur
ſpiritu.Hāc Hebræi,Chaldæi,Samaritani,Syri, Armeni,
Græci, & Latini,& inter græcos qui Augaſiam, & Cara-
thæam,ſiue vt aiunt temporibus iſtis Tzarcaſiā τῆσ μεγάλησ,
ἰβηρίασ ἡ πρόσ πέρσασ ἐστί, Tis megalis iuirias hi pros perſas
eſti.magnæ ſcilicet iberiæ(quæ inter Perſas eſt) incolunt.
& Gorgi,& Iacobitæ,& Cophtitæ, & Virgilius quidam
inſignis quondam Græcus Philoſophus,& magnus Tia
næus Apolonius,& hi qui grammata quæ hieroglyphi-
ca vocantur ſcripſere,in ſuis alphabetis quintam in ordine
literarum poſuerunt. Indi in primo, Macedones, Miſſij,
Ruſſij,Dalmatę,ſuam huic reſpondentem literam in ſexto
literarum numero habent.Perſę,Turcę,Tartari, Arabes,
& Punici,& Maometani feré omnes literā huiuſce pote-
ſtatis in antepenultima,vigeſimā ſcilicet ſeptima ſui alpha
beti ſede, collocarūt,tametſi etiā.He.in ſexto ordine poſſi
deant.Vuandali quoq; in vndecima ſui alphabeti numera
tione literam ✗ Ed,reponūt,quæ licet pro e accipi poſ-
ſit,non tamen ſimpliciter e intelligitur,ſed ſimul e & c con
iuncta elementa intelligenda ſunt.Iſtas numerorum obſer
uationes hoc in loco recenſui,vt animum aduertāt, qui ne
dum pythagoricas verum etiam patrū Hebręorum ſacras
in numeris

in numeris cōputationes, (& præcipue in illarum alpha-beti Hebraici literarū obſeruatione, quæ in diuinis aliiſq; myſticis nominibus & ſacris inſertę ſunt) non ignorant, & oculos ad hanc vel maxime .He. literam conuertant. De qua, ſi quam excellens in antiquis patrum Hebræorū receptionibus ſemper habita, & quibus ſacris inſerta ſit. Et quid nam in illo magno mirificoq; Dei nomine, quod Græci Tetragrammaton, Hebræi vero Arbaha aotioth, quattuor ſcilicet literarum appellant, in quo bis reperitur, inſinuet. Et cum in nomine Abraham, & Annoſæ vxoris eius Sarhæ, ab omnipotenti Deo inſerta fuerit, quod nā archanum in ſe contineat. Quid ve ſit, quod aliqui literā ipſam Hebraicam, ex Daleth, & Iod, aliqui vero ad Chaldaicam eandē Syriacamq; reſpicientes, ex Vau, & Dolad, conſtare aſſerant. Et cum communi omnium opinione, quinarium numerum reprę́ſentet, cur tamen cum vim & partes eius, ex quibus compoſita affirmatur, diligentius conſideramus, longe maiorem numeroſioremq; fœturā implicitam habere cognoſcimus, accuratius explicare voluerimus, quia proculdubio facultatem noſtram propoſitumq; ſuſcepti operis excedere videtur, in pręſentia pręter-mittimus, & ad noſtrū Hebraicū .He. reuertimur. Quod (vt nonnulli aſſerunt) ſi in fine dictionis localis repertum fuerit, ſæpenumero aduerbij loci ad quem vel in quem vicem obtinet. Non ſecus atq; apud Gręcos terminationes ζε, ze, & δε, de, vt ἀθήναζε, athinaze, ad Athenas, οἴκαδε, icade, domum vel ad domū. Sic ירושלימה Ieruſalaimah, ideſt ad Hieruſalem, & מצרימה mizraimah, ad Aegyptum. Tandē (vt finem huic Chaldaicę literę imponamus) ſi in fine

dictionis,

dictionis ſuperadita cum Iud inueniatur,tunc fit diphton-gus,ei,& non profertur,aut ita vt vix prolatio eius digno-ſci queat,& rapitur in voce ſequētis Iud, vt in prima dictio ne pſalmi primi Dauid .ܛܘܒܝܗܝ. Tubauhi. ideſt. Beatitudines eius,vt apud Græcos diphtongus epſy lon iota profertur per i, & Thargum cœci in pſalterio Nebienſis epiſcopi טובוהי Tubohi,enunciat. Arabica ve-ro interpretatio. Tubi,ſine diphtongo protulit. Eſt præte rea litera iſta duplex,eo modo quo ligari poteſt cum reli-quis,ſed vno dumtaxat modo cum præcedenti ſcilicet cū ſequenti vero nequaquam, dextera quippe manu præce dentem amplectitur literam vt in hac dictione.ܐܠܗܐ Aloho.Iccirco qui ad hebræam literam reſpexerunt ex Iod & Daleth(vt dictum eſt)illam compoſuere, ex qui bus oritur dictio יד iad,quæ manum ſignificat, qua cum præcedentes omnes vtrinq; ligabiles amplectitur literas. ܘ .o. Vau etiam præter ea quæ in ſuperioribus di cta ſunt,litera duplex eſt, ligabilis ſcilicet cum præce dēti,vt de litera.He.pauloante dictum fuit, poteſt tamē etiā cum ſequenti aliquando cōnecti,licet raro inueniatur. Et in principio dictionis,ſeu orationis reperta, quando non eſt radicalis,ſed adiectitia ſeu acceſſoria,tūc ferè ſemper eſt copulatiua coniunctio,&,ac,q;,autē,non ſecus atq; apud Hebræos. Et non abſq; ratione dixi ferè,quandoquidem nonnunquam ex luxu quodam,& loquendi vſu præpo-nitur,nec tamen tunc aliquid addit,immutat, variat ve, aut

copulat,vt videre fas erit in pſalterio Chaldaico, & alijs cã ticis a nobis Deo annuente publicandis, & clare etiam cõſpici poteſt in pſalterio Indorum a Ioanne Potken iamdudum impreſſo. In quo toties. Vua. additum cernitur, nihil tamen ad rombum facit,quo ad literæ ſcilicet pſalmographi intellectionem,ſed tantum ex vſu & linguæ illius conſuetudine additum reperitur. Quod etiã freques eſt in Syriaca & Chaldaica lingua,vt in oratione dominica in fine operis imprimẽda apparebit,in illis verbis,valolam olmin amin,hoc eſt,& in ſecula ſeculorum amen. Et Exodi cap. 20. & Deuteronomij. 5. vbi habemus. Ego ſum dominus deus tuus, qui eduxi te de terra ægypti,de domo ſeruitutis:vbi,tam in Hebraicis voluminibus,quam Græcis, & Latinis, & in Thargũ, ne dum a Daniele Bombergo, in Hebraicis, Chaldaicisq; literis cõſũmatiſſimo, & in imprimendis libris diligẽtiſſimo,iamdiu. Verum etiam a Monſtero docto illo Franciſcano,pauloante publicato, nulla in recitatis verbis copulæ nota,ſeu nullum Vau in capite alicuius dictionis additũ reperitur. In Syriaca tamẽ Chaldaicaq; interpretatione Vau eſt additum,nec tamen copulat,ſed ex luxu & loquẽdi vſu poſitum cõſpicitur,vt infra.

ܐܢܐ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܕܐܦܩܬܟ ܡܢ ܐܪܥܐ ܕܡܨܪܝܢ
ܘܡܢ ܒܝܬܐ ܕܥܒܕܘܬܐ . ܠܐ ܢܗܘܘܢ ܠܟ ܐܠܗܐ
ܐܚܪܢܐ ܠܒܪ ܡܢܝ. Eno morio aloho daphe iqthoch men arego dmizzrain vmen beitho dgabdu to lo ieheui loch aloho ohharan lbar mini. ideſt. Ego dominus deus qui eduxi te de terra ægypti, & de domo ſerui

tutis

tutis. Non erit tibi deus alius præter a me. Vides hic additũ Vau ad præpoſitionem men, ideſt, & de domo ſeruitutis, quod Vau hoc loco ſuperfluum eſſe videtur, cũ nihil copulet, ſed tantum ex ſtilo atq; dicendi vſu additum eſſe videtur, liberauit enim illos dominus de ſeruitute ægyptiaca, & ait de domo ſeruitutis. Addunt quippe Hebræi, & Chaldæi in pluribus nomen domus, vt aliquando a nobis demonſtrabitur, vltra ea quæ a Monſtero in ſuis Chaldaicis præceptionibus tradita ſunt. Cæterum litera Vau & radicalis, & ſubſidiaria eſt, & vt aiunt magiſtri Hebræorum inter quos Habraham a Balmis in ſua grãmatica hebraica in quinq; tãtum nominibus radicalis inuenitur. In Chaldaicis vero traductionibus, alię quam plures inueniuntur dictiones a Vau radicali incipientes, nec tamen pro copula accipitur, quandoquidẽ nec ſemper in principijs reperta, ſemper copulet, vt cõſpicere poſſumus in Hebræorum libris Leuitici, Numeri, Ioſue, Iudicum, Ruth, Samuelis, Regum, Eſdræ, Heſter, Ezechielis, & Ionæ prophetæ, qui a Vau litera incipiunt, nec tamen quicquam copulat. Cũ vero ſubſidiaria eſt quando copulatiua particula ſit, aut in principio poſita futurum verbi in præteritum, & econtra conuertat, aut quando in fine verbi locata tertiam perſonã & in imperatiuo quando etiã idem ſignificet, videndi ſunt Hebręorum, & Chaldęorũ grãmatici. Et præter id quod ſexta eſt alphabeti litera, ſextam quoq; ſacram numerationem reprę ſentat. Quãti in ſacris habita ſit, qui cognoſcere cupit, legat eos qui ſex diebus mundum conditũ fuiſſe aſſerunt, & illius numeri cauſas ſcrutantur. Litera prętereaiſta Hebræorum, quia nihil ſecũ exterius admittit, neq; a ſeipſa

 prominet,

prominet,ſed in ſeſe cōſtans,atq; ſufficiēs,ſimplex & ſeipſa contenta nullius indiga ſed abſoluta integra atq; perfecta mundi columna nominata eſt. Quod multo magis in Chaldaico Vau conſpici poteſt,cum orbis ſit in ſe reuolutus, atq; (vt de aipiun Armenico dictum fuit) reflexus, principio & fine carēs. Iccirco etiam perfectorum primus euaſit numerus. Verum iſta miſſa facientes,ad ſequentem literam explicandam deſcendamus.

¶.ז.). Zain etiam ipſa litera radicalis eſt & duplex, quia ligabilis eſt, ſed vt ſiniſtram præcedentis literæ manum,dextera tātum ſua complectatur, læua vero arma teneat. Zain quippe arma ſignificat. In ſeptima literarū numeratione apud Hebræos,& Chaldæos reperitur,& quāuis duplex dicta ſit,alia tamen ratione non incomplexarū, ſed in ſimplicium literarum numero poſita eſt. Quandoquidem ab Olaph,ad vſq; Iud,ſingulares literæ ſimplicē quoq; numerum,& nouem vnitates inſinuant, a Iud vero ad reliquas literas alius & nouus numerorum naſcitur ordo,qui etiam in ſacris celebratur numerationibus. Quonam modo litera iſta cum reliquis aliarum linguarum cōueniat literis,& quoto in illarum alphabetis numero repe riatur,& quas in ſe virtute literas contineat, quia ſupra dixiſſe credimus,in præſentia aliter non repetemus,ſed ad illius prolationem inſinuādam calamum vertemus. Leniter quidē Zain proferri debet,ita vt inter Somchath, & Zzode,& Scin,differētia prolationis cognoſcatur, vt etiam de Zita,& alijs ſibillantibus Græcorum literis dictum fuit,nō autem(vt quidam ſolent)forti duro ac vehementi impetu,

ſed

ſed molli & obtuſo litera iſta enunciāda eſt ſibilo, vt paſſim noſtris temporibus Virgilianam, in primo æneidos, inuocationem, pronunciari audimus.
Muſa mihi cauſas memora quo numine læſo.
Non enim literæ.s.integrum perfectumq;, ſed obtuſum in hoc carmine ſibilum audiuimus, quinetiam lenem ſonum qualem græci in literæ Zita prolatione requirunt. Quā etiam literam duplicem eſſe aſſerunt, conſtareq; (vt in ſuperioribus, cum de græcorum cōſonantibus tractaretur, declarauimus) ex.s.&.d.affirmant. Quod etiam de Zain Hebraica atq; Chaldaica litera intelligēdū eſſe, grāmatici aſſeuerant, & obſeruatū a maioribus noſtris, videmus inter cætera, in nomine vnius prophetæ, quē Hebræi, Syri, & Chaldæi per Ain, Zain, Res, & Aleph, ſcribunt. Ezrāqȝ vocant, ipſi vero nō per Zain, ſed per.s.&.d.literas, illi virtute implicitas enunciant, ac ſcribunt. Eſdram dicentes. Et hic ſemel etiam te cādide lector admonitū eſſe volo, quod literam Ain, in hac noſtra traditione, aliquando per vocalem ſimplicem, aliquando vero per literam.g.maiorū veſtigia ſequentes, expreſſimus, qui Eſdram per.e.Gomorā per.g. & illa in quibus Ain reperitur, ſimili modo & ſcripſerunt, & protulerunt. Proinde etiam in huius literæ expreſſione vario modo maiores noſtros vſos fuiſſe reperimus. Et vt de Chaldæis loquamur, ipſi quoq; inter cæteras Hebraicas literas, quas peculiari quadam cōmutatione in alias nonnunquam transferre ſolent, Zain in Dolad quandoq; mutant. Nam quod Hebræi זרע Zara, hoc eſt, ſemen, per Zain, Res, & Ain, etiam Chaldæi, & Arabes, Zara, appellāt, & cum eiſdem literis ſcribunt. In vno tamē

pſalterij

pſalterij loco in Thargum Ioſeph cœci a Nebienſi epiſcopo, literis Hebraicis edito, i pſalmo ſcilicet. 22. reperimus Daleth loco Zain poſitum, vbi dicit. Qui timetis deum laudate coram eo, כל דרעיא col daraia, omne ſemē Iacob, afferat honorem ei. Horreat ab illo כל זרעא col zaraa, omne ſemen Iſrael. Et in alijs quoq; dictionibus id obſeruatū eſſe a Chaldæis animaduertimus, de quibus ſi oportunū viſum fuerit mentionem faciemus. Indi pro Zain, Ita Græcum, & latinam aſpirationis notam habēt. Quam ſi recte meminimus in ſuperioribus cū de. He. litera tractaremus, ſpiritui conſecratam eſſe diximus, nec ab re, quandoquidē illam (vt Priſcianus Cęſarienſis refert) & Gręci antiquiſſimi, ſimiliter & Latini, in verſu ſcribere conſueuerant, nunc autem diuiſerunt, & craſſum, ac lenem ſpiritū ex illius partibus inſinuant. Et dexteram quidem partem ſupra literam ponentes pſilen notam habēt, quam Remnius Palęmon, exilem vocat. Grillus vero ad Virgilium de accētibus ſcribens lenem nominat. Siniſtram vero contrarię illi aſpirationis Daſiam, quam Grillus flatilem vocat. Quam igitur leni aura, tenuiq; flatu dulciter aſpiret, & quam craſſo vehementi, ſeueroq; ſpiritu in ſacris & myſticis ſignificationibus hęc ſpiritui dicata litera perflet, videant qui cabaliſtica curant. Cæterum etiam Indis Zita acceſſoria etiam ſiue additicia, atq; ſeruilis litera eſt. Nam ſæpenumero & in principio, & in medio, compoſitę dictionis addita reperitur, & relatiui, qui, quę, quod, vicē obtinet, vt patere facile poteſt, ex primo Dauid pſalmo, in dictione, Vuazaikoma. ideſt, & qui non ſtetit. Vua quippe prima litera copula eſt, vt in litera Vau, ſupra dictū fuit, & Za, ſecūda relatiui nota qui, & I, tertia

& I tertia, quæ ex A tertia decima in ordine literarum, & Sads tertię ſcilicet ſtantię in i longum mutata eſt, negationis nota eſt, nō, & koma, verbum ſtetit, & totum ſimul nomē compoſitum, cumpactumq́ dicit. Vuazaikoma, ideſt. & qui non ſtetit. Apium pręterea claudium (vt interim etiā aliquid de hac litera referamus) Zita literā odio habuiſſe inuenimus: quod ſcilicet dum exprimitur mortui dentes imitetur. Et inde forte fortuna prouerbium exortum fuiſſe quidam arbitrati ſunt, vt in illos quibus ſorte ex vrna Zita contigiſſet, veluti infortunatos, & minus ad rem aptos, Iſſa acclamaretur, & proinde in ſortibus in auſpicata litera habita fuit. A noſtris primum in dictionibus tantummodo gręcis ponebatur, quāuis (vt ait Priſcianus) veteres in multis illam mutauerint, & cum pro. ſſ. coniunctis acciperetur s vel d poſuerūt. Maſſa pro μᾶζα, Maza, Sethus pro ζῦθος, zithos, dicentes; & Medentius, pro Mezentius.

C. ܚܝܬ . ܚ . Hheth, quoque aſpiratio fortis eſt, & iter radicales, & in vocalium numero cenſenda, de qua pręter ea quæ ſuperius dicta fuerunt, hic quoq́, te ſemel admonitū lector amice volo, quod ſi in libro noſtro duo hh, duas ſcilicet aſpirationis notas, videris in mediate ſequētes, illas confeſtim ibidem pro hac litera poſitas fuiſſe intelligas, nec enim placuit pro ea, vt quidam faciunt, c & h, ponere, quandoquidem literę illę non fortem aſpirationem, ſed bleſum & craſſum ſonum efficiant, ac linguę motum exigant, vt in litera. X. chi, gręcorum conſonante dictum fuit. Pręterea vt omnes grāmatici aſſeuerant, litera iſta gutturalis eſt, & domicilium (vt Ioānis Reuclim verbis vtar)

in pręcordijs

in pręcordijs poſſidet, quam ſi voluiſſem per Caph, pronunciare profecto iam nō gutturis illam, ſed palati literam indicaſſem. Vt igitur fortem aſpirationem intelligeres geminam aſpirationis notam addidi, nec tamen pronunciationis illius inſtrumentum mutaui. Litera iſta licet cum in medio eſt vtrinq; ligari queat, dextra pręcedentem, lęua vero ſequentem literam amplectitur, poteſt nihilominus & incohare & terminare dictiones. Octauam etiam ſibi numerationem vendicat, quam הוד hod, ideſt decus, ſiue laudem & gloriam, qui cabaliſtica ſcribunt appellauerunt. Vitam vero ſignificare hheth, qui hebraica non ignorant, intelligere poſſunt. Proinde Mathematici, & Aſtrologi, octauam domum mortis, & finis vitę ſignificatricem dixerunt. Conſtare illam ex Daleth, & Vau, qui de Hebręorū literis ſcripſerunt aſſeuerāt. Quid vero vltra octauam dimenſionem, per quartam nimirū, quę per Daleth, & ſextā quę per Vau exprimitur, ac decimam quę ex complexis inuicem literis reſultat, inſinuet, breuitati cōſulentes in pręſentia declarare prętermittimus. Ex duobus tamen Iodin, Chaldæorum hheth conſtare, & ſuas cum ſeparatas, tum ſimul iunctas habere numerationes manifeſtum eſt. Idq; non vacare a latenti in ſacris adytis myſterio, nec dum ab omnibus intellecto, exiſtimandum eſt. Proinde his qui tales numerationes curioſe ſectantur iſthęc (ad Teth literā properātes) diligentius perſcrutanda relinquimus.

❡ ܛ . ʒ . Teth quoque radicalis litera eſt, & ea ratione duplex appellari poteſt, quia cum præcedēti & ſequenti ligari valet, nam & in principio, & in medio, ac etiam

ac etiam in fine dictionis reperitur. Præterea in alphabeto vltima eſt inter literas vnitatem ſignificantes, &. T. latinam (vt dictum fuit) literam repręſentat, quam Cicero non ab re literam inſuauiſſimam appellauit, quod vitæ vltimum mortemq; ſignificet, quod & de Thita Græco Volateranus Perſius intellexit cum ait in Satyra quarta.
Et potis eſt vitium mortis pręfigere theta. vel
Et potis eſt nigrum vitio pręfigere theta.
Domitianus nouitate quadã ſigni, cũ in exercitu quẽpiã interfici voluiſſet, coram percuſore naſum emungebat, vt per hoc aliquem morti obnoxium eſſe intelligeret, & carnificis officio fungeretur, quod Martialis inſinuat dicens.

Noſti mortiferum quęſtoris Caſtrice ſignum.
Eſt operępretium diſcere theta nouum.
Exprimeret quotiens rorantem frigore naſum.
Lætalem iuguli iuſſerat eſſe notam.
Turpis ab inuiſo pendebat ſtiria naſo.
Cum flaret madida fauce december atrox.
Collegæ tenuere manus, quid plura requiris?
Emungi miſero Caſtrice non licuit.

Thau vero abſolutionis ſignum eſt, & ſalutaris nota apud Ezechielem nono. Et ſigna Thau ſuper frontes virorum gementium, de qua litera Auſonius meminit dicens.
Scire volo catalecta legens quid ſignificet Thau.
Virgilius vero in catalecto carmine Thau gallicum appellat inquiens Thau gallicum imminet ipſemet male illiſit, pro cruce intelligens, quia galli crucem ad. T. literæ ſimilitudinem erigere ſolent. Et licet Teth litera, mortem ſignificet, per eam tamen haud ab re boni nomen, tam ab

C Hebræis

Hebræis טוב Tob,vel Tou, quam à Chaldęis & Syris, per eãdem literam ſcribitur ܛܒܐ Tobo.& Moyſes in libro Geneſeos. Vidit inquit Deus omne quod fecerat,& ecce טוב מוד Tou meod,bonum valde. Qui hebraicarum literarum ſecreta rimantur per Tou,vitam, per Meod,mortem, interpretantur. Multi quippe non naſci longe melius cenſuerunt,aut quam citiſſime aboleri, intelligentes,vita hac caduca,miſera,& ærumnarum plena,longe meliorem eſſe mortem,quandoquidem nec hic permanentem habeamus ciuitatem,ſed futuram inquirimus,dixit ille qui archana Dei vidit,quæ non licet homini loqui, & cupiebat diſſolui,ac eſſe cum Chriſto, qui regnum ſuum dixerat,non eſſe de hoc mũdo. Quod ethnici quoq; nõ pauci conſideraſſe credendum eſt. Qui mortem vita gratiorẽ habuerunt,& ad eam læto animo confugierunt,quã (vt Cicero inquit) ſapientes nunquam inuiti,ſæpe vero fortes libenter apetierunt,quorum copioſam multitudinẽ, ſi per nomina recenſere vellem,longa profecto nimiũ noſtra hæc traditio foret. Proinde & Cleombroti odium, & Socratis cicutam,& aliorum varia ad mortem prouocandam(vt ſic dicam)armorum genera, ita prætereunda duximus,vt illud nihilominus obiter dicamus, Geomãticos, Mathematicoſq;,& Aſtrologos,ad hoc fortaſſe reſpexiſſe cum octauam domum,quam Hhet litera, quam vitam ſignificare diximus,in ſua numeratione poſſidet,malam eſſe & nequaquam aſcendens aſpicere,ſed domicilium eſſe timoris,interfectionis mortis,& finis vitæ. Nonã vero, quã Teth occupat,è contra bonam, & in ea gaudere ſolem,&

trino

trino aſpectu aſcendens aſpicere,domumq; eſſe ſcientię & fidei,ac religionis,& lōgæ vitæ. Et quid rogo hac vita miſerius,quæ in octaua cōſiſtit? quid vero homini morte melius eſſe poteſt? quæ & ſi terribilium omnium ſit maximū, omnibus tamen mortalibus debita eſt, βρωτοῖσ ἅπασιν καθανεῖν ὀφίλεται, Vrotis apaſin kathagnin ophilatæ. Fato inquit omnibus hominibus mori datū eſt. Et cum id ineuitabile omnino ſit,& nox ꝑpetua vna mortalibus ſit dormienda. His nimirum qui à domino minime excitantur à ſomno. Et qui nam profecto melius excitantur,quam qui octauā Hheth domum (quā vitæ diximus) ſed morti ab illis dicatam,ſpernentes. Nonam hanc mortifero theta inſignitam, gaudio,lætitia,fœlicitateq; perpetua refertam,fœlices perpetuo cum cœli fœlicibus habitaturi ciuibus ſemper conſiderantes,amplexantur & ingrediunt. Quā dilecta enim (ait propheta.) tabernacula tua domine virtutū,concupiſcit & deficit anima mea in atria domini. Quam bene in hac domo gaudet ſol ille iuſtitiæ, qui ex virgine natus eſt, Chriſtus Deus noſter,cū trino aſpectu fideles ſuos in cœlum aſcendens,& iam ad dexteram patris, in vnitate ſancti ſpiritus ſedens, Trinitatis deificę contemplatores, ſapiētes, fide plenos,atq; religionis obſeruatores,longę vitę, perpetuęq;, quæ in Chriſto eſt,qui dixit. Ego ſum via veritas & vita,amatores,atq; huiuſce literę (Solonis more) dum in hac vita peregrinantur memores,perituri luxus mundi cōtemptores,& beatam illam vitam affectantes,efficit. Conſtare hanc literam Hebręorum magiſtri,qui de huiuſmodi literis tractauerunt, alij ex Caph, & Vau, alij ex Caph, & Zain. Proinde varias eidem numerationum intelligentias

tribuunt. Chaldæorum Teth, ex Olaph, & Hheth, aut ex Zzode, & Vau, conſtat, quarum prima & octaua coniun cta numeratio, nonam conficiunt, vltimam vnitatum diuinarum, quas decima confeſtim in eadē numeratione cōſequitur. Aut ex ſexta & nonageſima & nona, vt totum cōpoſitum in ſui ſtatus numeratione capiatur, quarum omnium numerationes non ſunt ſpernendæ. Poſſumus & ex Arabica. ط .Te. ſextadecima in ordine litera, non parui pendēdas numerationes elicere, cū ex Eliph, & Chieph, ex prima ſcilicet & vigeſima, aut ex Lam, & Chieph, ex trigeſima ſcilicet & vigeſima numeratione cōſtare probetur, vt ſit quinquagenarius iubileus numerus, his qui recte, ac ſancte, vita in hoc mundo peracta, ad fœlices ab eo beatorum poſt mortem ſedes in cœlis tranſeūt. At vt nec ſic græcorum elementorum rationes myſticaſq; computationes prætermittamus. Nonne ſi integrum Thita, in partes ſecaueris, ex quibus conſtare videtur, vel ex quo partes aliæ eliciūtur, multa latere fateri cogemur archanorum myſteria. Nam præter quam quod ex hac litera tres conſtant accentus. Ex ſuperiori ſcilicet ſemicirculo, circunflexus, ex inferiori, breuis vocalis nota, ex media, quæ κατὰ διάμετρον, kata diametron, per diametrum linea tranſit, longus. Aut ſi alio etiam myſtico ſenſu, aliter ſecare partiriq; ipſum Thita, placet. Exempta imprimis media illa linea, quæ diametri ſeu dimetientis & diuiſoris locum obtinet, perfectus remanebit in ſe cōtractus orbicularis circulus, quē ſi dextrorſum ſiniſtrorſumq; diſſectum conſideraueris, craſſum ſpiritū, daſiam ſcilicet, aſpirationis notam, ex ſiniſtro, flatilem vero ſpiritum, & auram lenē, quę ſuper aquas feratur, ex dextro,

corporis

corporis & animę in vna ſeruatoris noſtri aſſumpta huma nitate inſeparabilem diuinitatis in trinitate copulam facili= me conſiderabis. Indorum quoq; ipſum hoc elementum non ſine myſterio conſtat, cum triplici conflatū radio cer= natur. Qui ſané omnes ex vno veluti medio axe (vario li cet modo) pendere videntur, ita vt, qui medius conſiſtit, ad perpendiculum firmatus appareat, qui vero hinc atq; inde dextro ſcilicet atq; ſiniſtro latere, incuruo ſuo, atq; in forni cis modū ſinuoſo, arcuatoq; reflexu, columnam in medi tulio, quaſi ſemicirculi adſtantem, & tāquam alterū Athlā tem, conuexum cœli circulum humeris ſuſtentantem, am= bire quodammodo, & inuerſum Hebraicum ש Scin, re= prę ſentare videntur. Quæ omnia abdita quædam omni= no & pęnitus archana indiuiduę trinitatis, beatorumq; ſpi rituum repromiſſę fœlicitatis myſteria innuere ſuſpicanda ſunt, vt in litera Scin, fortaſſe videbimus. Præterea litera iſta Teth, vna eſt ex literis quæ linguæ adpulſum in ſuæ prola tionis expreſſione vel maxime requirit, & intra dictionum medullas inſcita, ſubſtantifica eſſe dicitur, & iccirco inter ra dicales (vt dictum eſt) ſibi nomē vendicauit, & quamquā vltima ſingularium numerationum ſit, incohat tamē tertiā literarū combinationem ſeu connexionem quā Iod finit.

¶ ܝ .ܝ. Iud igitur ſiue Iod litera, vt Hebræorum more proferatur, inter radicales ita numeratur, vt etiā ſeruilis eſſe queat, in fine quippe verbi affixa tertiam futuri temporis perſonā inſinuat, vt Deuteronomii. v. vbi hémus. Nō erit tibi deus alienus. Chaldaice ibi ſcribi'.

ܠܐ ܢܗܘܐ ܠܟ ܐܠܗܐ ܐܚܪܢܐ. Lo iheui loch aloho ohharan. hoc eſt. Non erit tibi deus alienus, & hic notandum eſt verbum iheui. ideſt erit, & in pſalmo ſecundo. Et iter impiorum ܬܐܒܕ. Tibdai, ideſt peribit. In quo animaduertenda eſt, atq; notãda litera Thau, quia eſt ex literis ethan, & Iud in fine poſitum indicat quod dictum eſt. In fine dictionis additum loco pronominis primæ perſonę ſuccedit, videlicet. Me mihi meus mea meũ, vt in eodẽ pſalmo ſecũdo ܐܢܐ ܐܩܝܡܬ ܡܠܟܝ ܥܠ ܨܗܝܘܢ ܛܘܪܐ ܕܩܘܕܫܝ. Eno aquimth malchi gal zzheiun turo dqudſi. ideſt. Ego ponam vel poſui regem meum ſuper ſion montem ſanctũ meũ. & pſalmo. iiii. ܟܕ ܩܪܝܬܟ ܥܢܝܬܢܝ. Cad krithoch gnaitoni. hoc eſt. Quando vocaui te exaudiſti me, vel reſpõdiſti mihi, & in alijs quamplurimis pſalmis. Quomodo autem Iod in verbis vſui eſſe poſſit, tam Hebræis, quam Chaldæis, & quomodo adiectiua & abſtracta etiam nomina faciat, & quid in ipſis verbis operetur, quando poſt primam & intra dictionis limites repertũ fuerit, ac verbale nomen efficiat, & quomodo poſt literam ſecundam participium cõſtituat, aut qua ratione ſæpe ſcribatur & non proferatur, ſiue in diphthõgo, ſiue etiam ſine diphthõgo, & alia multa cũ in verbis, tum in nominibus, iſtius literæ officia, & mutuã cum Oleph, in quieſcentibus

cõmutationẽ

commutationem,in aliud tempus explicandum relinquimus. Decima p̄terea litera eſt alphabeti Hebraici & Chaldaici,& paruo hoc elemēto,atq; impartibili(vt ſic dicam) punctulo,denarium numerum indicant,& decimæ numerationis principium faciunt. Et auctores qui literarum Hebraicarum formas,numerationes & myſtica in eis latentia ſenſa explicant,magna in hac litera Iod, in eſſe aſſeuerant, illamq; tanquam alterum chaos,& primam ὕλην, ylin omnium numerationum,& principium exhibent: prægnantemq; eſſe contendunt,& prolificam,cum tamē puncti locum obtineat,& impartibilis ferè ſit,parua quidē viſu, ſed magna effectu, vt non ab re ineffabile illud Dei nomen, Iehouah,quod Tetragrammaton appellant,ab illa incohare voluerit,& Seruator noſter Ieſus,nomē ſuum ab eadem auſpicatus ſit, cuius typum gerebat ille, de quo dixit annoſa mater,riſum fecit mihi dominus,à cuius matris nomine(vt ſupra tactum fuit)quod cum adhuc ſterilis eſſet: atq; in fœcunda Sarai erat,omnipotens deus, fœcundam illā atq; prolificā eſſe volens, Iod literam auferens,Sarah, inquit nomen eius erit,auferēſq; ab eo Iod, primam ipſius ineffabilis nominis literam quæ denarium indicat,& ſecūdam eiuſdem nominis.He.ſcilicet quæ quinarium, dimidium denarij numerum oſtendit,ſuſtituens filio præſtituit, atq; quod vni abſtulit,alteri conceſſit,nec tamē vllum eorum,virtute literarum ſui nominis expertem eſſe voluit,ſed nec cōiugem illius (de quo mentionē fecimus) Abrahā, cum quo cum Berith,pactum ſcilicet,atq; fœdus ſuū omnipotens deus,initurus eſſet, atq; producturus ingentem magnam,patremq; multarum gentium eſſe facturus,partē

decimæ

decimæ ab vxore ablatam, illius nomini ſubintulit dicens. Ecce ego pactum meum tecum, & eris pater multitudinis gentium, & non vocabitur vltra nomē tuum Abram, ſed erit nomen tuum Abraham, quoniam patrem multarum gentium conſtitui te. Ecce quātum illa quinta numeratio intulerit Abrahæ, ingentem nimirum in lumbis eius genitalem virtutē, plurimam in vxoris eius vmbilico, in prole gignenda fœcunditatem, & in vtriſq; riſum, in altero tamen cordis, in altera vero oris, decimaq; iſta numeratio in marito & in vxore ꝑfecta eſt. De qua quidē decima iſtius Iod, numeratione innumeræ cū procedere valeāt numerationes, & ex eis myſteria penè infinita coniectentur, qui de hac re loquntur, ſi ea recenſere voluerimus, volumine opus fuerit non introductione, iccirco de eadem finem faciemus. Illud tamen intactum non prętermittentes, quod de hac decima Mathematici loquūtur, atq; Geomantici; qui decimam domum fortē eſſe aſſeuerant, cuius principium in meridiano conſtituitur, nominaturq; angulus cœli & cardo, ac cuſpis meridiei, & eſt è regione anguli noctis & eſt domus regia, imperij, ſublimitatis, exaltatiōis, nobilitatis, honoris, & bonę famę, aſpicitq; aſcēdens quarto aſpectu. Et quid rogo hoc melius in Abrahā, & in vxore cōuenit, quam id quod de hac domo iſti aſſeuerant. Videbat quippe deus (ſi fas eſt dicere) imperfectam quandam inimicitiam cum illis exercere, cum tanti temporis ſterilitate mulctaſſet, tamen quia decima regia eſt, & ad regē ſpectat ſublimare & exaltare, ecce quod Rex omnipotens: & maritum, & vxorem, iam penè decrepitos, quali dignitate decorauerit, cum illum multarum gentium patrē, hāc prole

fœcundam

fœcundam effecerit. Sed nimium vagamur, metaſq; egre⸗dimur, dum literæ iſtius vim conſideramus. Inter duplices quoq; numerari poteſt, cùm vtrinq; ligari queat, nam cũ in medio eſt præcedentem & ſequentem literam dextra læ⸗uaq; complectitur manu, ſi modo ex his literis fuerint, quę ligari ante retroq; valeant.

¶ ܟ .ܟܘ. Coph litera (præter ea quæ de illa iam dicta ſunt) ſeruilis eſt, ſicuti & Caph apud Hebræos & eodẽ ferè officio fungitur. Quippe quæ, in principio verbi addita, infinitiuum & gerũdium inſinuat, vt de literis baclem, in Hebraicis traditionibus habetur. In fine vero denotat pronomen tuus tua tuum, tibi te, & ſemper profer⸗tur cum Odom, ſcilicet per och, ſi modo nõ præcedat vo⸗calis litera Iud, quia tunc profertur, aut per Odom, aut per Iſhhaq, per o, videlicet, aut per i, och, nimirũ, & ich, exem⸗pla paſſim obuia erũt in pſalterio, & pro pręſentis loci tra⸗ditione, ĩ pſalmo. 5. vbi nos dicimus. Quoniã ad te ora⸗bo domine. Chaldaice. ܡܛܠ ܕܠܘܬܟ ܡܨܠܐ ܐܢܐ Metul daluathoch mazzle eno. propter quod ad te orabo, vel orans ero ego. ibidem. Et in mane aſtabo ܘܐܬܚܙܐ ܠܟ Vethhhze loch. Et contemplabor te, vel & apparebo tibi. Et paulopoſt ܢܚܕܘܢ ܒܟ ܟܠ ܕܡܣܒܪܝܢ ܒܟ Nehhdhun boch, damſabrin boch. Lętabuntur in te omnes qui ſperant in te. Et interpoſita li⸗nea, vbi dicimus. Et gloriabuntur in te omnes qui diligũt

nomen tuū. ❖ ܢܬܓܐܣܢܘܢ ܒܟ ܟܠ ܪܚܡܝ ܫܡܟ ❖ Nethgaſnun boch cul rohhmai ſmoch. Fortificabuntur, ſeu roborabuntur in te omnes amatores nominis tui. Et in eodem pſalmo paulo ſupra, vbi dicimus, Neque permanebunt inſipientes, ſeu qui ſe laudant, & cū iactantia ſe inſolentius efferūt. ܩܕܡ ܥܝܢܝܟ Q udhom vel Kdhom gainaic. Ante oculos tuos, vel in cōſpectu oculorū tuorū. Et Deuteronomii.v. ܐܢܐ ܡܪܝܐ ܐܠܗܟ. Eno morio alohoch. Ego dominus deus tuus. Et hic aduertendum eſt, quod quādo maſculini eſt generis, ſemper profertur per och, niſi vt pauloante dictum fuit. Cū vero eſt fœminini generis, tunc habet Eſaii, & effertur ſeu enūciatur, per ech, vt Lucæ. 1. ܫܠܡ ܠܟܝ ܡܪܝܡ. Slam lec Mariam. Pax tibi Maria. Et hic quoque obiter animaduertendum eſt, quod cum fœmininum eſt referens genus, tūc illi ſæpenumero ſuperadditur Iud, vt hic vides, & nihilominus, haud quaquam profertur, tametſi ſcriptum appareat, neq; enim dicimus. Slamlechi, ſed Slamlech, vt etiā ibidē. Dominus. ܥܡܟܝ. Gamech. non gamechi, ideſt, Tecum, & ibidē. Benedictus fructus. ܕܒܟܪܣܟܝ Dabcharſech ideſt, ventris tui, vel qui in ventre tuo, o Maria. Cum vero

pro

pro hominis ventre accipitur,tunc per Odom profertur. vt in pſalmo. 1 3 2. in quo habemus. Iurauit dominus Dauid veritatem, & non fruſtrabitur eũ, vel non auertet ab ea. ܕܡܢ ܦܐܪܐ ܟܪܣܟ ܐܘܬܒ ܥܠ ܟܘܪܣܝܟ ܀ ܐܢ ܢܛܪܘܢ ܒܢܝܟ ܩܝܡܝ. Dmen phirai carſoch auteb gal curſioch ⁘ an netrun bnaic quoimi vel kiomi. De fructu ventris tui ponam ſuper ſedẽ tuã, ſi cuſtodierint filij tui pactum meum. In hoc quoq; loco notanda eſt metatheſis Dolad, articuli genitiui caſus, nam additur ad præpoſitionem men, cũ tamen ſeruiat genitiuo carſoch. ideſt, ventris tui, alias enĩ dicere deberet, dcarſoch, & hæc metatheſis per ſæpe fit. Præterea etiam hic obſeruãdæ ſunt in primis carſoch, quia ad Dauid ventrem refertur iccirco per och, prolatũ eſt. Similiter & curſioch, pro eo, quod ſupra dictum fuit Coph, in fine additũ, quando maſculini generis pronomen inſinuat, proferendum eſſe per och, ſi modo non præcedat Iud, quia tunc & per Iſhhaq, vt in exemplo ibidem poſito, & in tertia hic notãda dictione bnaich. Et p̃ Odom, vt in præſenti dictione curſioch. Nam pro Sede, Throno, ſiue etiam Solio. Chaldæi hñt. ܟܘܪܣܝܐ. Curſio. vt in pſamo. xi. ܡܪܝܐ ܒܫܡܝܐ ܟܘܪܣܝܗ. Morio baſmaio curſihe. Dominus in cœlo ſedes eius. & in pſalmo. ix. & in alijs multis pſalmiſtę locis. Cæterum quãdo Caph, apud Hebræos, ſit pro aduerbio ſimilitudinis, ſicut, quemadmodũ, veluti, inſtar, ferè, & pro id genus alijs, aut exiſtimationis, & coniecturę, aut

verificationis, vidẽdi ſunt, tam veteres, quam noſtri tempo‍ris diligentiſſimi grammatici, qui de Hebræorum præce‍ptionibus ſcripſerunt. Chaldaicum Coph, vtrunq; He‍braicum Caph, in ſe continet, capitale, ſcilicet (quod aiũt) & finale. Quandoquidẽm caput iſtius ab Hebræo capi‍tali, & finis à finali, nihil omnino diſcrepet. Ligabilis præ‍terea litera eſt, nam principium; & cum præcedẽti, & cum ſequenti ligari poteſt, finis vero præcedentem dumtaxat li‍teram amplectitur. De eius prolatione, ac de eiuſdem cum aliarum diuerſi generis linguarum literis conformatione, & varia illius cũ rubri coloris puncto enunciatione, quia in ſuperioribus à nobis abunde ſatis dictum fuiſſe arbitra‍mur. Icciro ad alia eius officia diſcernẽda trãſitũ faciẽtes, numerationes illius nõ ꝑtermittẽdas duximus. Vndecimã licet in numero literarũ alphabeti ſita ſit, & prima poſt de‍cimam conſpiciatur, duplicatum tamen denarium nume‍rum: vigeſimam ſcilicet numerationem, tam Hebręis quã Chaldęis, Syris, & Gręcis, inſinuat. Initium pręterea eſt, quartę connexionis literarum primi modi, & finis alterius quartę ſecundi modi, cuius etiam caput ſemicirculi dextri, ac lunę faciem reddit, vt non ab re à latinis dictum fuiſſe ar‍bitrer. c. literam inuerſam Hebręorum, ſcilicet Chaldęo‍rumq; more ſcriptam, fœminam repręſentare, & caiam ſi‍gnificare. Quę itidem mutato ordine, inuerſis nimirum cornibus, Chaldeę, Hebreęq; oppoſitis conſtituta, maſcu‍lum, ſcilicet Solem, in ſacris ac myſticis ſenſibus deſignare valet. Et. c. ſanè latinũ, Caium, vel Gaium, ſignificare, ex Probi, & Quintiliani, & aliorum grammaticorum ſcrip‍tis traditionibus manifeſtum eſt. Cęterũ vndecima iſta nu‍

meratio

meratio in cœli domibus cõſtituẽdis, apud Aſtronomos bona ſemper habita eſt, in qua Iouem aiunt, gaudere, & aſcendens Sextili (verę ſcilicet atq; patentis amicitię) aſpectu conſpicere, & illam fortunę amicorum, & ſpei proſperę domum appellare conſueuerunt, vt non ab re etiã hinc conſiderare poſſimus, quod quinto die ſummus ille omnium conditor deus duo luminaria magna fecerit, quorum alterum quod nocti pręeſſet ab alio lumen mutuaretur. Repãdum quippe ſinum, apertis vndiq; cornibus, Soli, lumen ſuum impartiri minime neganti, oſtendit. Et ſextam ſuſpitiens aduenientem, ad vndecimam cõſtituendam numerationem, non refugit. In qua homo creatus eſt, maſculum enim & fœminã creauit eos, vt mutuo amplexu, mutuis coniunctionibus, mutuoq; amore cõiuncti, fœcũda prole multiplicati, replerent terram. Proinde etiam qui de literis Hebraicis atq; Chaldaicis tractauerunt, Coph, ſeu Caph. in Lamed. & Mim. intrare aſſeuerãt. vt ĩ ipſis literis videbimus. Litera iſta ne dũ apud Gręcos, verũ etiã apud Latinos, mali nõnunquam ominis fuit. & iccirco in prouerbium tranſiit κάππα διπλοῦν, ἄνθρωποι κακὸν, τρία κάππα κάκιστα, Cappa diplun anthropon cacon. tria cappa caciſta. Duo cappa hominem malum indicant. tria cappa peſſima ſunt. peſſimi ſcilicet hominis inditia. Cappadocis nimirum Cilicis, atq; Cretenſis. nam vt ait beatus Paulus κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται κακὰ θήρια γαστέρες ἀργοί, Crites ai pſeuſtę caca thiria gaſteres argi. Cretenſes ſemper mendaces malę beſtię ventres pigri. Et in libris Sybillinis (ſi beato Auguſtino credimus) trium iſtarum literarum mentio facta eſt. per quas Cornelij tres deſignari videbant. Cornelius ſcilicet

Sylla.

Sylla, Cornelius Cecinna, Cornelius Lẽtulus. Hinc etiã Plautus ſimili ſchemate furem, trium literarum hominem, appellauit. Præterea literã .c. apud iudices Romanos condemnationis notam fuiſſe proditum eſt, eorũ quippe mos fuerat cognitæ cauſæ tabellas in vrnam æneam, ſiue ciſtã conijcere, in quibus ſi .c. litera comperta fuiſſet, condemnati, capitis poteſtas in manu carnificis mancipabatur. Si vero .a. pœnam remittendam, abſoluendumq; reum fore cognoſcebatur. Quod ſi forte fortuna iudicum animus, nec dum in alteram partem fixus eſſet, ſed hæſitãs dubiuſq; adhuc, & ancipiti deliberatiõe diſtractus foret, nec cauſam clare cognoſceret, & ꝓinde dilatione, cõperendinatiõeq;, atq; ampliatione opus eſſe cenſeret, duas tunc literas .n. ſcilicet & .l. non liquere nimirum ſignificantes inſcribebãt. Auguſtus vero ille Cæſar, ſub quo pace longa vigẽte, natus eſt Saluator noſter Ieſus Chriſtus (qui ſcelerum pœnã remittere, peccataq; hominibus ignoſcere venerat) tertiam iudicibus tabellam tradidit, vt qui condemnandi, aut certe abſoluendi, dumtaxat notam haberent, ignoſcẽdi quoq; calculum haberent, quo accuſato ignoſcẽdum, veniamq; dandam, demonſtrarent. Poſſem hoc loco non inutilem forte ſuſcitare controuerſiam, quæ inter grammaticos verſari ſolet. An ſcilicet latini bene fecerint .k. & .q. in literarum numero accipere, cum .c. litera, idem fere poteſtate & ſono valeat. Sed in præſentia prætermittendam duxi, quãdoquidem vt etiam in cæteris linguarum varietatibus, literæ quædam aut notæ, & ſigna, non ab re cõperta fuiſſe conſpicimus, quo facilius commodiuſq; verba aliqua, & dictiones enunciari valerent, ſignificatiq; differẽtiam inſinuarent.

nuarent. Quæ ſanè nomina aut verba ſi cum vno elemẽ-
to ſcribantur, vnum aliquid ſignificant, quod cum alio ne
quaquã. Iccirco optime quidem (meo iudicio) Hebræo-
rum grammatici, tam veteres, quam recentiores dixerunt,
cauendum eſſe ne vna litera pro alia proferatur. Hinc tãta
apud illos (vt ſupra dictum fuit) punctorũ varietas. Hinc
apud Punicos, Arabes, Armenos, Indos, Macedonas,
Dalmatas, Græcos, & Latinos, & cæteros, de quibus in ſu-
perioribus verba fecimus, orta, inuẽtaq́, ne dum literarũ,
verum etiam accentuum, ac punctorum tot diuerſa gene-
ra. Hinc Chaldæi, & Syri, vt Hebræos taceam, vtrunq;
Coph, vario modo proferunt. Et Coph, quidem vndeci-
mam alphabeti literam, de qua in præſentia tractamus, &
qua pro. c. (vt oſtendimus) paſſim vtimur, liberiori oris
hiatu, ſuperioribus inferiora labia dentibus comprimen-
tes, proferunt. Coph vero decimamnonam literam, quæ
pro. k. &. q. nobis ſuccurrit, productis aliquãtulum labijs
& arcuata, ac ad radices anteriorum dentium adpulſa lin-
gua, rotundo ore, obtuſo nihilominus vocis ſonitu, nec la-
bris dente compreſſis enunciant, ne vnum pro altero re-
dere videãtur. Quod etiam in litera Taf, & Thita, necnõ
in Cappa, & Chi, apud Græcos obſeruatum vidimus. Et
Cappa quidem Græcum maiores noſtri vario in noſtros
vſus modo acceperunt. Vertentes, cum in. c. vt apud Euã-
geliſtam Lucam cap. 2. vbi legimus hęc deſcriptio prima
facta eſt à Præſide Syriæ, κυρηνίου, cyriniu, Cyrenio quem
Ioſephus in. 17. &. 18. antiquitatis Iudaice, Cyrinum cõ-
ſularem nominat. Et Perſarũ ille famigeratus Rex κῦρος,
Cyrus, Gãbiſę, & Mandanes filius. Et κυρηναῖον, Cyrinęon

Cyrenæum,

Cyrenęum, ἀπὸ τῆσ κυρήνησ, apo tis cyrinis, à Cyrene Inſula. Et κυρηναϊκή, cyrinaici, cyrenaica ab Ariſtippo Philoſopho ſecta appellata eſt. Tũ vero in.q. vt Ἀκύλασ, Acylas, in nomine Aquilę Philoſophi, ſeu alterius Grammatici, & Muſici. Et Ἀκύλλιοσ, Acyllios, Aquilius ille Regulus Romanus fidei ſpeculum. Et Κυρῖνοσ, Cyrinos, Quyrinus, & çantatiſſima Italiæ Patriarchalis Ciuitas Ἀκυλήια, Acylija, Aquileia. Et Quadratus ille q̃ ab origine Vrbis Romæ, vſq; ad Alexandrum Cęſarem, Mammeę filium, hiſtoriã compoſuit, Κοδρᾶτοσ, Codratos, ſcribitur à Gręcis, qui etiã Quęſtorem Κοιαίστωρα, Cięſtora, dicunt, Et Paulus Apoſtolus ad Roma. 16. ait, καὶ Κούαρτοσ ὁ ἀδελφοσ, kæ cuartos ho adelphos, & quartus frater. Et vt tãdem finem faciam, quis non nouit Titum Manlium illum Romanum, qui ad Anienẽ (vt Gręci auctores & noſtri aſſeuerãt) Galli, quem ab eo prouocatus occiderat, ſanguinolẽto torque detracto, Torquati nomen inuenit, à Gręcis Τορκουάτον. Torcuaton, per.c. à noſtris per.q. vbiq; ſcribi, quod ſi.k. loco.c. vel.q. ſubſtitueretur, rogo te quicunq; es, vt aures conſulas, & quod inde ſonabit, ſi latinam vocem, an externam neſcio quã reddat, reſpondeas. Exempla ne dũ propriorum nominum, verum etiam aliorum quã multa adduci poſſent, quę ſi aliter ſcriberentur, Barbarum quiddã penitus reſonarent, quę breuitati conſulentes, & adſequentem duodecimam Lomad literam properantes, in pręſentia miſſa facimus.

¶ \\ . \\. Lomad itaque litera linguæ inſtrumẽtũ in ſui prolatione requirit, & vt in nomine, ita & in

officio

officio cum Hebræa conuenit. Præpoſita quippe dictionibus vicē obtinet præpoſitionū ad apud, vt in pſal. 142. ܒܩܠܝ ܠܡܪܝܐ ܩܪܝܬ. Bquoli lmorio qrith. In voce mea ad dominum clamaui. Eſt etiam articulus obliquorū, & maxime datiui caſus, vt ī pſal. cx. ܐܡܪ ܡܪܝܐ ܠܡܪܝ. Emar morio lmori. Dixit dominus domino meo. Et ſeruit pro vna ex literis baclem, ſicuti vt apud Hebræos Lamed, vt ī pſal. ciiii. ܠܡܦܩܘ ܠܚܡܐ ܡܢ ܐܪܥܐ. Lmaphaqu lahhmo men arego. Ad producendum panem de terra, vel vt producat panem de terra. Similiter & in pſal. lxviii. Mons quē elegit ſibi deus. ܠܡܬܒ ܒܗ. Lmetab bhe. Ad habitādum vel vt habitet in eo. Inter duplices cōnumeratur, quia vtrinq; ligabilis eſt, vt in exemplis paulo ante adductis comprehendi poteſt, & non ſine aliqua ſui diminutione ligatur, & in fine dumtaxat integra manet, vt ܓܠ. Gal. Et in multis ſimili modo in fine reperta, licet cum præcedenti copuletur, integra tamen perſeuerat. Cum ad gerundium infinitiuum ve faciendum prę ponitur, etiam cum Mim, vt plurimum cōiuncta reperit, vt fortaſſe in litera Mim, dicetur, quod tamē patet ex ſuperius adducta auctoritate pſa. ܠܡܦܩܘ. Lmaphacu.

A verbo quippe quod prodijt, pceſſit, exiuit vel egreſſus eſt ſignificat, ſcilicet ܢܦܩ. Naphaq. vt in pſal. lxxiii. ܘܢܦܩ. Vanphaq. & prodiit quaſi pinguedo iniquitas eorũ. Formatur verbũ ܐܦܩ. Apheq. & ܐܦܝܩ. Aphiq. Hinc futurum ܐܦܩ. Apheq. ideſt conuertã, vt in pſalmo. lxviii. Dixit dominus ex baſſan cõuertã, vel ܐܦܩ. ܕܡܢ ܒܝܬ ܣܢܐ ܐܦܩ Dmē beith ſenæ apheq. Quia ex domo ſeneorum cõuerti faciã, & ܘܡܦܩ. Vmapheq. Qui eduxit, in eodem pſalmo, & in pſalmo. cxxxv. etiã ܕܢܦܩ. Dnopheq. vt in pſalmo. xix. ܘܗܘ ܐܝܟ ܚܬܢܐ ܕܢܦܩ ܡܢ ܒܝܬ ܓܢܘܢܐ. Vehu aich hhathno dnopheq men beith gnuno. Et ipſe tã quam ſponſus procedens de thalamo. & ܡܦܩܢܐ. Maphquono. vt ĩ dicto pſalmo. lxviii. ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܡܪܗ ܕܡܘܬܐ ܘܡܦܩܢܐ. Morio aloho morhe dmauto vmaphquono. Dominus deus dominus ipſius mortis & egreſſionis, exitus & interitus. & per metaphoram Maphquono, pro ſtercore, & egeſtione ſumitur. Similiter & a verbo ܪܗܛ. Rehat. Cucurrit ormatur futurum, cũ additamēto Olaph, ex literis Ethan, videlicet

videlicet ܐܪܗܛ Erhat. Curram. Hinc formatur gerū dium cum additione Lomad, & Mim, vt dicto pſal mo. xix. ܢܕܘܨ ܐܝܟ ܓܢܒܪܐ ܠܡܪܗܛ ܐܘܪܚܗ: ܡܢ ܣܘܦܝ ܫܡܝܐ ܡܦܩܗ ⁘ Nduzz aich ganboro lmerhat vrhhe, men ſauphai ſmaio maphqhe ⁘ Exul tauit vt gigas ad currendam viam, ab extremitatibus cœli egreſſus eius ⁘ Cæterum Chaldaicū Lomad, duodecima in ſede locatur, & quartæ cōbinationis, & vtriuſq; modi particionis medium ſibi vēdicat. Hebraicum vero Lamed, extremas quartæ cōnexionis partes occupat, quę ex Caph, & Lamed eſt, ſcilicet ex manu, diſcipli na, ſeu corde, vt diuus Hieronymus ait. Manus in opere, cor & diſciplina intelliguntur in ſenſu. Quandoquidem nihil facere valeamus, niſi prius quæ facienda ſunt ſciueri mus. In intellectu enim prius cōſiſtunt (ait Philoſophus) quam in ſenſu. Quintæ præterea alterius particionis me dia litera eſt, vicaria ſcilicet, mobilis, atq; ſubſeruiens. Con ſtare illam perhibent (qui de Hebręorum literis tractauerūt) ex Vau, & Caph, Vau ſuperiora, Caph inferiora eius oc cupat. Alta petit Vau, ſed Caph cornu contendit ad ima. Senario quo mundus factus eſt Vau elatam ad cœlos cer uicem eleuat, nubes penetrans, & mundum humilem, quē Caph, occupare dicitur, ſuo calcans veſtigio, & dum alte ra (vt aiunt) humeros cōſcendit alterius, turris efficitur & vocatur, non tamen gigantea ex qua diuino fulmine tacti,

miſerabiliter corruerunt,in duodecimam hãc quam Mathematici & qui à terræ vaticinio Geomantici dicuntur,& Aſtrologi,malam domum,ac tenebrarum puteum appellant. Saturnumq; humanæ naturæ euerſorem in ea gaudere,& eſſe triſtitię,inuidię,deceptionis,& caliditatis,carceris, ſepulturæ,inimicorumq; domum. Cum in eadem prædominium(vt aiunt)habuerit ſexta numeratio,quæ iuxta eorũ traditiones,ſimiliter mala eſt,& in ea lętus habitet Mars, nec aſcẽdens aſpiciat, impedimenta pręſtantibus ſeruitute atq; infirmitate,quę in ea,ceu in carcere cõcluſa referunt. Myſticis tamẽ archaniſq; modis ſexta vigeſimam conſcẽdit numerationem,& turrim cõficit non Babel,ſed turrim Dauid,de qua in canticis canticorum. Turris Dauid collum tuum. Et turrim fortitudinis,de qua dicitur,turris fortiſſima nomen tuum. Nomen inquam de quo dictum eſt, nomen amephoras ineffabile ſcilicet, & quatuor vocaliũ, in quo numeratio iſta vigeſimaſexta continetur, quam & Lamed,duodecima hæc litera cõplet. Nã Vau ſex, Caph viginti,ex quibus litera ipſa conſtat,efficiunt. Et diuini nominis numerationem reprę́ſentant,& aliquid etiam vltra,ſi quatuor literarum numerum,non numerationes conſiderauerimus. Quaternarium quippe numerũ ſi addideris, (de quo fortaſſe Pythagoras in carmine aureo, ſi modo illius eſt,ſenſiſſe videtur, cũ ait. Ναὶ μὰ τὸν ἁμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετράκτην παγὰν ἀενάου φύσεως, Næ ma ton ametera pſicha paradõta tetractin pagan aenau phyſeos. Nę per noſtrę animę dantem quaternionem,fontem perhennis naturę. Non abſq; latentibus myſterijs trigeſimum numerum cõficiet,& proinde illum etiam deſignat,de quo ſi opportunum

tunum viſum fuerit in ſequēti cōputatione verba faciemus. In quo autem Lamed, cum Chaldaico Lomad, & Punico Lam, ac Armenico Lun, atq; cum cęterarum linguarum ſimilis virtutis litera, conueniat, in ſuperioribus ſatis dixiſſe arbitramur, in pręſenti propterea loco, vlterius non progrediemur. Quod vero Lambda, ſeu etiam .l. noſtrū aliquando in conuicijs habita fuerint, & in prouerbio diuulgata Ariſtophanes expreſſiſſe videtur, cum ait, Δοκεῖ δὲ μοὶ καὶ λάμβδα κατά τοὺς λεσβίους, Docēi de mi kę lambda cata tus leſuius. Videtur autem inquit mihi & lambda ſecundum Lesbios, alludens ad communem literam lambda, quę prima eſt in Lesbijs, & in obſceno verbo, λαικάζω τὸ πορνεύω, Lęcazo to porneuo. Fello, irrumo, ſcortor. Obſcęnam quippe maſculā in viros turpitudinē apud Lesbios primum fuiſſe inuentam perhibēt. Quod etiam innuit Theopompus ī Vlyſſe dicēs. Ἱνα μὴ τὸ παλαιὸν τοῦτο καὶ τρυλλούμενον δι᾽ ἡμετέρων ςομάτων εἴπω σόφισμα ὃ φάσι παῖδας λεσβίων εὑρεῖν, Ina mi to palęon tuto kę tryllumenon di himeteron ſtomaton ipo ſophiſma ho phaſi pędas leſuion eurin, ideſt Vt nō vetus illud peruulgatum ſophiſma ore noſtro proloquar, quod aiunt pueros Lesbiorum reperiſſe. Et Stratocles ī Troylo. Μὴ ποτε ὦ παῖ ζηνὸς ἐς τ᾽ αὐτὸ μόλης, ἀλλὰ παραδοὺς τοῖς λεσβίοις χαίρειν ἔα, Mi pote o pę zinos es taſto molis alla paradus tis leſuijs chęrin ea. Nūquā o fili Iouis in id peruenias, verum hoc Lesbijs relinquas, ac valere ſinas. Quod vitium noſtri quoq; taxauere poetæ, cum alter ait. Speculum pathici geſtamen Othonis. Alter vero. Corue ſalutator, quare fellator haberis &c. Quam forte ob cauſam (ſi modo temporum ratio non contradicat) ex noſtris

ex noſtris antiquis complures aliquādo deſtiterunt dictiones nonnullas ab.l.incipere,ſed illis.s.&.t.præponebant,(Quintiliano teſte)dicentes,Stlitium,pro litiū,& Stlotū, pro lotū,& multa alia ſimili modo.Marcus etiam Tulius Cicero,& alij nō infimi nominis autores tradūt.In omnibus Terracinæ parietibus inſcriptas fuiſſe literas. Tria ſcilicet.L.L.L.& duo.M.M.Quod commodiſſime, ac feſtiuiſſime in.C.Memmium Craſſus orator intulit. Cūq; quęreret quidnam ſignificarēt,Oppidanus quidam ſenex hoc ſignificare ſubiunxit. Lacerat.Lacertū.Largij.Mordax.Memmius.Memmius vero hic,ſit ne ille qui in Cæſarem(Tranquillo teſte)mordax fuit. An alius Memmius,de quo Catullus,ac etiam Ouidius.

Quid referā Ticidę,quid Memmi carmē,apud quos,
Nomen adeſt rebus,nominibuſq; pudor.

Curioſis veſtigāda relinquimus,nobis enim ſatis ſuperq; fuerit inſinuaſſe, nō modo.l.verum etiam.m.apud veteres in conuitio fuiſſe.Seſtertium tamen(numum ſcilicet argēteum duarum librarum & ſemis)apud priſcos per duo.ll.&.s.notatū referūt Priſcianus,& ante illum Varro, quod cernere quoq; licet,in vetuſtiſſimis Ciceronis libris,in quibus preſertim ſcripta In verrem continentur, & in alijs etiā vetuſtis ſcriptorum codicibus.Quamquam noſtris temporibus per ita græcum,ſeu aſpirationis notam.HS. inueniatur ſcriptū,aut p geminū. II. &. S. linea per diametrū vtrunq;.I.ſecante,& cum.S.hoc modo. HS. copulante.

¶ ܡ. ܡ. ܡ.Mim tertia decima in ordine literarū eſt, & tā apud Chaldæos,quā apud Hebræos,

inter

inter labiorum literas computatur, & in multis cū Hebręa eodem munere fungitur. Concurrit etenim ad cōſtitutionem nominis denominatiui, & verbalis atq; participij ad frontem addita, vt quod Hebræus in pſalmo primo dicit. ומושב לצים לא ישב Vſmoſcau lezzim lo iaſcau, ideſt. Et in ſede deriſorum non ſedit. ibi Chaldaica litera habet. ܘܥܠ ܡܘܬܒܐ ܕܡܩܘܢܐ ܠܐ ܝܬܒ. Vgal mauetbo damiquonæ lo itheb. A verbo namque itheb, quod ſedere ſignificat deriuatur ܡܘܬܒܐ. Mauetbo. ideſt. ſedes, ſeu cathedra. Et hoc verbum notandū eſt, quia vnum eſt ex his in quibus Chaldæi mutant Scin, in Thau, vt vides. Et ܡܘܬܒ. Mauteb. Qui habitare vel ſedere facit, vel ſedens. pſal. lxviii. vbi Hebræus מושיב Moſcib. ideſt, inhabitare facit. Hinc etiam ܕܝܬܒ. Diotehb. Sedens vel habitās, & qui ſedet. in pſal. ii. cuius plurale eſt ܕܝܬܒܝܢ ܒܬܪܥܐ. Diothbin btargo. Sedētes in porta. Et hic quoque optime te lector admonitum eſſe volo, vt notes etiam dictionem Btargo, in qua habes, & metatheſim, & immutationem literarum à Chaldæis factā, quippe quod Hebræi Scagar, per Scin, Ain, & Res, pro porta ſcribūt. Chaldæi pro Scin, Thau, ſcribētes, & metatheſi facta Res, & Ain, dicūt Tarago, ꝓ porta. Præterea litera Mim, dictionibus præpoſita ſuplet vicem,

vicem, prępoſitionum, a, ab, ex, de, in, vt in dicto pſalmo. ii. ܘܢܫܪܐ ܡܢܢ ܢܝܪܗܘܢ. Vneſre menan nirheun. Et proiiciamus a nobis iugum ipſorũ, & in multis aliis pſalmis. Quamquam perſæpe, vbi Hebræi ſolum Mim, ad frontem addere, pro id genus præpoſitionibus conſueuerunt. Chaldæi vt plurimum integram men, præpoſitionẽ addunt, vt in pſalmo. lxxxv. vbi nos dicimus. Et iuſtitia. ܡܢ ܫܡܝܐ. Men ſmaio. De cœlo proſpexit. Eſt etiã infinitiui & gerundii demonſtratiua, ſed raro aut nunquam ſine præfixo Lomad, inuenitur. vt in pſal. cxxii. ܠܡܘܕܝܘ. Lmaudoiu. Ad confitendum nomini domini. & in pſalmo. cxxvi. Magnificauit dominus. ܠܡܓܒܪ. Lmegbar. Facere, vel ad faciẽdũ, vel vt faceret cũ illis, & paulo poſt ܡܗܠܟܘ ܡܗܠܟ Mhalechu mhalech. ideſt. Ambulans ambulabit, vel eũdo ibit flens. & ibidem. ܡܐܬܐ ܐܬܐ ܒܚܕܘܬܐ. Metho othe bchadutho. ideſt. Veniens veniet, vel veniendo veniet cum gaudio. & in pſalmo. ciiii. Leones rugientes. ܠܡܬܒܪ ܘܠܡܒܥܐ ܡܢ ܐܠܗܐ ܡܐܟܘܠܬܗܘܢ. Lmetbar, vlmebgo men aloho mæcultehun. hoc eſt. Ad prædam intenti, vel ad prædandum, vel vt rapiant.

Et ad

Et ad quęrendum, vel vt quęrant à Deo eſcam eorum, & paulo poſt. ܠܘܝܬܢ ܗܢܐ ܕܒܪܝܬ ܠܡܓܚܟ.
Leuiothon hono dabrait lmeghhach. Leuiathan hic quē creaſti ad ludendū in eo. Et in pſalmo .xl. vbi dicimus. Expectans expectaui dominum. Chald. ܡܣܒܪܘ ܣܒܪܬ ܒܡܪܝܐ. Mſabaru ſabreth bmorio. Sperando vel ſperās, ſperaui in domino, & in multis alijs locis. Litera iſta vtrinq; ligabilis eſt, nam & præcedentem & ſequētem amplectitur, & (vt credimus dixiſſe) clauſa & patens eſt, vt Hebræa & Punica. Quadragenarium numerum, tam Hebręis, quā Chaldęis repręſentat, de quo numero ſatis abunde, & myſticis eius ſignificationibus in ſacris literis tractatur, tum in plagis ægyptiacis, tum in Hebræorum ſtationibus, tum in noctibus diebuſq; à Moyſe, Elia, Seruatoreq; noſtro Ieſu Chriſto, abſq; cibo potuq; tranſactis, atq; alijs id genus numerationibus, de quibus Eccleſiaſtici autores tractauerunt, ad quos etiā lectores in præſentia remittimus. Cæterū conſtare hāc literā perhibēt ex Vau, & Caph, non ſecus atq; Lamed, ſed alio, atq; alio modo. Lamed quippe elato vertice penetrat omnia, & tāquam ſponſa in thalamo, ac cubiculo altiſſimo, mater omnium efficitur. Mim vero ſeſe cohibet, in altū q; nō ſurgit, magni nominis loco contenta eſt. Et iſtorum elementorū conformem conflatum, difformes vero nutus, latiſſime noſtris temporibus Egidius Cardinalis in libello de Hebraicis elementis tractauit. Qui vult igitur ſacras in archanis,

 ac myſticas

ac myſticas iſtius literę Mim, intellectiones, numerationes, conformationeſq;, cum magni diuini nominis literis, atq; compoſitione cognoſcere, libellum perlegat, & diligẽter lecta conſideret.

¶ ܢܘܢ. Nun, quarta decima alphabeti litera duplex eſt, quia duplici nexu cum aliis quæ vinciri queunt literis hinc inde ligatur. Caput quippe illius in principio & in medio dictionis ſuo ordine ligatur. Finis vero non niſi à præcedenti dependet, cum ligabili literæ adhæſerit, vt in exemplis adducendis apparebit. Multa illius cũ Nun Hebræo munera cõmunia ſunt. Nam in tertia perſona futuri temporis, tam ĩ ſingulari, quã in plurali numero additur & verbum quoq; terminat, exemplum in pſalmo primo. Q uoniã nõ ܢܩܘܡܘܢ. Nqumun. Reſurgẽt impii in iudicio, ibidem. Et folia eius ܠܐ ܢܬܪܝܢ Lo nothrin. Non defluent. Et hic notabis punctum ſupra literã Nun, formatur enim Nothrin, a verbo ܢܬܪ. Nathar. Q uod marceſcere deflueręq; ſignificat. Et in futuro Hebræorum more Iod, ex literis ethan præponi debuerat, verum quia Syri & Chaldæi (vt credimus etiã dixiſſe) illius loco Nun, addere conſueuerunt in futuro, iccirco hoc in loco punctus ſupra poſitus defectum literæ inſinuat, & proinde geminum Nun, ex vſu linguæ ſubintelligendũ eſſe. Et in pſal. cxxi. vbi habemus. Leuaui oculos meos in montem ܐܪܝܡܬ ܥܝܢܝ ܠܛܘܪܐ ܡܢܟ݁ܐ ܢܐܬܐ ܡܥܕܪܢܝ. Aimebo nithæ mgadhroni.

mgadhroni. A quo vel vnde veniet auxiliũ mihi. Poſſent ex hoc pſalmo multa exempla adduci, ea quę diximus pro bãtia, quæ in præſentia miſſa facimus, ad pſalterium remittentes publicandum. Terminat præterea Nun, pleruníq; nomina in caſibus multitudinis, tam maſculini quã fœminini generis. Eſt quoq; inditiũ ꝓnominis, noſter, noſtra, noſtrum, in fine dictionis repertum, vt in pſalmo octauo.

ܡܪܝܐ ܡܪܢ ܡܐ ܡܫܒܚ ܫܡܟ ܒܟܠܗ ܐܪܥܐ.

Morio moran mo mſcabahh ſmoch bculho arago.

Domine dominus noſter quam laudabile nomẽ tuũ in vniuerſa terra. Et Mathæi. vii. in oratione Dominica ܐܒܘܢ ܕܒܫܡܝܐ. Abun dbaſmaio. ideſt. Pater noſter qui es in cœlis. & in plurali in pſal. xliiii. dũ dicitur.

ܐܠܗܐ ܫܡܥܢ ܒܐܕܢܝܢ ܀ ܐܦ ܐܒܗܝܢ ܐܫܬܥܝܘ ܠܢ

Aloho ſmagain bædhnain ⁘ oph abohain æſtagiu lan, hoc eſt. Deus audiuimus cum auribus noſtris. quin etiam patres noſtri annũciauerunt nobis. In præſcriptis pſalmi verbis cõpræhẽdere facillime poſſumus officia literæ Nun, ĩ fine tã verbi quã aliarũ dictionũ additæ. ܐܕܢܐ. ædno. quippe aurẽ ſignificat, vt pſal. xviii. ܘܡܫܡܥ ܐܕܢܐ ܢܫܡܥܘܢܢܝ. vmaſcmag ædhno neſcmagunoni, ideſt. Auditu auris audient

dient

dient me, vel auſcultabunt me, & obedient mihi. Et in plurali illud Olaph, finale, quod inſpiratũ fuerat per Odom, deſcendit ſeu verſum eſt in Abrohom, addita nihilominus ſyllaba, in, cum duobus pluralitatis indicatiuis punctulis ſup impoſitis, & bedhnain, ſimiliter & abohain, ſcilicet patres noſtri, vt etiam habetur in pſalmo. 78. Cæterũ Nun litera plerunq; abundat, nam ſæpe inſulcitur dictionibus ex luxu quodam, vel etiam ad ſignificati varietatẽ inſinuandam, nec tamẽ ſemper profertur, vt videre licet in pſal. 87.
ܘܠܨܗܝܘܢ ܐܬܐܡܪ ܓܒܪܐ ܓܢܒܪܐ ܐܬܝܠܕ ܒܗ
ܘܗܘ ܐܬܩܢܗ. Valzzehiun æthemar. gabro ganboro æthiledh bo vehu æthqnoh. Et ad ſyon dicetur vir vir vel vir fortis, aut vir gigas, ſeu potens naſcetur in ea. & ipſe fundauit eã. Semp enĩ a Chaldæis & Syris, nomen Gaboro, cũ ꝑ viro forti, potẽti, ac Gigãte ſumit, cũ Nun, ſcribit, & tamen nõ profertur, vt in pſalmo. 19. 24. 33. 45. 52. Cum vero ſimpliciter virum deſignat gabro ſine Nun ſcribitur, vt in pſalmo. 1. 5. 8. 12. 52. 78. 129. & in quãplurimis alijs pſalmis, ex quibus facile dignoſci poteſt, quod litera Nun addita, non tamẽ prolata, neſcio quid addit ei cui additur, vt in ſupraſcriptis nominibus Gabro, & Ganboro. Nam ſine Nun, virum ſignificat, vt dictũ eſt. cum Nun autem, virum quidẽ ſignificat, ſed virum fortẽ, potentem, validum, toroſum, cæteros magnitudine & corporis mole excedentem, & (vt ſic cum maioribus noſtris dicam) Gigantem. Quid vero rogo te (vt fabulas præter mittamus) nobis inſinuat Gigas, quam virum communes

naturæ

naturæ metas excedentem, & dictas qualitates præ cæteris viris habentẽ. Abundat etiam Nun, in quamplurimis alijs dictionibus, quæ in præſentia prætermittimus. Quomodo etiam cum aliarum ſuperius dictarum linguarũ literis conueniat, iam ſatis diximus. Verũ quia de Mem, & Nun, immẽſas (vt ſic dicam) diſputationes faciũt, qui de illis tractauerunt, non progrediar vlterius. Conſtare tamen Hebraicum Nun, ex duobus Iodin videtur, ſuperiore & inferiore, vt vnum caput alterius conſcendat, ſed extremum nõ nihil in ſiniſtrum latus caudam protẽdat. Quorum computationes, calculos, multiplicationes, auctiones, particiones que, quantum ad numerationes ſacras conferant, ſtudioſis cogitandas relinquo. Sunt præterea qui Nun, conflari ex Zain, velint, & Iud, quorum quãti ſit faciẽda opinio, ne videar contra Dei legem à Moyſe conſcriptam, totos manipulos ex agro velle decerpere, & aduenientibus colligendi, ſeu racemandi ſpem relictę meſſis abripere, prætereundum duxi. Illud tamen admonuerim Mem literam, aquarum atque (vt theologorum qui de hac re ſcripſerunt verbis vtar) Oceani naturam habere, iureque Nun ſocię quinquagenarij ſymbolo cõiungi, quo Homerus, Heſiodus, & ante eos Orpheus, omnem græciam hoc eodem filiarũ Oceani numero compleuerunt. Prætereo quod aſſerunt mundum medium ex orbibus ſeptem conſtare, quorũ numerus in ſe receptus & multiplicatus ad vnũ de quinquaginta pertinet. quo numero mũdus ſecundus, hunc tertiũ reſpiciens, cõtinetur. Atque inferioris mundi quinquaginta nouẽ portas, poſt quas aſcẽdẽti Bina (quæ eſt tertia primi mundi numeratio, quam ſpiritum mentibus intellectũ

dantem,

dantem,&ſpiritualem lucem nominãt)occurrit quinqua-geſima mortalibus ignota. Icciirco nouem & quadraginta quæ in humana vergũt patuiſſe Moyſi, quinquageſimã illum fugiſſe nemo inficiatur. Meſſiæ manu aperiẽda erat, apoſtolorum corda complenda. Litera præterea iſta, vt iã dictum fuit, duplex eſt, & alia quidem capitis, ac reliquarũ dictionis partium, quam & obliquã eſſe volunt, atq; ingenua flexam, foris modum, intus vim tradẽtem ſupplicaturis, vt corpore ſeſe ſternente, animo minime alta ſentiente, & ad aras adorãdas, & ad dona lucemq; ſpiritus expoſtulandam accedant, nequaquam in fine dictionum locãda eſt. Alia vero protenſa eſt, atq; oblonga trahitur, non niſi in fine locanda dictionum, longo ſuo ductu iſraeli, quaſi inſinuans, atq;(vt magiſtri Hebręorum aſſerunt)ſibi lõga exilia dicens. Quę apud quatuor regna fuiſſe aſſeuerant, Babyloniorum, Medorum, Gręcorum, Romanorum. Alia quidem exilia perbreuia, hoc quartum diuturnum deflent, quod occumbente Sole irruens ſopor in Abrahã futurum inſinuauit. Et ecce inquit Geneſis quintodecimo. Terror, ſiue horror, obſcurus, aut tenebroſus, irruit ſuper eũ: ינה איםה חשכה גרלה נפלת עליו Inneh eimah hhoſecah gedola nopheleth galaiu. Et vere obſcurus & horribilis, quem quidam eorum, terrorem obſcuritatis magnę interpretantur. Cum iam quater in ſe reuolutis quadringentis annis, & eo amplius in tenebroſa hac caligine cœci Meſſiam ſuum expectent, & pręſentem captiuitatem inſinuatam autumant. Addunt magiſtri coronatam vtranq; Nun literam, per Iod, ſymbolum pacti ſancti(& vt ipſi dicunt)circuncifionis. Vt Nun reflexa, atq; adorabunda, veris adora

toribus

toribus prætẽdat coronam,quam altera in exilia eiectis eri
puit. Quinquagenarium numerũ litera iſta releuat. Qui
numerus quid nam myſterij ĩ ſacris habeat literis,præſertim
in clauis illis Salomonis in templo domini aureis, qui vt
habetur in libro Paralipomenon,quinquagenos appen
debãt ſiclos. Quid quod omnes Principes exercitus Re
gis Salomonis, qui populũ erudiebãt, ducẽti tm̃ quinquã
ginta erãt. Quid apud Eſaiã prophetã per ſenem Princi
pem ſuper quinquaginta. Quid intelligendum ſit in ver
bis Abraham,ſi quinquaginta viri iuſti inueniãtur in ciui
tate. Quid quod penitentialis pſalmus quinquageſimũ
ſibi vẽdicat locũ,& quod iubilęus annus ĩ Leuitico quin
quageſimus numerat. Quid in Geneſi latitudo illa arcæ
quinquaginta cubitorum. Quid quod quinquageſimo
die poſt Paſca lex Moyſi data eſt,vt in Exodo,& quinqua
geſimo die poſt Paſſionẽ Domini, vt Euangeliſtę perhi
bent,ſpiritus ſanctus datus eſt. Quid vero ſibi innuant qn
quaginta ſicli argenti ad menſuram ſanctuarij, quos præ
cepit in Leuitico Dominus,à vigeſimo anno vſq; ad ſexa
geſimum à maſculo dari. Quid etiam in numeris per re
cẽſitos,& eorum munera ſeu officia,à triginta vſq; ad qn
quaginta annos. Quid vero in Euangelio per duos de
bitores,quorũ alter debebat quinquaginta,alter vero qn
gẽtos denarios. Et quam cognationẽ quinquaginta &
quingenti in ſe habeãt numeri,cum decades quinquagin
ta quingentos faciant. Quid in libro Regũ per quinqua
genos & quinquagenos in ſpeluncis abſconditos intelli
gendum. Quid apud Lucam diſcubitus ille diſtinctus ꝑ
quinquagenos,& apud Marcum cẽtenos & quinquage
nos

nos. Quid in Exodo quinquageni Centuriones conſti tuti, & in libro Regum, per primum, ſecũdum, & tertium quinquagenarium Principem ad Eliam miſſum. Et quid tandẽ quinquaginta anſulæ cortinæ, & quinquaginta au‑ rei circuli, ad cortinarum vela iungenda, ac quinquaginta & ꝗnquaginta anſæ in ora vnius atq; alterius ſagi, & fibu‑ læ quinquaginta æneæ, ꝗbus anſæ iungendę erãt. Quid tẽtoria ꝑ quinquaginta cubitos in latitudine atrij ad Occi dẽtem, & cubiti quinquaginta in ea atrij latitudine, quę re‑ ſpicit ad Orientem. Si ſingula recenſere ſigillatim nitere‑ mur, profecto faſtidium arbitramur facile in animis legen‑ tium generaremus. Iccirco alijs veſtiganda relinquimus.

ܣ. ܣ. Somcath, quintadecima ĩ ordine alpha beti litera, nobis, vt ſupra dictũ fuit, pro. s. ſeruire põt. Incohat vero quintam cõnexionem primi modi. Samech quoq; apud Hebræos, vltima eſt quintæ connexionis lite‑ rarũ alphabeti, quæ eſt ex Mem, Nun, & Samech, ex ipſis, inquit Beatus Hieronymus, ſempiternum adiutoriũ, hoc, ſubiungens, expoſitione non indiget, ſed omni luce mani feſtius eſt, ex ſcripturis ſacris ęterna ſubſidia miniſtrari. Ic‑ circo non mirum ſi de hac littera apud veteres Hebręorũ Chaldęorumq; Theologos magna connumerantur, vt quod ſenarium denariorum referat, atq; ideo ſexti millena rij eſſe ſymbolum, quem Meſſię fœlicitati conſecrauerunt. Litera iſta Hebręa (vt ait Egidius) vnica eſt & clauſa & ab ſoluto circulo nulli patens iniurię. Hieruſalem ſignificãs, & eam quidem Hieruſalem, quę a ſpiritu ſancto blãde ap‑ pellata eſt, hortus cõcluſus, fons ſignatus. Claudit quippe

ſecum

ſecum hęc litera Caph,& Vau. Decimam ſextę. Sponſam ſponſę. Reginam regi, ita copulans, vt quamquā duo ſint, in forma tamen, & carne vna, tanquam res planè vna iun-cta & copulata eſſe videatur. Cumq; eadem ſit, & Lunæ formam & numerationem, & clauium vim obtinens, vt in Breſith Raba, eſt legere, ſimul vetus Hieruſalem in Eze-chia, & Lunę lumē, & clauium auctoritatem amiſit. Clau ditur Vau, in Lamed, & Mem, īcluditur, & in magno illo & ineffabili diuino nomine, de quo ſuperius mentionem fecimus. Eandem etiam ad ſacra cōmertia Caph literæ, ad Samech conſtituendum, clauſam videmus, quod ſexta nu meratio per Vau ſignificata, velut occluſa cōtineat ſeſe, nec decimæ ſponſus ſponſæ, aut Sol ſe Lunæ explicet exhibē-dum. Nomen magnum in Vau litera ſedet, quatuor ſuas li teras nube tegens, Solem (inquit apud Vatem) nube tegā. Vtq; dum fulgent literæ quatuor, lucem aſpirent, quatuor Sanctorum animalium Ezechielis. Ita dum tenebreſcunt, quatuor in exilia agitāt, quatuor beſtiarū Danielis. Occlu ſa latet Vau Solis, cum Caph Lunæ, in Samech, Dauid clauis beneficio, recludenda. Clauem inquam appellant, ciuitatem ſanctam, hoſtilibus ab iniurijs occludētem, qua reſerante reſerentur, atq; occludente, omnia occludantur. Eſt præterea Samech, caput & principium ſextæ diuiſiōis literarum alphabeti, pro vt in eſſentiales, & acceſſorias diui ditur. Continet enim iſta ſexta diuiſio, ſex à Samech ſequē-tes literas, & ipſa cum ſuis quinq; ſequētibus naturaliter ra-dicalis. Sæpenumero inter Chaldæos, Punicos, & He-bræos, fit mutua iſtius literæ, cū Scin cōmutatio, quod etiā iam dixiſſe credimus. Chaldaicū vero Somcath, tam qua-

 dratum,

dratum,quam etiam paruum, ſeu in numerum literarum currentium computatum,ex Vau,& Coph,ex ſexta, quæ per Vau,& centeſima,quæ per Coph,ſignificatur numeratione,conſtat. Seu etiam ex duobus Cophin,ſimul connexis,quorum alterum,dum ſupra ſequens cadit, caudam intra viſcera ſuſtinentis immittit,non ſecus atq; ſi index & pollex,inuicem blando,ſeſe oſculo coniungantur,& tricenarium numerum indicent, quãdoquidẽ aliud triceſimũ, aliud ſexageſimum, aliud centeſimum, apud Matthæum. Centenarius quippe numerus,primus in dexteram cõputatur,pollice & indice in coronam flexis, vnde,iam dextra computat annos. Ex duplicata igitur Somcath, cẽtenaria numeratione conſtituitur. Quarum numerationum myſtici ſenſus à Chaldæorum,Hebræorum, Arameorumq; libris mutuandi ſunt. Sexagenarium præterea numerum, tam Hebræis,quam Chaldæis repræſentat, qui numerus cum à ſexto,qui primus perfectus numerus eſt,multiplicatur per denarium,ſexageſimam perfectionis numerationẽ iſinuat. Sexagenarius quippe numerus ex denario,primo numerorũ limine,vniuerſitatiſq; ſignificatiuo, ſex vicibus ſumpto reſultat. In libro Numeri habemus,in tabulis dolatis ſcripſiſſe Deum,verba decem,quo numero verba legis terminantur,ex octonario namq;,& binario conſtat denarius,quandoquidem octo ſint beatitudines,duo vero charitatis mandata. Cõſtat præterea ex ſeptenario,& ternario, fidem quippe trinitatis ſeptem ſpiritus ſancti dona cõplet. In ſenarium quoq; diuiditur & quaternarium,quaſi operum perfectionem,quatuorq; Euangeliorum impletionẽ explicans. Quid vero per ſexaginta Vrbes in Regno Og,

Regis

Regis Baſan, vno tempore vaſtatas intelligere debeamus; qui ſcire affectant Deuteronomij librum perlegant. Ex ꝑfectis quidem numeris ſexagenarius cōſtat, perfectioneq́; inſinuat. Ex veris, inquit Dialeticus, nil niſi verū, bona arbor, ſumma dixit veritas, bonos fructus facit, perfectus numerus, non niſi perfectum facere poteſt numerum. Proinde in ſexageſimo, ſicut in ſenario perfectis numeris, perfectionem intelligere debemus.

℄ .Ain, vel Gain, ſextadecima ſequitur litera, quæ (vt dictum fuit) ita gutturalis eſt, vt nullo penitus in ſui prolatione videatur indigere inſtrumento, quandoquidē ex intimis, vt aiunt, pulmonibus ꝓmenda ſit. Apud noſtros litera non habetur, cui aſſimilari queat. Proinde maiores noſtri (quod & nos eorū imitati veſtigia in hoc opere obſeruauimus) vt aliquam proferendi ſimilitudinē exprimerent, in quamplurimis dictionibus ab ea incipientibus, literam. g. eius loco prępoſuerunt, vt in Gomora, & Gomorei, ac etiam in Gomor quod menſurę genus eſt, vt in Exodo capite. 16. vbi Hebræus habet עמר omer vel gomer, & ibi Thargum Ankelos עומרא vel עומרא vmra vel omra. Chaldaica vero interpretatio, qua Maronitæ & Syri vtūtur, in hūc modū ſe habet ܥܘܡܪܐ Vmro, vel Gumro. Arabes etiam ibidem, per Gain, decimam nonam alphabeti literam, & Mim, vigeſimamquartā, Re, decimam, Eliph, primā, ſcribūt. غمرا Ghomra. Noſtri Gomor, dicunt. Et id quidem proferendū eſt, non

per o rotundum,& aperto ore,ſed aliquantulū producto, & obtuſo ſono,ita vt pene naſutum verbum (ita enim fingere liceat) eſſe videatur. Et ob id nōnulli inter inſtrumēta proferendi literas,naſum quoq; addendum cenſuerunt. Sed nobis non licet eſſe tam naſutos,vt etiam naſi prolationem literis addere velimus,tametſi aliquantulū in naribus aliquę,dum proferuntur, reſonare videątur. Expreſſio tamen ipſius Ain,ita pene inſinuari poteſt, vt fingamus vtrē habere vento plenum,& plurimū diſtētū, quē,(ſi in ipſum gladij præacutā aciem,cū impetu ꝑcutiētes, immiſerimus) ſtatim ſono quodā, per iniectū vulnus emiſſo, euaneſcere atq; exinaniri cernemus, quem ſonitū, quiſquis effingere poterit. Is profecto literā Ain,optime(meo iuditio)proferet,& ex intimis pulmonibus ebulire faciet,nullo protinus alio vtens proferendi inſtrumento, ſed aperto ore,exalans leniter animā pecus,in eius prolatione æmulabit. Radicalis præterea litera eſt,& oculum ſignificat, vt in pſal. 1 14.

ܥܝܢܐ ܐܝܬ ܠܗܘܢ ܘܠܐ ܚܙܝܢ. Gaine aith lehun vlo hhozin, ideſt. oculi ſunt illis, & non vident. & in pſal. cxxiii. ܐܝܟ ܥܝܢܝܢ ܕܥܒܕܐ ܠܘܬ ܡܪܝܗܘܢ ܘܐܝܟ ܥܝܢܝܗ ܕܐܡܬܐ ܠܘܬ ܡܪܬܗ. Aich ainain gabdæ luath moraihun .:. vaich gaineiho damtho luath mortoho. hoc eſt. Sicut oculi ſeruorū ad dominos eorū, & ſicut oculi ipſius ancillę ad dominā ſuā. Quo in loco notare debes optime lector, literā. He. cū ſupraſcripto pūcto, qa fœmininū genus indicat, & licet dictum ſit aineiho & mortoho, illud tñ. He. cū dicto eius puncto, raro profertur,

fertur,licet ſcribatur. Cęterum litera iſta duplex eſt,vtrinq; ſcilicet ligabilis exiſtit,ſed in principio ac medio dictionis cõſtituta,diminutionem patitur. Quandoquidem in fine tantum dictionis,aut cum ſolitaria eſt, integra reperitur, vt in pſalmo.ii.Dabo tibi ܥܡ̈ܡܐ. Gammæ. gentes hæreditatem tuam. & in pſalmo.iii. ܘܫܢ̈ܐ ܕܪ̈ܫܝܥܐ ܬܒܪܬ. Vſcenæ darſciæ tabart. Et dentes peccatorũ contriuiſti.& in pſalmo.iiii. ܪܚܡ ܥܠܝ ܘܫܡܥ ܨܠܘܬܝ. Rahhem glai vaſmag zzluthi. hoc eſt. Miſerere mei & exaudi orationem meã. Vides in his tribus pſalmiſtę locis,in capite,in medio,& in fine,Ain ſcriptum,& quãdo integrum ſit,& quo nam modo ligari valeat,comprehendis. Quomodo vero cum aliarũ linguarum literis conueniat,ſatis in ſuperioribus diximus. Conſtat hæc litera Chaldaica ex duobus Olaphin,& Iud,Olaphin à ſiniſtro in dextrum latus,inſtar duorum grauiũ accentuum Græcorum,deſcendentibus,inferneq; ſe tangentibus,Iud adnexo,ita vt non appareat Lomad,ſed aliquantulum conciſior breuiorq; ſit. De hac litera Hebraica præter ea quę habent ĩ libro qui Sepher thenuoth, ideſt liber figurarũ inſcribitur.Egidius Cardinalis plurima & ſcitu digna retulit.Hanc oculũ deſerti caddes appellari aſſerũt, & nonę eſſe numerationis ſymbolum, mundi fundamentum,& iuſti loco vocitatam,prægnantiſq; imaginem gerere,Nun,& Zain,in vtero concipere.Et quia tria habet capita,ex tribus etiam illam aiunt conſtare literis Vau, Zain, Nun,

Nun. Primus impar ternarius, in ſe ipſum quadratus, reddit nouem, nonam autem numerationem Ain, & domini oculum fecimus, opere ternarij, reſultantem, vt ex tribus conſtare literis oportuerit. Ex tribus quoq; iſtius literæ capitibus, duo ſunt ſurgentia, vnum deorſum cadés, coeũt in nona duo ſupiora, dextrũ & ſiniſtrũ, facitq; deorſum pacẽ inſupis. Vnde vtriuſq; cõmertiũ, & tẽperatura, parit vnam tertiã exiſtentẽ illarũ naturã, ſed ſimul crus vtrũq;, pectine iungẽtẽ, & ex vtraq; potẽtia cõſurgẽtẽ. Atq; ideo tria Ain, capita, Vau beata, Nun longo cornu purgans, Zain ſeptẽ flagitiorũ ſupplitia expendens. Lancis nãq; nomen Zain, literę tribuunt, vt & pendantur merita, & quę debẽtur vnicuiq; tribuantur. Faciunt deniq; Ain, ſapientis animæ, & Pythagorę literam in ima depreſſaq; parte corpus cõtemnat, à carnibus, delitijs, voluptate abſtineat. Sed ſurſum duos attollat vertices, hinc animi affectus, ad diuina optãda, hinc mentis aciem, ad lucis pulchritudinem contẽplandam. Tũcq; anima ſapiens effecta, Ain dici meretur, & videntis (vt olim prophetæ) nomen adipiſcitur. Quod, cũ mirabili fœlicitate aſſequantur in ſuperis diuina animalia, iccirco à Vate nõ modo oculi, ſed oculis quoq; plena cõmemorantur. Vt & Argo à Græcis effingitur diuinis miniſtris adnumeratũ, quo vulgũ, fabella ſuſpẽſum retineret, ſapienti autẽ arcanũ (ſicut fas eſt) cogitandum præberet. Septuagenarium numerum inſinuat, de quo plura dicere in pręſentia non curauimus. Quid tamẽ per ſeptuaginta annos Iudaicę captiuitatis, & ſeptuagĩta diuinę veteris ſcripturę interpretes, ac ſeptuaginta palmas, ad duodecim fontes aquarum in Helim, ac tandem per ſeptuaginta illa viro

rum

rum millia, poſt peccatum Dauid ab Angelo interfecta, maiores ītellexerint, & quomō iſta à nobis ītelligi debeāt, in ſacris libris, & īter illos in libro Exodi, ac Paralipome= non, inueſtiganda ſunt. Chaldæus ſępenumero litera Ain ī aliquibus dictiōibus vtitur, ī quibus Hebræi Zadich ponunt, vt in dictione ܐܪܥܐ. Arego. ideſt. Terra. Quam Hebræi ארץ Erez, per Zadich, vt in exemplis multiplicibus iam adductis patet. & in pſalmo. clxvii. vbi Hebræus habet. Qui dat niuē כצמר Chazzamer ideſt. Sicut lanā. & ibi Thargum cœci היך עמר Heich gamer. & Punica ĩterpretatio ܟܐܠܨܘܦ. Calzzuph Syriaca vero Chaldæorum litera habet ܝܗܒ ܬܠܓܐ ܐܝܟ ܥܡܪܐ. Ioheb talgo aich gmiro. Qui dat niuem ſicut lanam. & ibidem Arabica īter pretatio ܝܒܓܬ ܐܠܬܠܓ ܡܬܠ ܐܠܨܘܦ. Ibgth althlagg mthal alzzuph. & in pſalmo octauo Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. צנה Zonhe. ideſt. Oues, ait Hebræus. Ioſeph vero cœcus ibi pro oui bus habet עאן Gan. Punicus ibi interpres ܐܠܓܢܡ. Algnan. Maronitæ & Syri ܥܢܐ. Gono. Arabs ibi dem, Alghnam, vt ſupra, & in multis alijs in quibus pro Zadich

Zadich Hebræo, Chaldæus vtitur præſenti litera Ain. Et hic quoq; obiter animaduertēdū eſt, Punicos, & Arabes, ꝑ Ain, Ghain, decimā nonā alphabeti literā ponere, vt de Gomor, ſupra dictū eſt, ꝑ qua etiā Syrus ĩ ſua Arabica in terpretatiõe ſcripſit Gomal, vt hic vides. Proinde maiores noſtros literę. g. vſum, ꝑ Ain, ab iſtis accepiſſe, p̄ſertim beatum Hieronymum, qui inter illos verſatus eſt, facile credendum erit.

ܦܐ. ܦ. Phe vel Pe quoque præter iam dicta, decima ſeptima ĩ ordine alphabeti litera eſt, & eſſentialis ſeu radicalis, & labiorum; ac vt dictum fuit, duplex atq; ligabilis litera eſt. In fine præterea tantum dictionis, aut ſolitaria, integra reperitur, vt in alphabeto ſupra deſcripto, & paulo ante in ſuperiori litera, in Arabicę interpretationis dictione Alzzuph, viſum fuit. Et in fine cum præcedenti dumtaxat ligatur, vt in pſal. xviii. ܘܠܝܬ ܕܬܩܝܦ Vlait dtaquiph. ideſt. Et non fortis ſicut deus noſter. & ibidem ܐܠܦ ܐܝܕܝ. Aleph idhai. Doce manus meas. Hic vides Phe, pendere a præcedenti litera cui adnectitur. In eodem pſalmo paulo poſt ſequitur propheta ܝܗܒܬ ܠܝ ܣܟܪܐ ܕܦܘܪܩܢܐ ܝܡܝܢܟ. Iahbt li ſacro dphurquono iaminoch. ideſt. Dediſti mihi clypeum ſalutis dexteram tuam. Ecce in dictiõe phurquono, Phe, dictionem incohans, ſequentem læua manu amplectitur. At tunc ambideſter efficitur, cum vtraq; manu

vtens,

vtens præcedentem literam, & ſequētem dextra læuaq; ma nu appræhendit, vt in dicto pſal. ܘܢܦܠܘܢ ܬܚܝܬ ܪܓܠܝ Vnephlun thheith reglai. ideſt. Et cadēt ſubtus pedes meos. Simili quoq; modo à Punicis & Arabicis, ac alijs oībus, q̄ eiſdem vtuntur caracteribus, Pe, ſeu Phe, in dictionum connexione ligatur. Penultimat autem dictionem quintam, quæ pariter penultima eſt, ex dictionibus connexis, ex alphabeto recto. Finit vero ſecundam alphabeti inuerſi dictionem, in qua etiam ſolitaria apparet, quia ſequitur poſt literam Zzode, ſiniſtra manu non vtentem, vt ſupra videre fas eſt. Octuagenarium numerum repræſentat, de quo in canticis cāticorum cap. 6. Sexaginta ſunt Reginæ, octoginta Cōcubinæ. Quid ibi de his numeris, & præſertim de octogenario dicant doctores, ad illos te benigne lector remitto. Ex octonario q̄ppe decies ſumpto perficitur, quorum myſticas numerationes, in præſentia prætermittēdas duximus. Cæterum Pe, ſeu Phe, tam Hebræis: quam Chaldæis, Arabicis, Punicis, & Indis, os ſignificat, vt in pſalmo. viii. vbi dicimus. Ex ore infantium. ibi ait Hebręus. מפי עוללים Miphi ollelim. ibi Thargū cœci. מפום Miphum vlemia. Punica Nebienſis Epiſcopi trāſlatio. Men aphuah. Indus. O maphi dakik. Chaldæus Syriæ. ܡܢ ܦܘܡܐ ܕܥܠܝܡܐ Men phumo daglaimæ. Et ibidē Arabica īterpretatio. من افواه الاطفال Min aphuahe alatphal. Quomodo iſte interpretationes intelligantur, quo nam ſcilicet modo cōueniant, hic aduertendum eſt. Litera iſta caput ſuum contrario ſcitu, quā p̄cedentis

dentis literæ ſint capita omnino geſtat, quandoquidẽ non elatum oſtẽtet caput, id quod in fœminis Dominus apud Eſaiam prophetam. cap. 3. taxat inquiens. Propterea qa in ſuperbiam eleuatæ ſunt filię ſion. ותלכנה נטויות גרון Vattelacnah netoioth netuoth garon. Et ambulauerunt extendentes collũ, ſeu extento collo, ſed intra pectus inflexum cohibet, ceu corporis & vitæ huius miſeriam agniturum, atq; ad meliorem aſpiraturum. Iccirco os ipſum. ore prophetæ exclamat, in pſal. cxxxi. ܡܪܝܐ ܠܐ ܐܬܬܪܝܡ ܠܒܝ. Morio lo etthrim lebi. Domine nõ eſt exaltatũ cor meũ. & ibidẽ. ܘܠܐ ܗܠܟܬ ܒܕ ܪܘܪܒܢ ܡܢܝ. Vlo halceth badh rauerbon meni. Neque ambulaui in magnis ſupra me, nec os in cœlum poſui, nec auſus ſum alta ſentire vel loqui. Conſtare illam aliqui perhibent, ex Caph, & Iod, Caph ambiente, Iod interno, altiſſimum apoſtoli myſterium referẽs, quo diuinę fiunt nuptię. Ac Iod quidem, quod maris formam habet, Caph quod fœminæ (vt iam dictum fuit) vtero eſt perſimile, iungitur. Sponſi ſponſæq; arcanam lætitiam, & ineffabilia diuinorum fructuum ſeminaria, pietatis ſtudio, potius quã inquiſitiõis audatia, veſtigãda, deſignat. Atq; hoc Pe, illa inquã optat, quę in cãticis canticorum Solomonis ait. ישקני מנשיקות פיהו Iſcaquenu minſciquot phihu. Oſculetur me, oſculis oris ſui. de quo plura dicere cõſulto prætermittimus. Chaldaicum vero Phe, ex Vau, & Iud, conſtare videtur, ex ſenario, videlicet & denario numero, qui in ſe quinquies recepti, octogenariam numerationem; quam litera ipſa inſinuat, efficiunt.

efficiunt. Quorum numerorum myſticiſenſus quam plureſſunt, de quibus alias videbimus.

¶ ܨ . ܨ . Zzode, decima octaua alphabeti litera eſt. Quoto autẽ in numero apud alios, citra Hebræos, & Samaritanos, in ordine alphabeti habeatur, & quomodo cum alijs, aliarum diuerſi generis linguarũ literis, tam in figura, quàm in prolatiõe cõueniat, in ſuperioribus ſatis dictum declaratumq; fuit. Literam iſtam Hebræorum magiſtri, & qui inter chriſtianos de literis Hebræorum tractauerũt, alij Zaddi, vt Rabi Dauid kimhi, in ſuo Miclol, alij Zadik, alij Zade, alij Tzade, alij Tſade, alij Zadech, alij Sade nominauerũt. Quorum varietas, quid aliud nobis inſinuare poteſt, quam variam ipſius literæ prolationẽ, & minus fortaſſe bene intellectã. Cauendũ eſſe, dixit Rabi ꝑdictus Dauid kimhi in literarum prolatione, ne Zain, & Samech, & (vt reliqua taceã) Samech, & Zaddi, dũ ꝓferũtur aſſimilent. Quid vero intelligere debemus, aut qđ nã ex dictis verbis ſuſpicari, cõiectari ve poſſumus, niſi quod Zain leniter, vt Zita apud Græcos. Samech aliquãtulũ durius, ac ſi dici poteſt, ſibilantius, vt Sigma, & .s. latinũ. Zadich vero fortius, ac maiori cum impetu, & vt geminatum zz. pronunciandum eſt. Perindeq; ac ſi fortitudinis, pulchritudinis, aut letitiæ nomen, in idiomate Italico, & vt aiũt vulgari, ac materno proferre volueris, Fortezza, inquam dices, bellezza, allegrezza, & multa id genus alia, ſimili modo. Proinde qui hanc literam per .t. & .z. Tzade, aut per .t. & .s. Tſade, ſcribunt, & proferunt, non mihi videntur Hebraice, ſed Arabice, atq; Vuandalice, & ſcribere & ꝓferre;

 qui

qui quartam decimam(de Punicis loquor)alphabeti lite=ram huic reſpondentem Tzat,appellant. Et quo ad Vuã=dalos ſpectat,qui quartam illorum alphabeti literã Tzeds nominant,& pro.ts.accipiunt. Quemadmodum etiã qui pro.c.aut.t.ſequente vocali, aut etiam pro.z.ſimplici, aut etiam geminato,Taf,& Zita Græcum ponunt, ſcribentes ꝑ lætitia literis Gręcis λετιτζία,ἀλλεγρετζα,τζέρβω,ἀμιτζίτζια, Allegrezza,ceruo,amicitia.& in multis alijs,Arabes vidẽ=tur æmulari,non græco,ſed nec etiam latino more ſcribe=re,aut proferre,quandoquidem apud Gręcos,& Latinos t.&.z.nec.z.&.t.quin nec.ts.in eadem ſyllaba conuenire poſſint,tam in principio,quam in dictionis medio, vt vel mediocriter in vtraq; lingua doctis,notũ eſſe põt. Quod ſi in ſuperioribus à nobis Tzarchaſiam,ſcriptum fortaſſe quiſpiam obijciat,nouerit ita ſcriptum,ſicut noſtro tempo=re ſcribunt,qui inde ad nos in Italiam veniunt,quando(ꝑ generis infœlicitate)ſub barbarorum ditione conſiſtant. Armeni quoque hanc literam Ծադէ Tzadæ, vel Zzadæ,appellant, ſcribentes per quartamdecimã ſui alphabeti literam,quæ Tzza,vel Zza,vel etiam Dha,ab il=lis appellatur.Indi etiã Zadi,illam denominãt, vt in.xviii. Ogdoadæ,ſæpius citati pſalmi. 1 1 9. Chaldæi vero(vt di=ctum eſt) ac Syri,Zode appellãt,& licet per vnum.z.ſcri=bant,duplicis tamen illi.z.prolationem tribuũt. Vltimum inter duplices Hebræorũ literas,locũ ſibi vendicat,ſextãq; alphabeti connexionẽ terminat. Apud Chaldæos in fine quintę connexionis nominum ex alphabeto recto inueni=tur,& in medio ſecũdę dictionis alphabeti inuerſi.Ea prę=

tereà ratione duplex appellari poteſt, quia cum præcedēti
ligari valet,cum ſequenti nequaquam. Iuſtitiam & Syris,
& Chaldæis,& Hebræis,Punicis,Arabicis,& Indis,ſigni
ficat,quamquam pro Zzode, Chaldæi ſępe in hoc nomi=
ne Zain,ponāt.vt in pſa.lxxxv. vbi Hebręus textus habet.
צדק ושלום נשקו Zedeq veſcalom naſcaqu: ibi Chaldęus,
ܙܕܝܩܘܬܐ ܘܫܠܡܐ ܢܫܩܘܢ. Zadiqutho vſlomo
nanſequn.ideſt.Iuſtitia & pax oſculatæ ſunt. Et ĩ mul
tis alijs pſalmis.Eſt p̄terea apud Hebręos duplex litera Za
de,altera quidem flexa:incuruis ſedilibus,ac penè ſedens,à
q̄ Syriaca,& Chaldaica,nihil ferè differt, altera vero quę
finalis appellatur,in dictionum tantum finibus colocāda,
erectā producit caudam. Dētibus vtręquæ linguę adpul=
ſu accedente,atq; vehementi ac ſubito(ſi dici poteſt) retra=
ctu,proferri debent. Quibus cum litera Ain,quę nō mul
tum ab his diſſimilis eſt,ad iuuenum,& mortaliū eruditio=
nem,Pythagoram vſum fuiſſe aſſeuerāt. Quod & Virgi=
lius,ſiue quiſquis ille ſit,oſtendit in carmine illo dicens.

Litera Pythagorę diſcrimine ſecta bicorni,
Humanæ vitæ,ſpecimen perferrè videtur.&c.

Hanc hoſpes ille ἔμφρων καὶ δεινὸσ περὶ σοφίαν, Enphron kę
dinos peri ſophian. Cordatus (ĩquit Cebes Thebanus)
& gnarus ſapientia, ſermone vero & opere Pythagoricā
quādam, & Parmenidicam ęmulatus vitam, qui ſacellum
& picturam quandam Saturno dedicās,pulchra ſimilitu=
dine inſinuauit. Ambitum vnum in ſe duos alios habentē
ambitus,portas etiam & Genium viam ingrediētibus oſtē
dentē,depingens. Hęc eſt ianua illa parua,hic ille excelſus
collis

collis anguſto valde aſcēſu,p̄cipitiā habēs hincinde p̄fun-
da.hoc rotundi,& quadrati lapidis diſcrimē,hæc inter mu-
lierem illam cœcam,inſanam,ſurdamq; habitu vario indu-
tam,& rotundo ſuper lapide(quam fortunam vocant)in-
ſidentem,& alteram mulierem pulchram.& cōſtanti facie,
mediaq;,& manifeſta iam ætate,habitumq; habentem ſim-
plicem,& ornatum,quadrato lapide,tute poſito,ſecuram,
firmamq; permanentem,quam forte eruditionem vocant,
optime diſtinguit.Cum initio,ignoto itinere,inuiæ ſiluæ,
mortalibus eundū eſſet,ſilua,materiaq; ſuis fluxibus,ac flu-
ctibus animū,per incohātis ætatis incunabula obruente.
Proinde dixit propheta in pſalmo.1 1 9.in.ii.Ogdoade.
ܒܡܢܐ ܡܕܟܐ ܛܠܝܐ ܐܘܪܚܗ. Bmono madcæ-
talio vrhhhe.In quo corrigit ſeu purificabit, aut mun-
dabit adoleſcens viam ſuam.Cū anima motu, fluctuq; &
ſedato & quieſcente iam ſapere incipit.duæ illæ Pythago-
ricæ ſe offerunt viæ.ſtultorum læua,dextra ſapientum.Ad
inferos altera;& ad miſeros ducit.Altera ad eliſios.& fœli-
ces.Breue ver in alterius veſtibulo,intus æternę hyemes.
Cōtra.altera ardua in fronte aduerſos ventos immittit,ſta-
tim ęternas præſtat,veris.autumniq; delitias.vt dixit ille.

Nam via virtutis dextram tenet ardua callem,
Difficilemq; aditum primum ſpectantibus offert,
Sed requiem prębet feſſis in vertice ſummo.
Molle oſtentat iter via lata,ſed vltima meta,
Præcipitat captos,voluitq; per ardua ſaxa.
Quiſquis enim duros caſus virtutis amore
Vicerit,ille ſibi laudem,decuſq; parabit.

At qui

At qui deſidiam,luxumq; ſequetur inertem.
Dumfugit oppoſitos,incauta mente,labores,
Turpis,inopſq; ſimul,miſerabile tranſigit æuum.

Vt optime etiam Heſiodus Aſcręus Poeta dixerit. Viciū quidem omnibus in vniuerſum contemnere facile eſt,breuis ſane via ac de prope moratur,quippe ante virtutem ſudorem poſuerunt Dei immortales,longus profecto ac rectus callis ad ipſam. & aſper primum,ſed poſtquā in ſummum verticem peruētum eſt,facilis poſtmodum eſt, ardua ac difficilis quamuis extiterit dudum.vt nō ab re quoq; dixerit Peripateticorum Princeps Ariſtoteles, radices diſciplinę amaras eſſe,fructus vero dulces. In hac litera duarū portarum imaginem.in duabus, ex quibus cōſtat.figuris, Nun,ſcilicet & Iod,conſtituerūt,inferiorem & ſuperiorē. Quas portas anima a corporis mole libera, corā aſpicit, cubās. ſtertēſq; in corpore, tāquam per ſoporem demirat. & ſōniat. Proīde alia cornea, alia eburnea ſeu elephantina dicitur.de quibus etiam Plato in Carmide, dū ſe ſomnio noſce ea quæ nouerat refert,īqēns ἄκουε δῆ. ἔφην το ἔμον ὄναρ ἄτε κεράτων ἄτε δὶ ἐλέφαντος, Acue di ephin to emon onar ite keratum ite di elephandos. Audi rogo te inquit meū ſomnium,ſiue per cornua,ſiue per Elephantem. De his portis late a theologo iſtius literę explicatore, & ab Egidio plurima ſtudioſis,haud ingrata animis,referūtur. In numeris nedum apud Hebręos,verum etiā apud Syros & Chaldęos nonageſimum reprę́ſentat,cuius numeri myſticos ſenſus ſubticendos duximus,in aliud tempus,ſi opportunum viſum fuerit reſumendos. Properamus enim ad iſtius literę expeditionem,vt ad ſequentem deſcendamus.

¶Quoph

¶ ܩ .ق. Quoph,ſeu Coph,vel Koph, quando pro tribus hiſce literis nobis ſeruire commode poteſt, commodius tamē ac proprie magis pro.q.accipitur. Decima nona tam Chaldaici quam Hebraici alphabeti litera eſt,de cuius prolatione & cum aliarum linguarum figuris ſiue literis cōformatione, in ſuperioribus tractauimus. Et licet huius literę pronūciatio & p̄cedētis Coph, eadē eſſe videatur,Elias tamen ille Chaldęus (de quo ſupra mētionē fecimus) in ipſius literę prolatione,linguam (ſi dicere fas eſt)arcuabat,extremitatem nimirum illius,ſiue aciem in inferiorum anteriorum dentium radicibus collocabat, & labia inferiora cum dentibus ſuperioribus magis quam in Coph priore litera,quam Hebręi Caph appellāt, pręmebat.Significat autem inter cętera,tam apud Hebręos, quā apud Chaldęos(vt ait beatus Hieronymus)vocationem. Cęterum ſextam alphabeti recti,ſecūdam vero inuerſi,nominum combinationem incohat. Perpetuo quoq; litera radicalis eſt. Conſtat vero Chaldaicum Coph,ex Vau,& Iud,ex ſexta ſcilicet & decima numeratione. Centenarium tamen numerum refert.Pręterea,vt aiūt Theologi,qui de literis Hebręorum ſcripſerunt,& pręſertim Egidius. Hęc litera ſic pingitur,habet enim columnā rectam Nun, pro porta ſuperiori,& Caph lunarem,pro porta inferiori, ſed alia has, quam Zadich,iūgit ratione.Illa vtraq; ęqua lege ſotiat.hęc cōtra legē facit,vt maior ſubſit ſeruiatq; minori, quod in Iacob,& Eſau fratribus,diuinarum rerum imaginibus factum eſt. Aliquando inter mortales ſancti ſunt homines,tuncq; Zadich vim habet & ius in mundo. quod

homines

homines partim ſpiritui ſeruiunt,partim ſequũtur, complectunturq; naturam,quandoq; naturę fluctibus mergunt homines,vt diuinę rei immemores,probi,pijq; , vel nulli, vel quam pauciſſimi, ijdemq; ſub ſceleratorũ Principum Tyrãnide,vel oppreſſi,vel contẽpti ſint. Poteſt etiã Caph, ex patrum Arameorum ſententia,Nun erectę,res figuram addere, hoc modo ק illud cum Caph, hoc cum Res ק. Sed Res,& Nun,portam eandẽ habent,altam,& ſublimẽ. Vtq; ea litera cũm Caph dominante,tenebras. Ita cũ Res admonente,lucem affert.Prior ſæcula parit, quam miſerima.Poſterior vero,longe fœliciſſima.Quanta in his verbis ſecreta lateant myſteria,excogitent quam diligẽtiſſime, qui arcana patrum Hebræorũ ex literis ĩtelligere affectãt. Eſt etiam hæc litera duplex apud Chaldæos,quandoquidem capitis,medij,& finis eſt. Cum autẽ capitis eſt, ſequẽtem læua,vt pſalmo.lxxxvi. In die tribulationis meæ.

ܩܪܝܬܟ Krithoch. Clamaui ad te, vel vocaui te.

Cũ vero finis,præcedentẽ dextra amplectitur, vt ĩ pſal. lxxxix. ܡܕܡ ܕܢܦܩ ܡܢ ܣܦܘܬܝ ܠܐ ܐܫܚܠܦ

Medem danphaq men ſephothi lo æſahhleph. ideſt. Quodcunque egreſſum eſt, vel proceſſit de labiis meis non mutabo,vel non irritum faciam.Et ſæpe ſolitaria inuenitur, vt in prædicto pſal. lxxxvi. ܦܪܘܩ Phruq.Saluum fac ſeruum tuum,tu deus ſperantem in te. At cum in medio cõſiſtit,tanquam alter Aioth, de quo in

libro Iudicũ cap. 3. את אהוד בן גרא בן־הימיני איש אטר יד־ימינו
Aeth æhud ben gera ben haimini ais iter iac iemino; ideſt. Aehud filiũ Gera, filiũ Gemini, virũ ſiniſtrum, ſaltẽ manu dextera ſua, vel qui vtraq; manu pro dextra vtebatur, præcedentem ſequentemq; amplectitur. vt in pſalmo .lxxxv. Auertiſti captiuitatem ܕܝܥܩܘܒ. Diagquub. ideſt. Iacob. Quam bene in hac dictione Iacob, vtrinque ligatur, quandoquidem & ipſe, cum de vtero matris egrederetur, plantam fratris ſui Eſau, tenebat manu, vt in libro Geneſeos capite. xxv.

ܪ .ܪ. Ris, vigeſima in ordine literarũ alphabeti reperitur. Radicalis, ſeu eſſentialis eſt, & inter literas dentium numeratur, a Dolad in puncto tantum differt. Dolad quippe in ventre, ſiue ſub pedibus punctum habet, vt in iſtis. ܕ .ܕ. vides. Ris vero ſignũ ſuæ diuerſitatis pũctũ, ſummo, hoc modo. ܪ .ܪ. in vertice geſtat. Apud Hebræos inter Res, & Daleth, parum, ſimili modo, diſcriminis ineſt. Nam Daleth ד in dextera ſuperiori eius parte, triãgulum acutũ, ſeu rectũ facit. Res vero ר obtuſum. Quo autẽ modo cum alijs diuerſi generis linguaꝝ ꝯueniat notis, ſiue elemẽtis, iã ſupra dictũ eſt ſatis. Duplex pręterea litera eſt & ligabilis, ſed ꝑcedentem

dentem dextera dumtaxat amplectitur manu, aut ſolitaria remanet. vt in pſal. cxxxvi. ܠܕܥܒܕ ܢܗܝܪܐ ܪܘܪܒܐ ܕܠܥܠܡ ܪܚܡܘܗܝ Ldagbad nahirhæ rauerbæ dalgolam rahhmauhi. Facięti vel qui fecit luminaria magna, quoniam in æternum miſericordia eius. Et in prima etiam dictione ex alphabeto inuerſo formata appa- ret, finit quippe illam, & cum præcedenti ligatur. Quod commune cũ Punicis, & Arabicis, habet. In numeris du- plicatum centenarium refert. Cæterum Res, litera Hebrai ca (vt Theologus in hoc loco ait) Daleth ſimilis eſt, tum figura, tũ ſimplicitate, vocata eſt etiã nomine quaſi ros ראש pſalmo. 110. Quod in ſancti ſpiritus lingua caput ſonat, dicit & רצון razon. pſalmo. 30. & רוח ruahh. pſal. 135. Volũtas ſcilicet & ſpiritus. Tertia enim numeratio, quam portam mundi ſuperioris appellant: & ſpiritus dicitur ſan- ctus à noſtris, & voluntas ab Arameis, quod volũtatis, nõ naturę ratione, dimanet. Et principium ſeptem donorum, columnarum, numerationum, & mundi medij, atq; etiam extremi, atq; omnium artifex, ab vtriſq; ſcriptoribus, & ha- betur, & dicitur. Cumq; nõ eorum ſit, quæ ad humana re feruntur, vt quæ in mundo medio. Iccirco nõ coagmẽtatã & partibilem, ſed eſſe dicunt ſolitariam, ſimplicem, imparti bilem. Quãdo autem & quo nam modo. r. apud latinos in alias literas mutata ſit, & apud Græcos, Latinos ve, quã- do aſpirari vel leuigari debeat, in principio ſcilicet dictiõis aut ſyllabe, vel in fine, aut quomodo ſoluenda ſit hæſitatio illa, qua quæritur, an inter vocales ſit numerãda, cum ſola

ex numero conſonantiũ, ſitſpirituum capax. Id (ſi non à nobis dictum eſt prius) ſi ſcire cupis, ad grammaticos in præſentia benigne lector, te remittendum duximus.

¶ ܫܝܢ. Sin, vel Scin, (vt etiam Hebræorum more proferamus) penultima alphabeti litera, & ſextæ cõnexionis eiuſdem, ac ſecunda primę alterius combinatiõis nominum alphabeti inuerſi, acceſſoria eſt atq; ſeruilis. Et tam apud Chaldæos, & Syros, quam apud Hebræos, vicarias alterius ſæpenumero literæ vices obtinet. Quãdoquidem cum Samech, nec nõ etiam cum Thau Hebræo, quandoq; faciat mutationem, vt quod Hebræus אשה Iſca, hoc eſt mulier, vel vxor. Chaldæus אתתה ithah. Ezechielis. xxii. & ܝܬܝܒ Iathib, vel ܝܬܒ Itheb. Stetit pſalmo. i. &. cxxi. Quod Hebræus dicit ܫܟܒ. Iaſcab. & pro Hebræo. ܫܡܘܢܗ Scemonah. ideſt octo. Chaldaice ܬܡܢܝܐ Tmanio. Et pro . ܥܣܪܝܡ Geſrim. cum ſin ſmol, ideſt viginti. Chald. ܥܣܪܝܢ Geſrin. cũ Samech, vel Somchat. Et pro Hebræo. ܫܠܫܝܡ Sceloſcim. cum Scin. hoc eſt triginta. Chaldæus dicit ܬܠܬܝܢ. Tlothin. per Thau. & ĩ multis aliis dictionibus ſimiliter. Serratã præterea hãc hebraicã literã patet habere formam, vt non ab re, dentem ſignificare dicatur, quandoquidem triplici quodãmodo molari dẽte cõpactam,

compactam,ac ex tribus Iodin,& Caph,conſtare illam vi demus. Qui tãquã tres vertices ex ĩferiori arcuato Caph, aſſurgẽtes,formam penè trium illarum litterarum, quibus magnum illud ארני Adonai nomen ſcribere conſueuerũt Hebræi,hoc nimirum ordine כי repræſentant,quod ſextæ numerationis regiæ & ſpõſi Soliſq; melioris locum tenet. Arcus(ceu Iris,cœleſte ſignum,ſupernæ pacis inditium) Caph eſt,non ſiniſtrorſum cornua extendens,ſed vẽtre inferius collocato,in altum cornua eleuans,ſponſa,ac Luna eſt,quæ lucem de ſpõſo Sole,caua deorſum aluuo mutuatur,ſemenq; concipit,vnde humana omnia gignantur,diuina cõmunicantur. Vt non abſq; myſterio (licet aliunde depẽdeat) à propheta Abacuch,in cap. 3. ſcriptum fuiſſe videatur,vbi nos dicimus. Sol & Luna ſteterunt in habitaculo ſuo. Nam Sol,qui dicitur שמש Scemeſc,ab hoc elemẽto incipit,& in eodem deſinit,Mim, in medio non ſine myſtico ſenſu (quamuis aperta ſit) fouens atq; recludens. Luna vero à Iod , prima ineffabilis diuini nominis litera, initium ſui nominis auſpicatur,quæ ירח iareahh,dicitur,in qua per participationem cum Sole, ſpiritus vitalis cõſiſtit, & ambo in huius literæ conſtitutione ſimul ſteterũt. Et hic quoq; obiter animaduertendum eſt,dum dicimus,Sol,& Luna,ſteterunt,quod in Hebræo textu,copulatiua coniũctio. &. non ponitur,ſed punctus Mercha(vt ait Io. Reuchlim) qui ad nomẽ Scemeſc, additus eſt, & haſtile ſignificat,pro articulo poſitus eſt . Cæterũ litera iſta addititia eſt. vt in verbo. ܐܶܣܰܚܠܶܦ Aeſahhleph . ſuperius adducto,ex pſal. lxxxix. a verbo quippe. ܚܠܰܦ Hhalaph.

quod

quod mutare,permutare,ac pertrāſire,ſignificat,formatur futurū . ܬܚܠܦ Tahhleph.pertranſibit. pſalmo.xc. & . ܡܚܠܦ Mahhleph. nomen hæmāthicū pertrā ſiens,in eodem pſamo.& . ܚܠܦܘ Hhalephu.ideſt. mutauerūt.pſal.cvi.& . ܡܬܚܠܦܝܢ Methhhalphin Mutabūtur.pſalmo.cii. & . ܐܫܚܠܦ Aeſahhleph. Mutabo,vel irritum faciam,in quo verbo, aduertēda etiam eſt,mutua Thau,& Sin,commutatio,vt ſupra in futuro,quamquam etiam alterationem verbi indicare poſſit.Formatur præterea ab hoc verbo. ܬܚܠܘܦܐ Tahhlupho.nomen,quod commutationem vel varie tatē ſignificat.pſal.lv.& . ܚܘܠܦܗܘܢ Hhulaphehun. Commutationem eorū.pſalmo.xliiii.Viſum fuit hoc in loco iſta addere,vt Olaph,Mim, Sin, & Thau,ſeruiliū literarum vſum,lector benigniſſime comprehendere, nec nō & Nun,in fine additi officia dignoſcere poſſis.Et vt ex hoc etiam ad reliqua formanda,per oſtenſum iter faciliori additu conſcendere valeas. Quando autem Scin, apud Hebræos,pro articulo,aut relatiuo capiat̃,& quando alia eius nobis officia ſubueniāt,ſi intelligere cupis ad Hebrę o rum grammaticos cōfuge.Prætcrieram penè quod ſupra dixi Hebręos Adonai nomen,cum tribus literis, in triāgu li,paruæ ve pyramidis formam ſcribere,ac magnum illud

Dei

Dei nomen repræſentare. In quo ſanè non paruum mihi ſcrupulum inijciunt, ſi per tria Iodin, illud inſinuāt. Quādoquidem numerus, qui ex literis ineffabilis diuini nominis reſultat, vigeſimum & ſextum numerum non excedat. Tria vero Iodin, trigeſimum releuant. Vnde exceſſus iſte, in tam diligentiſſimis exacti numeri obſeruatoribus, proceſſerit, aut quo tēdat, animaduertere penitus nequeo. Niſi forte, arithmeticorum more intelligere velint, numerū numero ſuperpoſitum, dimidiā illius partē innuere. Quod ſi ita eſt, profecto ex duobus Iodin ſuppoſitis, quorum vterq; denarij ſymbolum refert, & ex Iod ſuperius poſito, & ea ratione dimidiato, viginti dumtaxat & quinq; reſultāt, & vnde diuinum referre perfectiſſimum nomē intendunt, diminutum proculdubio à ſua numeratione oſtendunt. Proinde vt quod perfectum eſt, ex perfectionē etiā inſinuātibus literis, nec in vllo exceſſum, aut diminutionem faciētibus formetur, melius ſanè (meo iuditio) ſcribemus. Si ſuppoſitis duobus Iodin, vigeſimum numerum ſignificātibus, & primum quidem dextrū pro Iod, prima ineffabilis nominis litera, ſecundum vero ſequens ſiniſtrum Iod, pro duabus leuibus dicti nomins aſpiratiōibus. He. ſcilicet & He. quinq; & quinq; redentibus, & decem facientibus ponamus; ſupra vero duo iſta ſic collocata Iodin, ſi Vau, literā quæ in nomine Dei magno, inter duo. He. reperitur, & ſenarium indicat perfectiſſimum numerum impoſuerimus, proculdubio (remota arithmeticorum regula) integris in ſua ſede remanentibus numeris, vigeſimum & ſextum dūtaxat numerum habebimus, & hoc pacto, integrum, & in ſuis numeris perfectum, diuinum nomen inſinuabimus.

Videant tamen ac diligentius iſta perſcrutentur, qui ita ſcribunt, & meliora conſiderent.

¶ ת. ࠕ. Thau, vltima Chaldaici, Hebraici, atque Samaritani, alphabeti litera eſt, de cuius prolatione, atque cum alijs diuerſarum gentiũ literis, cõformatione, variaq; eiuſdem punctatione ſuperius tractauimus, & ſignum ex antiquorum relatione ſignificare diximus, proindeq; non ſpernendum fore, quod vltimum nomen ex ſex reſultantibus ex alphabeto recto, finiat. Primum vero ſeptem nominum ex alphabeto inuerſo incohet: & quod à ſigno ad ſignatum nos reuocet. Thau quippe (vt inquiunt Doctores) crucẽ Chriſti (vt ex ipſius figura cõſtare aſſerũt) ſignificat, qua frontes ſignantur dolẽtiũ. Fuit enim dudũ ſignũ futuræ Crucis, nunc Crux ipſa, & ſicut omnium elementorum finis eſt Thau, ſic omnium librorũ veteris teſtamenti, qui totidẽ numero ſunt, quot alphabeti ſunt literæ, Crux Chriſti finis eſt. Ipſe enim finis eſt legis ad iuſtitiam, & omnia illa librorum ſigna, Dominicæ incarnatiõis, & noſtræ redemptionis ſunt ſacramenta & ſigna, per quæ hoc vnũ annunciatur, in quo omnia referuntur ſigna. Thau (inqt beatus Hieronymus) extrema eſt viginti duarum literarũ, apud Hebræos, & perfectam in viris gementibus, & dolẽtibus, ſcientiam monſtrat. Hebræi vero autumant, qa apud eos lex תורה Thorah, dicitur. Et in principio nominis ſui ſcribitur hæc litera, eos hoc accipere ſignaculum, qui legis præcepta compleuerunt. Præterea Thau litera, extrema in antiquis Hebrǫorum literis, quibus vſq; hodie vtuntur Samaritani, Crucis habet ſimilitudinem, quæ in chriſtianorũ

frontibus

frontibus frequenter ſignatur, cuius munitione ſignamur. Thau præterea litera vno quidem modo duplex eſt, tam Hebræis, quam Chaldæis, quia variam, pro vario puncto rum acceſſu, prolationem habet, vt ſupra dictum eſt, de Raphe, & Dages, quo ad Hebræos, & de Rubro, quantum ad Chaldæos ſpectat, in vertice, aut ſub pedibus puncto. Alio etiam modo duplex dici poteſt, & hoc de Chaldæa litera intelligẽdum eſt, quia cum adhærẽtibus & adnexis li gabilis eſt, & inter ligabiles vltima. Et bene quidem cum præcedenti tantum ligatur, ne videatur adhærere ſequenti, & illam ſuſpectare, cum vltima ſit, nec ſuperuenientem ex= pectet. Quod nec à myſtico ſenſu abhorret, cum Crucẽ (vt aiunt Doctores) præſeferat, & illam quidem Crucẽ, olim præfigurabat, quæ nō aliam poſt ſe requireret, ad hu= mani generis redemptionem. Cōficitur autem Hebraicũ Thau, vel ex Res, & Nun, (vt ait autor libri de literis He= braicis) vel ex Caph, & Vau. Diuinus enim ſpiritus, qui ꝑ vtrāq; literam dignoſcitur, quādoq; illuſtrat tantum, vt cũ viuentes afflantur, quandoq; & complet, & beat, cum ad fœlices campos parentis datur ora tueri, & bonorum om= nium finibus animæ carcerem egreſſæ potiuntur. Vtriſq;, vt Eliſeus petit, ſpiritus duplex, hic gratiæ atq; prophetiæ, illic ſummi ſpectaculi atq; voluptatis. Nun pendens, ſicut in vita, ſpes nos ſuſpendit, vt ancora, hic Nun accubans, quieſcens, ſibiq; ipſa ſufficiens, idem eſt ſpiritus (vt pollicẽ= tur oracula) æterno pinguium conuiuio, faciẽs nos accũ= bere. Cũq; hic bonorum verus ſit finis, quo neminem atti giſſe, fas eſt vnquam, niſi idem in hac vita ſpiritus anticipa= uerit, & ab humanis eruens, mentem ad diuina ſuſpẽderit,

illiſq; æterno ac indiſſolubili nodo colligauerit. Icircò prius & in medio literarum Caph, ſita eſt, Nun pendulam tendens, in calce extremo omnium Thau, accubantis & quieſcentis, requiem voluptatemq; ſubnectens, & quam; Nun, pollicetur longo crure, lõgitudinem, æternitatemq; dierum. Hæc non iam ad ſpem, ſed ipſorum theſaurorum, & perpetuæ fœlicitatis beatam poſſeſſionẽ introducit, aitq; vt in Epithalamio, bibite amici atq; inebriamini. Nec prætereundum eſt, quod Thau, incipit, mediat, finitq; dictiões & verba, tempora quoq; perſonas ac genera, verborũ etiã affectus diſtinguit, & plerũq; methateſim facit in verbo à Sin incipiente, vt dum præponi debuiſſet, poſtponatur, vt legenti pſalterium Chaldaicum (quod Deo propitio publicaturi ſumus) facillime occurrere poterit. Attamẽ (vt ĩterim partẽ aliquã ſtudioſis offeramus) exẽpla nõnulla in medium adducemus, per quæ ſagaci ingenio, induſtriaq; cætera comprehẽdere poterunt, & diligẽtiæ fructum, laudẽque cõſequentur, a verbo quippe ܫܒܚ Sabahh. Quod laudare, cãtare, vel hymnum dicere ſignificat, formatur nomen ܬܫܒܘܚܬܐ Tesbuhhto. ideſt. Canticũ, ſeu Hymnus, in pſalmo. xl. In hac dictione, Thau, caput occupat, & deſinit in ſeruilem ſyllabam ܬܐ. de qua alias. Et ab ܐܒܕ Abad. Perdidit, periit, deſcẽdit. ܬܘܒܕ Taubad. Perdes. pſalmo quinto. & hic, Thau, eſt ex literis æthan, vel peribit, pſal. nono, ſcribitur &

in pſal. primo ܬܐܒܕ Tibdhai. Peribit. & ܘܐܘܒܕܬ Vaubedt. vel vaubdet. & perdidiſti vel exterminaſti, pſalmo nono. Et a verbo ܬܒܪ Tbar. Confregit, contriuit, cuius ſecunda perſona eſt ܬܒܪܬ Tabart. Contriuiſti, & confregiſti. pſalmo tertio. Formatur autē & ab ܓܪ Gar. quod euigilare, excitare, expergefacere, ac exurgere ſignificat, alterius affectus verbū ܐܬܬܓܪܬ Aethtgireth. Euigilaui, excitatus, vel experrectus ſum. pſalmo .iii. pſalmo .cxxxix. in quo notanda eſt ſyllaba ܐܬ. Incipiens, & affectum verbi indicās, & Thau finiens, cum Eſaia, alias nota ſecundæ perſonæ in verbis, vt videbimus, & ܐܬܬܓܪ Ethtgir. Excita, fac euigilare, excitare, exurge, expergiſcere, cōſurge, excitatus eſto. pſalmo. vii. xxxv. xliiii. lxxviii. cviii. & hic notādus eſt imperatiuus modus. Formatur & hæmáticū nomē ab hoc verbo ܕܡܬܬܓܪ Dmethtgir. Qui experrectus eſt. pſal. lxxxiii. & ܘܐܣܒܥ ܡܐ ܕܐܬܬܓܪܬ ܗܝܡܢܘܬܟ Veſabag mo dethtgirath haimanuthoch. Satiabor cū euigilauero, vl' excitatus fuero fide tua. pſ. 17 Poſſem innumera hoc loco (vt ſic dicā) adducere exēpla,

ad iſtius literæ probāda officia,ſed tum ne nimium noſtra
hæc traditio in longum trahatur,cum ne videamur ſtudio
ſis velle inueſtigādi occaſionē eripere,in præſentia,paucis
additis,miſſa facimus. A prædicto verbo formatur etiam
ܡܓܝܪ Mgir. Excitauit. pſalmo.lxxviii. & a verbo
ܫܩܠ Sequal.ideſt.Portauit,tulit,baiulauit,apprehē
dit,& ſimilia, fit ܐܫܩܠ Aſqual. Tulit,abſtulit. pſal
mo.lxxviii.& ܕܫܩܠܬ Daſqualt. Quod aſſumis.
pſalmo.l.&.ܕܫܩܝܠ Daſquil.Portans,vel qui portat.
pſalmo.cxxvi.&.ܕܫܩܠܬ Dſequelth. Portaui. pſal
mo.lxxxix.& ܫܩܠ Soquel.Auferens,vel portans.
pſal.ciiii.Deuteronomii.xxxii. & ܫܩܘܠܘ Squlu.
Tollite, apprehendite, ſumite. pſalmo .lxxxi.xcv. &
ܢܫܩܠܘܢ Neſqlun.Baiulabunt,afferēt.pſalmo.72
ܢܫܩܠܘܢܟ Neſqlunoch. Portabunt te. pſalmo.91.
ܡܫܬܩܠܝܢ Meſtaqlin. Qui exaltati ſunt. pſal.
74.ܐܫܬܩܠ Aeſtaquil.pſalmo.98.vbi nos di
cimus.Exaltare.Thargū Nebiēſis.Irrue. Et a verbo,
ܫܦܝܐ Sphoiæ. Contriuit.pſal.68. Fit ܐܫܬܦܝ
Aeſtuph. Cōtritæ uel humiliatæ ſunt. pſalmo.119.
Item a verbo quod proſternere, humiliare, comprimere,
affligere,

affligere, ſubigereque ſignificat; uidelicet ܣܓܒܕ Sagbad. pſal. 18. 47. 144. Formatur ܢܣܬܓܒܕܘܢ Neſatgebdhun. Mentientur uel mentiti ſunt. pſal. 18. & ܐܣܬܓܒܕܘ Aeſatgbadu. Contriti ſunt uel humiliati ſunt. pſal. 106. Ex his quæ paulo ante, & quæ mox proxime in huius vltimæ alphabeti literæ explanatione adduximus, ſeruilium literarum Olaph, Coph, Mim, Nun, & ipſius prеſertim literę Thau, varius patet vſus. Quæ ſcilicet litera Thau, prętер prędicta, etiam quadringenteſimũ repręſentat numerũ, in alphabeti numeris vltimũ. De quibus profecto numeris reſtat vt dicamus. Verum priuſquã de illis loquamur, ſupereſſe videtur (quod & pene omiſſeramus) vt exempla ponamus, per quæ, punctorum exiſtẽtium interdum ſupra primam literam, aut ſyllabam, aut etiã infra ſecundam tertiam ve, pręſertim verborum, literam aut ſyllabam, declarari, innoteſcereq; nobis poſſit effectus. Quippe qui ſupra primã literam pũctus cernitur, primã incohat perſonam, vt ĩ verbo amaui, vel dilexi, pſal. 116. ܐܢܐ ܪܚܡܬ Eno rehhmeth. Ego dilexi, uel amaui, Et plerũque defectum: ſeu mutationem literæ: ut in uerbo ſuperius adducto Taubad, nã pũctus ſupra literã Vau, abſentiã indicat literæ Olaph, & illius acceſſũ per immutationem, ut in dicto pſalmo quinto: & in dictione Taubed, ſuperius adducta in pſalmo nono,

Qui

Qui uero infra primam ſyllabam, ſecundam perſonam repræſentat, ut ܐܢܬ ܪܚܡܬ. Ant rhhemt, tu dilexiſti: pſalmo. 45. Aliquando uero imperãdi modũ uel obſecrãdi affectum ſignificat, ut in pſalmo nono, ܩܘܡ ܡܪܝܐ. Qum morio. Surge domine: & ibidẽ in uerbo ܐܩܝܡ. Aquim. Pone, uel cõſtitue. Porro qui ſub tertiam dumtaxat, aut ſub, ſupraque, uno tẽpore eãdem, infixus uidetur: tertiam quoque perſonã inſinuat: ut, ܗܘ ܪܚܡ. Aino rehhmet. Ille dilexit: ut i pſal. 119. in Ogdoade ſub litera Sin ܘܪܚܡܬܗ. Varhhemtoho. Et dilexit ea. Conſtat igit' ex adductis exẽplis, quomodo puncta primam, ſecundam, tertiam ve perſonam, imperandi modum, obſecrandi affectum, generis diſcrimina, defectum, immutationẽq; literę, nobis ob oculos ponant, & quamquã alia eorũdem punctorum plura ſint munia, illa tamen in præſentia miſſa facere viſum fuit. Quandoquidem nec totam penitus rem grammaticam poſſumus, nec intẽdimus, in hac introductione declarare, ſed pauca quędã adducere, quę in viã, ad cętera veſtigãda, lectorem inducere valeãt. Proinde reliquis omiſſis, ad numerorũ declarationẽ, iure tranſitum facere poſſumus.

¶ De Numeris, & modo numerandi, ac literis nominibuſq; numeralibus Chaldęorũ. &c. Cap. XI.

Chaldęorũ

CHaldæorum mos eſt,per alphabeti literas,numera= tiones computare,ſed nouem vnitatibus ab Olaph vſq; ad Iud, in primo numerandi ordine vtuntur. A Iud vero ad reliquorum numerorum ſtructuram, aliũ ordiuntur numerandi modum. Eodem modo Hebręos, Arabes,Armenios,Gręcos,Macedonas,& Dalmatas,vti compertum eſt.Punici vero,Latini,& Indi, alijs notis ſiue ciphris in numeris inſinuandis,vario,vt quiſq; primum ex cogitauit modo,effigiatis,vtuntur.Modus vero numeros per literas reddendi à Chaldęis talis eſt:

ܠ	ܟ	ܝ	ܛ	ܚ	ܙ	ܘ	ܗ	ܕ	ܓ	ܒ	ܐ
30	20	10	9	8	7	6	5	4	3	2	1

ܬ	ܫ	ܪ	ܩ	ܨ	ܦ	ܥ	ܣ	ܢ	ܡ
400	300	200	100	90	80	70	60	50	40

A denario vero numero ad vigeſimum à Iud, ſcilicet ad Coph, & à Coph, ad Lomad, & ſucceſſiue ordine ſuo ab vno denario numero, ad denarium alium numerum, hoc modo ſoliti ſunt computationes ſcribere.

ܦܚ	ܥܙ	ܣܘ	ܢܗ	ܡܕ	ܠܓ	ܟܒ	ܝܐ
88	77	66	55	44	33	22	11

ܬܡ	ܫܠ	ܪܟ	ܩܝ	ܨܛ
440	330	220	110	99

Et ſic de reliquis, vſq; ad ſuum perfectũ denariũ numeꝝ. Alius quoq; ꝑ noĩa numerãdi modus eſt,iuxta ordinẽ al= phabeti. Sed antequã de noĩbus numeralibus loquamur. Sciẽdũ imprimis eſt:quod Chaldęi,& Syri, vt Hebręorũ quoq; pręceptiones tradunt,numeros habent,alios quidẽ quos

quos Cardinales,alios vero quos ordinales, grammatici vocant,verbi gratia. Vnus,& primus.Pręterea non ignorãdum,quod vnum pro altero in ſacris literis, tam patrum Hebręorum veteris teſtamenti,quam etiam Euangeliſtarũ ponitur,quorum dicendi modus,ſiue phraſis(vt de Euangeliſtarum libris intelligamus)citra contentionem,potius Chaldaica,quam in totum Hebraica eſt. Q uandoquidẽ tempore Saluatoris noſtri,& Apoſtolorum, Hebręi poſt reditum eorũ, è Babylonica ſeruitute,licet Hebraice ſcriberent,& grammatice quidem,ſed mea ſanè ſentẽtia(ſaluo tamen peritiorum ſemper iudicio)non eleganter, nec antiquioris ſeruato ſtili decore,vt olim patres eorum,ante Babylonicam captiuitatem,vt videre fas eſt, in Euãgelio Matthęi,nuper literis Hebraicis à Monſtero in lucem edito. Proinde non mirentur quidam ſi hebraiſmum (vt aiunt) non videatur redolere. Comprehẽdimus etiam nos in noſtris, quãtum latini ſermonis vſus defecerit,poſt Gothorũ Barbarorumq;,in Italiam incurſus. Cognoſcunt id verũ eſſe,qui bonas (vt dicere ſolemus) his temporibus literas amant. Cęterum cum dicitur in Euangelijs, vna Sabbati, & in alijs ſcripturis vna menſis, & in libro Geneſeos in ordine creationis mũdi: cũ ſcribit̃ veſpere & mane יום אחד Iom ęhhad, ideſt dies vnus. Poſtea in ſecũdo die habetur יום שני iom ſani.ideſt dies ſecũdus,ibi clare patet, qđ vnus, pro primo ponit̃.Propter quod etiã notum eſt,alterum ꝓ altero vſurpari. Q uod loquendi genus, tam Gręci, quã Hebręi,& Latini notauerunt. Obſeruatur etiam ab Arabicis,idipſum dicẽdi genus,q in dicto capitulo primo Geneſeos dicũt يمعا ثالثا Iamini tlitin,dies tres,& يمعا خامسا Iamin

Iamin hhamſin,dies quinq; بيعا سا, سنا laumin ſadiſin. dies ſex. Et poſt paulum ibidem ſequitur. Et perfecit Deus في اليوم السابع Phi aliumi alſabiga. ideſt in die ſeptimo. Idem obſeruatum animaduerti a Chaldæis & Punicis, in ſcriptis ſupra pſalmos numerationibus, ſiue numeralibus noibus. Quippe vbi Chaldæus, in ſupraſcriptiōe primi pſalmi dicit ܡܙܡܘܪܐ ܩܕܡܝܐ ܠܕܘܝܕ Mazmuro quadmoio ldauid, ideſt, Pſalmus primus Dauid. Arabs pro primo ſcribit الاول Alaul, & vbi Chaldæus ſupra ſecundum pſalmum ſcribit ܕܬܪܝܢ Datrin. ideſt: duo. Punicus ſcribit الشاني Alſani. duo. & ſucceſſiue in aliis numeris, vbi Chaldæus ſcribit Tloto, Arbago, Hhamſo, Seth, Sabago, Tmanio, Tſag, Gſar. Arabs dicit. Alſals, Alrabag, Alhhams, Alſads, Altamn, Alteſag, Algeſar. & gradatim a. x. hoc numero ad. xx. & reliquos ſupra numeros, vt in Pſalterio Chaldæo a nobis (ſi Deo placuerit) publicando apparebit. Et cernere licet in Arabica pſalmorum interpretatione a Nebienſi Epiſcopo iam pridem edita. Ex his ſi non cecutientes ſumus, mutuum cardinalis, & ordinalis numeri vſum in Chaldæis & Arabicis conſpicimus.

¶ Sequitur alius numerandi modus ſecundum literas alphabeti.

ܐܪܒܥܐ	ܕ	ܬܠܬܐ	ܓ	ܬܪܬܝܢ	ܒ	ܚܕܐ	ܐ
Arbago	d	Tloto	g	Tartin	b	Hhdo	a
quatuor	4	Tres	3	Duo	2	Vnus	1
Quartus		Tertius		Secundus		Primus	
ܬܡܢܝܐ	ܚ	ܫܒܥܐ	ܙ	ܫܬ	ܘ	ܚܡܫܐ	ܗ
Tmanio	hh	Sabgo	z	Seth	u	Hhamſo	he
Octo	8	Septem	7	Sex	6	Quinq;	5
Octauus		Septimus		Sextus		Quintus	

ܥܣܪܝܢ	ܟ	ܥܣܪ	ܝ	ܬܫܥ	ܛ
Geſrin	c	Gſar	i	Tſag	t
Viginti	20	Decem	10	Nouem	9
Vigeſimus		Decimus		Nonus	
ܚܡܫܝܢ	ܢ	ܐܪܒܥܝܢ	ܡ	ܬܠܬܝܢ	ܠ
Hhamſin	n	Arbagin	m	Tlotin	l
Quinq̃gita 50		Quadragita 40		Triginta 30	
Quinquageſimus		Quadrageſimus		Trigeſimus	
ܬܡܢܝܢ	ܦ	ܫܒܥܝܢ	ܥ	ܫܬܝܢ	ܣ
Tmonin	ph p	Sabagin	a g	Sethin	s
Octuaginta 80		Septuaginta 70		Sexagĩta 60	
Octuageſimus		Septuageſimus		Sexageſimus	
ܡܐܬܝܢ	ܪ	ܡܐܐ	ܩ	ܬܫܥܝܢ	ܨ
Mothin	r	Moo	q k	Teſgin	zz
Ducentum 200		Centũ 100		Nonaginta 90	
Ducenteſimus		Centeſimus		Nonageſimus	

ܐܪܒܥܡܐܐ	ܬ	ܬܠܬܡܐܐ	ܫ
Arbagmoo	th	Tlathmoo	sc
Quatercentum 400		Tercentum	300
Quadringenteſimus		Tricenteſimus	

¶Ne putares cãdide lector Chaldæorum numerationes intra alphabeti limites,vſq; adeo concludi, vt vlterius non progrediantur,quam ſupra ſcriptum eſt. Aliũ numerandi modum ſubiecimus,in quo ciphras dumtaxat latinorum more numeros reddentes, poſt Chaldaica numerorũ no= mina,ſubſcripſimus, nec reſultãtes cardinales, ordinales ve numeros,latinis nominibus adſcribere, nec ſubſcribere curauimus. Ne ſtudioſum lectorem velle,à veſtigãdi cura auertere. Quin potius vrnę illi anſam,in q̃ calculos inijce re poſſit,æquo aĩo p̄bere,videremur. Modus autẽ talis eſt.

ܚܡܫܗ	ܐܪܒܥܗ	ܬܠܬܗ	ܐܬܢܝܢ	ܘܚܕ
Camshe	Arbaghe	Tlathe	Aethnain	Vahhed
5	4	3	2	1
ܥܣܪܗ	ܬܫܥܗ	ܬܡܢܝܗ	ܫܒܥܗ	ܫܬܗ
Gaſrhe	Teſaghe	Tmænihe	Sabghe	Sethe
10	9	8	7	6
ܐܪܒܥܬܥܣܪ		ܬܠܬܥܣܪ	ܐܬܢܥܣܪ	ܚܕܥܣܪ
Arbagathgas		Tlathgas	Aethnagas	Hhdagas
14		13	12	11
ܫܒܥܬܥܣܪ		ܫܬܬܥܣܪ		ܚܡܫܬܥܣܪ
Sabgathagſar		Sethagſar		Camſathagas
18		17		16

ܐܪܒܥܝܢ	ܬܠܬܝܢ	ܥܣܪܝܢ	ܬܫܥܬܥܣܪ
Arbagin	Tlethin	Geſrin	Teſgathgas
40	30	20	19
ܬܡܢܝܢ	ܫܒܥܝܢ	ܫܬܝܢ	ܚܡܫܝܢ
Thmænin	Sabogin	Sethin	Camſin
80	70	60	50

ܐܪܒܥܡܐܐ	ܬܠܬܡܐܐ	ܡܐܬܝܢ	ܡܐܐ	ܬܫܥܝܢ
Arbagmaihe	Tlathmaihe	Mithain	Maihe	Teſgin
400	300	200	100	90

ܫܒܥܡܐܐ	ܫܬܡܐܐ	ܚܡܫܡܐܐ
Sabagmaihe	Sethmaihe	Camsmaihe
700	600	500

ܐܠܦܝܢ	ܐܠܦ	ܬܫܥܡܐܐ	ܬܡܢܡܐܐ
Alphain	Alaph	Thesgmaihe	Thmænmaihe
2000	1000	900	800

ܚܡܫܐܠܦ	ܐܪܒܥܐܠܦ	ܬܠܬܐܠܦ
Camsalaph	Arbagalaph	Thlathalaph
5000	4000	3000
ܬܡܢܐܠܦ	ܫܒܥܐܠܦ	ܫܬܐܠܦ
Tmænalaph	Sabgalaph	Sethalaph
8000	7000	6000

ܡܐܬܝܢܐܠܦ.	ܡܐܐܐܠܦ.	ܪܒܘܬܐ.	ܬܫܥܬܐܠܦ
Maithainalaph	Maihealaph	Rebotho	Teſagthalaph
200000	100000	10000	9000

ܐܪܒܥܡܐܐܐܠܦ	ܬܠܬܡܐܐܐܠܦ
Arbagmaihealaph	Tlathmaihealaph
400000	300000
ܫܬܡܐܐܐܠܦ	ܚܡܫܡܐܐܐܠܦ
Sethmaihealaph	Camsmaihealaph
600000	500000
ܬܡܢܡܐܐܐܠܦ	ܫܒܥܡܐܐܐܠܦ
Thmænmaiealaph	Sabagmaiealaph
800000	700000
ܥܣܪܡܐܐܐܠܦ	ܬܫܥܡܐܐܐܠܦ
Gaſarmaihealaph	Teſagmaihealaph
1000000	900000

¶Potes nunc cādidiſſime lector ex ſuperius adductis numerationibus,numerandiq; modo tibi pauloante demonſtrato,tua induſtria,tuoq; labore, atq; ſolertis ingenij artificio cum cardinalibus,ordinalibuſq; numeris, in tantum, numeros multiplicando,procedere,vt etiam Oceani, Marium parētis,vel ſaltem(ſi in terram verſaris) Lybici Maris arenas. Aut(ſi animo altiora petis,in cœlumq; mētis oculos paululum ſuſtollis)minutiſſimas Lacteæ plagæ, ſi nō totius Cœli, Stellas,(quæ innumeræ videntur,quaſq; Deus ſingulas numerat,& ſingulis nomina vocat) quantum homini poſſibile fuerit facillime,cum Chaldaicis computationibus dinumerare, Chaldæoſq; ipſos,qui in Syria(vt M. Cicero refert)cognitione aſtrorum ſolertiaq; īgeniorum cæteros antecellūt,paruo labore ſuperare queas. Tuum igit fuerit chariſſimæ,ab Iota,īpartibili apice, vnitatūq; omnium

omnium principio, eo ordine, ſic ordinate progredi, vt ad eum perfectum, abſolutiſſimumq; numerũ pertingere valeas, qui numerorum omnium (vt non modo Stoici, verũ etiam hi, qui, quæ fidei ſunt chriſtianæ, documenta ſequuntur, aſſeuerant) perfectiſſimus eſt numerus. Ad quem cum perueneris, vnum efficiaris, ac perpetua æternaq; fœlicitate, quam nulla temporis, aut numeri circumſcriptio metit', ſua participatione, fruaris. Et iſta ſummatim de numeris dicta ſufficiant.

De Syllabis ſeruilibus. Cap. XII.

EXplicatis Chaldæorum ſingularibus literis, & his quæ ad illas ſpectare videbantur. Reſtat vt etiam ſyllabas aliquas ex ipſis formatas, quæ cum in principio, tum intra dictionum viſcera, tum etiam in fine locata, ſeruire videntur, & aliquando pronomen, aliquando vero perſonas, & numeros, ac etiam genera, tam in nominibus, quã in verbis, nobis inſinuant. Et quamquam per exempla ſuperius adducta, & etiam per ea quæ in ſingulis literis explicandis dicta ſunt, notio earum clara eſſe poſſit. Nihilo minus aliquas etiã nunc viſum eſt, per ordinẽ vocaliũ, ſeu vtcunq; ſeſe obtulerint, ꝓ pleniori notitia in mediũ afferre.

ܢ An, ſyllaba in fine poſita vim pro nominis habet, noſter, noſtra, noſtrum, nos, nobis, vt in pſalmo .xii. ܠܫܢܢ. Leſonan. Linguam noſtram. & ܣܦܘܬܐ. ܕܝܠܢ. Sephoto Dilan. ideſt. Labia noſtra. & pſal. ii. ܡܢܢ. Menan. A nobis. Et in noie ܘܗܒ ܠܢ. Vahbnan

Vahhnan alohan. Et nos, Dei noſtri, pſal. xx. Iungitur etiam verbis, & idem affixum pronomen: & tertiam quoque perſonam indicat, necnon primam pluralis numeri, vt ܢܥܫܢ. Negſan. ideſt corroboramur, & dominus ܢܦܪܩܢ ܘܡܠܟܢ. Nepharquan vmalcan. Redimet nos, & regem noſtrum, in dicto pſalmo. xx.

ܐܬ. Ath. in hanc ſyllabam pleraque verba finiunt, tam in maſculino, quam in fœminino genere. Cognoſcitur autem genus, & ex adiuncta dictione generis fœminini, & ex adiectis punctis ad vltimum thau. Nam quãdo eſt fœminini generis, tũc punctatur hoc modo, vt in pſal. 119. in Ogdoade. xi. ſub litera Coph. vbi nos dicimus. Defecit in ſalutare tuum anima mea. Chaldęus ibidem ait. ܪܓܬ. ܢܦܫܝ ܠܦܘܪܩܢܟ. Regath naphſi lphurquonoch. ideſt. Deſiderauit, vel cõcupiuit anima mea, ſalutare tuum, vel ad ſalutare tuum. Et in pſalmo. xii. in quo dicimus. Quoniam diminutæ ſunt veritates, a filiis hominum. Chaldæus ait. Redime domine quoniam defecit pius vel bonus. ܘܒܛܠܬ. ܗܝܡܢܘܬܐ ܡܢ ܐܪܥܐ. Vbetlath haimnutho men arago. Et ceſſauit, defecit, vel receſſit, fides, ſeu veritas a terra. Cum

vero

vero maſculini generis eſt, tunc aut nullum admittit punctum, aut vnum dumtaxat, vt in pſalmo.xxxvii. ܡܬܚܡܬ ܪܫܝܥܐ ܥܠ ܙܕܝܩܐ ܘܚܪܩ ܫܢܘܗܝ ܥܠܘܗܝ. Methhhamath raſigo gal zadiquo, vam hhareq ſenauhi galauhi. Ira excādeſcet impius aduerſus iuſtum, & frendet dentibus ſuis in eum. Hic vides vnicum punctum infra dexterum Thau cornu adſcriptum. Et in pſalmo nono ܐܬܐܚܕܬ ܪܓܠܗܘܢ. Eththhdath reglehun. Comprehenſus vel captus eſt pes eorum. In hoc quoque verbo vnicum tantū cernere licet punctum ſupra literæ Thau inferius ſiniſtrū cornu. Conſiderare præterea debemus ſyllabam ܐܬ. ath, verbi affectum immutātem. Cæterum in prædicto pſal. lxxviii. habes ܘܒܬܘܠܬܗܘܢ. Vabthulathehun. Virgines eorum. In quo diligenter notandū eſt, quod hoc nomen ܒܬܘܠܬܐ Bthultho. Virginem ſignificās in plurali numero nō mutat literas neq; vocales, ſed dumtaxat duo puncta pluralitatis indicatiua ſupra ſe admittit, vt ܘܒܬܘ̈ܠܬܐ. Vabthulotho. Et virgines. pſal. cxlviii. In caſu vero regiminis abiicit Olaph vltimum, & Odom,

Odom mutatur in Abrohom, & fit .ܒܬܘܠܬܗܘܢ.
Bethulathheun. ideſt virgines eorum. Similiter ibidem
.ܐܪܡܠܬܗܘܢ. Armlathheun. ideſt, viduæ eorum, & in
multis aliis pſalmis.

.ܬ. .ܐܬ. Aeth, cum Olaph, & ſine eo in fine, primã
verbi perſonam indicat, & in ea quamplurima deſinũt
verba, vt .ܐܪܝܡܬ. Arimeth. Leuabo. pſalmo. xxv. &
.ܘܐܪܝܡܬ. Værimeth. Et leuabo. & hoc in loco nota
bis quod per acceſſum copulæ Vau, Abrohom, mutatur
in Eſaiam, a, ſcilicet vertitur in e. Et in alio verbi affectu
per additionem ſyllabæ .ܐܬ. in pſalmo. lxxvii. xcvii.
.ܘܐܬܕܠܚܬ. Væthdalhheth. Cõturbabor, vel rugiã.
.ܐܬܬܟܠܬ. Aethachleth. Sperabo, vel confiſus ſum.
pſalmo. xiii. & xv.

.ܬ. .ܝܬ. Ith. It. ſyllaba in fine, in non paucis verbis, pri
mæ ſecundæ ve perſonæ inditium eſt. vt in pſalmo .iii.
.ܡܛܠ ܕܐܢܬ ܡܚܝܬ. Metul dant mhhait. Quoniã
tu percuſſiſti. Et multa alia tam verba, quam nomina,
in eam deſinunt. vt .ܡܛܠ ܕܚܙܝܬ. Metul dahhzith.
Propter quod vidi. pſal. xxxvi. lv. cxix. in Ogdoade .ܙ.

& in pſalmo.xxxv. ܚܙܝܬ Hhzait. Vidiſti. & in pſal. xxxvii. vbi dicimus. Puer fui, & ſenui . ܘܠܐ ܚܙܝܬ Vlo hhzit. Et non vidi, iuſtū derelictū. & ܐܢܐ ܟܡܝܪܐܝܬ. Ono chmiroith. Ego triſtis vel mœſtus. pſal. xlii. xliii. ܕܐܨܛܒܝܬ ܒܗܘܢ. Dazzbait behun. Quoniam com placuiſti in eis. & ܘܦܨܝܬ ܐܢܘܢ. Vphazzit ænun. Et liberaſti eos. pſalmo. xxii.

ܝܗ. ܗ. Ihe. ſyllaba iſta cum Iud ſequente. He. cum puncto ſibi ſuper impoſito, eſt nota relatiui eius, ſuus, ipſius: tam in ſingulari, quam in plurali numero, & in fœminino tantum genere reperitur, vt in pſal. ſecūdo. ܬܚܘܡܝܗ̇ ܕܐܪܥܐ. Gebreihe darago. Terminos ipſius terræ. & ibidē. ܕܝܢܝܗ̇ ܘܫܠܝܛܢܝܗ̇. Daio neihe vaſſitoneihe, Iudices ipſius: & ſultaniæ ſeu poteſtates eius, ſcilicet terræ: in eodem pſalmo ſecundo, & ܥܠܝܗ̇. Agleihe. Super eam, ſcilicet terrā habitabūt. Cum vero. He. maſculini generis relatiuum eſt, nūquam cum Iud īuenitur, niſi forte in nomine, Iud ipſum radicale habenti, nec vnquam cum puncto in dorſo, in eo genere reperitur. ܗ. He. vt in eodem pſal. ii. Aduerſus

dominum,& aduerſus .ܡܫܝܚܗ Mſihhhe.Meſſiam, vel Chriſtum eius, & ibidem,tunc loquetur ad eos. ܒܪܘܓܙܗ : ܘܒܚܡܬܗ Brugzhe : vabhhemthe. In ira ſua.& in furore ſuo cõturbabit eos.Et hoc catholicum eſt,apud Syros,& Chaldæos.

.ܗܘܢ.ܘܢ CTI Heun,nota relatiui pluralis numeri eorum:ipſorum, eis, eas, pſalmo.xliiii. .ܒܝܘܡܝܗܘܢ Biaumaihun.In diebus eorũ. & ܢܦܣܩ ܚܢܩܝܗܘܢ : ܘܢܫܕܐ ܡܢܢ ܢܝܪܗܘܢ. Hhnoquaihun vneſræ menan nirhun.Vincula eorum : & proiiciamus à nobis iugum ipſorum. Et pſalmo tertio. Quoniam tu percuſſiſti. ܠܟܠܗܘܢ ܒܥܠܕ ܒܒܝ ܥܠ ܦܟܝܗܘܢ Lculheun begeled bobai Gal phacaiun.Omnes illos inimicos meos,ſeu patronos odii mei,ſuper genas vel maxillas eorum.pſalmo.xxxiiii.

.ܘܢ.ܐܢܘܢ Vn,ſine.ܗ.He.in fine additũ,eos,eas,ipſos &c.refert,vt in pſal.ii.Et ĩ furore ſuo. ܢܕܠܚ ܐܢܘܢ Nadlahh ænun.ideſt.Conturbabit eos. Et in pſal.120. vbi habemus.Cũ odiẽte pacẽ,& ego pacem locutus ſum. .ܘܗܢܘܢ Vhenun.Et ipſi contendentes fuerunt mecũ.

Finit quoque ſecundam,& interdũ tertiam verbi perſonam pluralis numeri,vt in pſalmo.ii. Oſculantium more amplexamini filium, vt non iraſcatur .ܘܬܐܒܕܘܢ. Vetæbdun. Et pereatis de via eius . Et in pſalmo.vi. .ܘܢܐܒܕܘܢ. Vnibdun.Et diſpereant.Et in pſalmo.iiii. Filii hominis quo ad vſque honorem meum obum bratis .ܐܢܬܘܢ : ܘܪܚܡܝܬܘܢ. Antun ; verohhmitun. ideſt,Vos,& diligitis , & non .ܠܐ ܬܚܛܘܢ. Thehhtun. Peccabitis.& pſal.xxv.Vniuerſi qui ſperant in te,non .ܢܒܗܬܘܢ. Nebahetun.Erubeſcent , erubeſcant impii in vanitatibus eorum.

.ܟܘܢ. ܠܟܘܢ. Cun , ſyllaba in fine addita refert.veſter veſtra,veſtrũ. pſal.xxiiii. ܐܪܝܡܘ ܬܪܥܐ ܪܝܫܝܟܘܢ. Arimu Targæ riſaicun.ideſt. Attollite portas principes. veſtras, & eleuabunt portæ quæ ab æterno. Et in pſal.iiii. ܐܡܪܘ ܒܠܒܒܝܟܘܢ ܘܥܠ ܡܫܟܒܝܟܘܢ ܪܢܘ. Aemaru blebaicun vegal maſecbaicun rnau.hoc eſt. Dicite in cordibus veſtris: & ſuper cubilia veſtra me ditemini,& in multis aliis pſalmis.

ܠܗ ܗܝ. ܗܘܗܝ. ܗܘܗܝ. Vhi,Iuhi,in fine nominũ &

uerborum relatiuum eſt nobis inſinuans, eis, ei, eum, ſuus, ſui, ſuum, uel ſuos, ut in pſalmo primo ܛܘܒܘܗܝ. Tubauhi. Beatitudo, ei uel illi uiro, qui ĩ uia ĩpiorũ nõ ambulauit. & ibidẽ ܕܦܐܪܘܗܝ, Dphirauhi. Quod fructus ſuos dabit ĩ tẽpore ſuo. Sequitur ܘܛܪܦܘܗܝ. Vatarphauhi. Et folia eius nõ defluent. & in pſal. iiii. Dominus exaudiet. ܟܕ ܐܩܪܝܘܗܝ Cad æqriuhi. cũ inuocauero eũ. pſal. ix. Exaltator meus. ܬܪܥܘܗܝ Targauhi. Portis ipſius mortis.

ܝܢ. ܝܢ In, Multorum nominum pluralis numerus in hanc ſyllabam deſinit, necnon & tertia perſona pluralis numeri, aliquorum verborũ, vt in pſalmo duodecimo. ܡܡܠܠܝܢ. Memallin. Loquuntur, & ibidem ܐܢܝܢ. Aenin, Sunt: pſalmo. xl. liiii. & multis aliis.

ܬܘܢ. ܬܘܢ Ton, ſyllaba iſta on, in fine poſita etiam cum aliis conſonantibus obtinet uices pronominis nos, ut ĩ pſalmo. xliiii. Tu ipſe. ܦܪܩܬܘܢ Phraqton: Redemiſti nos: & in eodem pſal. ܒܚܝܠܢ Bhhailon: In exercitu noſtro. Sequitur ibi. Sed auertiſti nos, ſeu conuertes nos. ܠܒܣܬܪܘܢ Lbeſtron, Ad habita

culum

culum noſtrum,& in eodem pſalmo, multoties talis ſyllaba reperitur,& in aliis quoque plurimis pſalmis. ܬܐ. ܬܐ. To,in hanc ſyllabam quamplurima nomina fœminini generis,tam ſubſtantiua, quam adiectiua deſinunt,& eadem ſyllaba in numero plurali,in pluribus etiam ſeruatur, ut in pſalmo .cvii. ܠܡܘܠܚܒܬܐ. Lmolahhtho. Ad deuaſtationem,ſeu deſolationem,& in pſalmo.xliiii ܒܝܘܡܬܐ ܩܕܡܝܬܐ. Biaumotho quadhmoię. In diebus primis,ſeu antiquis. In quo pſalmo quam plures dictiones ſunt,& in oībus ferè pſalmis aliquę reperiuntur,in hanc ſyllabam deſinentes.

ܢܝ. ܝ. Ni, & Iod,cum reliquis literis,nota pronominis primæ perſonæ eſt,mei,mihi,me, in utroque genere,ut pſalmo tertio ܐܠܘܨܝ ܥܠܝ ܠܢܦܫܝ ܘܥܢܢܝ. Aluzzai Glai lnaphſi uagnuni. Infeſtatores mei,contra me,animæ meæ: & reſpondit mihi,& ĩ pſal,xxii.Deus meus:deus meus,quare. ܫܒܩܬܢܝ. Sbaqtoni,Dereliquiſti me. & ibidem:Non coronabis uel expectabis ܠܝ Li,Me,& in pſalmo.xxv.& remitte ܠܝ Mihi,omnia peccata mea.

Och,

ܝܟ ܟܝ Och: tuus tua tuum tibi te.pſalmo .xxv. ܠܘܬܟ Luatoch.Ad te.& cum reliquis uocalibus. ut in pſalmo.xxvii. ܐܦܝܟ Aphaich.Facies tuas.& cum Vau,primæ perſonæ pluralis numeri inditiũ eſt. ut. ܢܒܪܘܟ Nebruch.Incuruemur ſiue genuflectamus pſal.xcv.Et cum Eſaia:primam perſonam ſingularis numeri. ܐܒܪܟ Aebarech.Benedicam.pſalmo.34. ܘ.ܘ Finis tertiæ perſonæ ſingularis numeri: & im peratiui modi.ut ܣܒܪܘ Sabaru.Sperauerũt.pſalmo xxii.& in pſalmo ſecundo. ܢܫܩܘ ܒܪܐ Naſequ bro. Oſculamini filium.Potuiſſent aliæ quidem ſyllabæ in medium adduci,quas tamen in præſentia prætermittẽdas cenſuimus,illas in tempus aliud ad explicandum reſeruantes, cum(Deo propitio)de nomine & verbo, ac cæteris orationis partibus,iuſto volumine tractabimus. Illa ĩterim omnia quæ à nobis in ſuperioribus adducta ſunt,ad introductionem,legendiq; modum, ac literarum multigenarum mutuam conformationem,ſufficere arbitrantes.Et quamquam mens fuerit,dum hæc primum dictare cepiſſem, nõ vltra certum mihi propoſitum ambitum,anguſtáq; periodum progredi,ſed intra paruæ nauiculę prorã,puppimq; memet continere,remq; hãc oẽm,introductionem ſcilicet præſentẽ,quam breuiſſime,& decẽ(vt vulgo fert) verbis, ſi cõmode fieri potuiſſet,expedire.Nihilominus,dũ calcographus

graphus me dictãte literarum formas colligit, & in dictionum ſtructuram collocare præparat, prolataq; multiugæ linguæ, ex ore meo verba, non tam cito auribus percipit, quam ſubito digitis in diuerſas formularũ thecas, typorũq; capſulas impoſitis, ac illis fideliter aſſumptis, in ſuum cõfeſtim ordinem redigit. Interea dum his ambo intẽti ſumus, literarum amatores vndiq; ſuperueniunt. Tum Ferrariæ in Canonica Diui Præcurſoris Ioannis Baptiſtæ, vbi primum dictare aggreſſus ſum, religioſi diuerſorum (vt dicitur) ordinum, quamplures. Docti aliquot Ferrarienſes, Germani, Galli, Hiſpani, Italiq; Scholaſtici ꝑmulti, & (vt Nicolaum Franciſcum literatum Germanũ καὶ πολύτροπον ἄνδρα. Prætereeam) doctus ille Gerardus de Anuerſa (vt præſentis tẽporis vocabulo vtar) Flamingus, qui pro ſua humanitate, dum Romam proficiſcitur, & reuerſus in patriam redit, ſemel atq; iterum me viſitauit, & in officina calchotypa dictantem vidit, & audiuit, nouumq; in imprimẽdo modũ admiratus eſt. Cum in præſentia quoq; Ticini intra Cœli Aurei ſepta, vbi incohatum Ferrarię opus proſequimur, vndiq; φιλογράμματοι, Iuuenes, Seneſq;, ad nos cõfluunt, vident, audiunt, rem nouam mirantur. Nec vnquã diem præterit doctiſſimus ille venerandæ Senectutis vir, Cæſarei, Pontificijq; Iuris, merito iam dudum corona inſignitus, Hieronymus Perbonus, Illuſtris Inciſæ Marchio, atq; Ouiliarum Dominus, quin in iam dictã ſe conferat officinã, me dictantem audiat, Ioannis Mariæ Simonetæ Calchographi induſtriam admiretur, & laudet. Multa quoq; alia rei familiaris, & amicorum negocia ſuperueniunt, quæ mentem in diuerſa trahũt, & nauiculam longius,

quam propoſitum fuerat traijcere, & diuerſa peragrari maria compellunt. Et quam nec dum in Eridani aut Ticini fluminum, tacite labentibus vndis, regere didicimus; Euxini cogimur, quin potius Indici etiam, totiusq; Athlantici maris credere fragoribus. Proinde ſi quid inter dictandũ, imprimẽdumq;, dum nimium per diuerſa vagamur, nauiculamq; extenſis velis, leuato artemone, ventorum ingruẽtibus, vndiq; flatibus, cõmitimus, forte fortuna, minus ornate, atq; ad rem minime pertinens, dictum excidit, quod caſtiſſimas, & doctas legentis aures offendat. Rogatum (quiſquis ille fuerit) eſſe volumus, vt antequam per nos dictata cõdemnet, ſpernat, protinus ve repellat, velit ea prius legere, ac mentem ſcribentis, non verba tantũ perpendere. Intraq; animi ſui ſecreta benigne latibula reuoluere, atq; conſiderare, certoq; certius, opus hoc, qualecunq; eſt noſtrum ſcire, ex temporaneum eſſe, non diu dictatũ, nullãq; eſſe rem, quæ eadem poſſit feſtinata ſimul eſſe, atq; examinata. Neq; quicquã, quod & nota careat, & ex tẽpore in lucem prodierit, reperiri poſſe. Noſtra propterea beneuolo ac miti caſtiget errata animo, & vt nos atq; alios meliora doceat, obſecratum eſſe volumus. Nunquam enim hactenus induci potuimus, vt in animo firmaremus, tam varium mente conceptum opus, ne dum perficere, ſed nec etiã aggredi poſſe videremur. Iccirco in nonum (vt præceptum eſt) non illud preſſimus annum, vt ad ipſum tanquam ad extraneum poſtmodum accederemus, & lituris, ſpõgiaq; in illo multis vteremur modis. Aut ſaltem amicis lynceos oculos habentibus, & in aliena, potius quam in ſua, acutũ cernentibus, prius recognoſcendum traderemus. Neſcio

enim quo fato,qua ve noſtra id acciderit ſorte,vt in amicos incideremus,qui cognita animi noſtri,in re literaria iuuã- da intentione,aſſiduis tum ſuaſionibus,cum larga ope per multum ad hoc faciendũ opitulati ſunt,& affectanti calca- ria addere non deſtitere. Quibus tanquam compellenti- bus ſtimulis conciti,atq; impulſi,rem agreſſi ſumus, & ad Gaditanas has(vt ſic dicam)Herculis vſq; columnas per- uenimus. Quod ſi non eſt datum vltra, non defuit ſaltem animus,vt rempublicam chriſtianam,& literatam iuuentu tem,pro viribus iuuaremus. Legite igiť chariſſimi noſtra iſthæc qualiacunq; ſint,nec vos labor deterreat,nec inanis ſuperſtitioſaq; proferendi cura fatiget,modo dum,quæ le- gitis aut ſcribitis,vtcunq; intelligatis. Vſus certe,qui in cun ctis dominatur artibus,& omnium(vt inquit Cicero)ma giſtrorum præcepta ſuperat,cætera vos docebit. Nõ ſecus atq; eos,qui in Hebraicis verſanť, experimẽto didicimus. Neq; enim omnes Hebræorum libros, cum punctorum apicibus,ſeu vocalium notis ſcriptos inueniunt,legunt tñ, & ſuis quaſq; ſyllabas vocalibus ornant. Ita fiet & in Chal daicis,vt & Chaldaica quoq; ſine vocalium additamẽto, Odom,ſcilicet Abrohom,Ishhaq, Vria,atq; Eſaia,longe remotis,ac penitus abſentibus,& aĩam(ſi dicere fas eſt)vo- cemq; literis minime præſtantibus, legere, ac ſuo ordine quæq; proferre queatis. Cæterum vt quod principio pol- liciti ſumus,tandem proſequamur præter ea etiam quæ de Armeniorum literis iam dicta ſunt ad cæteras literas expli- candas deſcendamus. Prius tamen cãdidum lectorem ad- monitũ eſſe cupimus Armenios,Latinorum,Græcorũq; more,à ſiniſtro in dextrum latus ſcribere.

De Armeniorũ literis, & introductiõe. Cap. XIII.

ARmeniam, Aſiæ Prouinciam, inter Taurum & Caucaſum Montes ſitam eſſe, ne dũ omnibus qui in literaria Ethnicorum verſantur Paleſtra, verum etiam his qui ſacræ noui & veteris inſtrumenti ſcripturę volumina legunt, notum eſſe credimus. Quippe (vt Ptolomeum, Solinum, Dionyſium, Stephanum, Virgilium, Lucanum, & multos alios autores prætermittamus) in libro Geneſeos, cap. 8. ſcriptum habemus. Requieuitq; Arca menſe ſeptimo, vigeſima ſeptima die menſis ſuper Montes Armeniæ, & in quarto Regum. 19. Et reuerſus eſt Senacherib, Rex Aſyriorum, & manſit in Niniue, cumq; adoraret in templo Neſrach, deum ſuum Adramelech, & Saraſar filij eius percuſſerunt eum gladio, fugeruntq; in terrã Armeniorum, & regnauit Aſſaradon, filius eius pro eo. Hãc terram Hebraica litera ארץ אררט ærez ararat, ideſt terram ararat appellat. Et nos quoq; in libro Eſaiæ prophetæ, cap. 37. Terram ararat habemus, & quod in dicto capitulo octauo Geneſeos Hebraica litera hẽt על הרי אררט Gal hare ararat, ſuper montes ararat. ibi Arabicus textus ſic habet على جبا فردا Alai gbal pharda, ſuper montes pharda. In ea Tigris fluuius eſt, & Araxes, de quo Lucanus libro ſexto. Armeniũq; bibit Romanus Araxem. Diuiditur autem Regio hæc in maiorem & minorem Armeniam, vt idem Poeta Lucanus innuit dicens. Nec tu populos vtraq; vagantes Armenia Ἀρμενία χώρα πλήσιον τῶν περσῶν, Armenia (inquit Stephanus) Regio eſt proxima Perſis. Obediunt enim parẽtq; Armeni in temporalibus Perſarum Regi, qui vulgo dicit, el Sophi. In ſpiritualibus

vero illis pręeſt Simas Patriarcha, qui Pręsbytero Ioanni Indorum Pontifici, obedientiam præſtat. Sunt autem Armeni Chriſtiani ſancti Thomę, de la cintura, vulgo appellati, & iuxta Romanæ Eccleſiæ ritum ſe degere aſſerunt. Troiſam magnam Armeniæ Ciuitatem, proximis annis Othomanus Turcarũ Imperator, vi cœpit, captamq; ferro & igne conſumptam deſtruxit, & Chriſtianos omnes vtriuſq; ſexus ab annis quadraginta ſupra, tanquam pecora immaniter trucidauit, & ab ĩde citra captiuos vniuerſos duxit, partemq; eorum ſub haſta vendidit: partem vero captiuã adhuc pollicita redemptiõis mercede ligatã retinet. Teſtatur hoc nobilis Troiſæ Ciuis Ioannes, & qui cum illo in Italiam pro captiuis redimendis, paulo ante aduecti ad ſummi Põtificis Pauli ſe pedes humiliter proſtrauerũt, & ſtipem per Eccleſias, & Vrbium Plateas ſuppliciter expoſcunt. Illorum triginta & nouem eſſe elemẽta literarũq; figuras, in ſuperioribus cũ de vocalibus loqueremur aſſeruimus, & quoties de conſonantibus armenicis verba facere contigit, ad armenicam introductionem lectorẽ remiſſimus. Proinde neceſſariũ fore viſum fuit, vt rurſus ab alphabeti ordine inciperemus. Sunt igitur armeniorum literæ, & eorum nomina infraſcripta.

Ա	ա	բ	գ	դ	ե	զ
A	a	b p	g c	d t	e ie	z
Ayp	ayp	byen. pyen.	giem. chiem.	da. ta	iech	za
է	ը	թ	ժ	ի	լ	խ
æ e	ie	th	gzx	i	l	hh
æ e	iet	tho	ge ze xe	ini	luen	hhe

ձ	կ			հ
dh,tz,zz	c,g,k,q			h
dha,tza,zza	chien,gien,kien,quien			ho
ծ	ղ		ճ	մ
ss,ts,x	gl,l		i,g,h	m
ssa,tsa,xa	glal,gal		ie,gie,hie	miem
յ	յ	ն	ւշ	ո
i	i	n	s,sc	o
i	i	nu	sa,scha	vua
չ	պ	պ	ջ	ռ
s,z	p,b	p,b	sc,ch,q,z	rh,rr
secha,zia	pe,be	pe,be	sche,zche	rha,rra
ս ս	վ		տ	ր
s s	u		t,d	r
se	viech,vieu,vieph		tuen,duen	re
ց	ւ	փ	ք	և
zt,zz	y	p,ps	ch	eu
zzo	yun,phyun	piur,pſiur	che	ieu
		ֆ	օ	
		ph	o	
		phe	aypyun	

¶ De diuiſione literarũ Armenicarũ. Cap. XIIII.

Diuiduntur autem triginta nouem Armeniorũ literæ, in vocales & conſonantes. Et uocales quidem

quidem ſunt quatuordecim, de quibus ſuprà locuti ſumus, videlicet. ա.ե.է.ը.ի.խ.ζ.X. յ. ո.վ.ւ.և.օ.
Cum quibus autem aliarum linguarum literis conueniant, ibidem ſatis dictum arbitramur, quandoquidem cum Samaritanis & Hebraicis, aliarumque gentium vocalibus illas contulerimus.

¶ Conſonantes vero ſunt vigintiquinque, videlicet. բ.գ.դ.զ.թ.ժ.լ.ծ.կ.ձ.ղ.մ.ն.շ.ճ.պ.ջ.ռ.ս.տ.ր.ց.փ.ք.ֆ.

¶ Vocalium rurſus aliæ ſunt ſimplices, vt.ա.է.ի.խ.ζ.3.ս.ւ.օ. Aliæ poſſunt ea ratiōe dici duplices, quia videtur pro ſyllaba fere ſemper accipi, ſcilicet.ե.quæ aliquando pro.e.& nonnunquā pro ſyllaba.ie.deſeruit.ը.quæ etiam pro ſyllaba.ie.ſemper accipitur.X.pariter pro.g.& ypſilon iota, & pro.hi.nobis ſuccurrit.վ.quoque pro.u.vocali,&.u.cōſonante accipitur.և.tandem licet diphthōgus ſit epſylon ypſilon,& elementum ipſum, ſimul copulatum eſſe videatur: pro libito tamen ſeparari poteſt,&.e.atq;.u.ſeparatim poſita noſtris ſeruitijs reddere, vt in exemplis adductis conſtat.

¶ De diphthongis

De diphthongis armenicis.

ℭEx vocalibus fiũt diphthōgi ſex,videlicet. այ. աւ. իւ.ու.եւ.ոյ.æ.ēt.ai.diuiſa diphthōgo profertur. & .if. u.per inde atque omicron ypſilon apud Græcos .ef. vt epſylon ypſylon in Græcorum diphthōgis .oi. vt omicron iota,& ſeparatim,& pro diphthōgo a Græcis proferri ſolet. Quædam præterea ſunt vocales in diphthongorũ conſtitutione præpoſitiuæ. Quædam quæ poſtponuntur , & idcirco ſeruiles dici poſſunt. Et præpoſitiuæ quidē ſunt.ա.ե.ի.ո. Poſtpoſitiuæ vero atque famulantes ſunt. յ.&.ւ. Eſt &.վ.radicalis & ſeruilis,& quando radicalis eſt pro.u.vocali,ſeu etiã conſonante accipitur. Cum vero miniſterio fungitur ſeruili, tunc poſt.ո.poſita.o.paruũ conuertit in.o.magnum,vt ſupra oſtenſum fuit.

ℭDe diuiſione conſonantium.

ℭConſonantium quædam ſunt ſimplices: quædam vero duplices,& quædã aſpiratæ. Et ſimplices quidē ſunt. գ.թ.ժ,ի.մ.ն.ջ.չ.ղ.ռ.ս.տ.ր.ց.փ.ք.և. Ex his aſpiratæ ſũt. թ.th. ղ.ch.ռ.rh.փ.ph.ք.ch.փ.ph.

Duplices

Duplices vero ſunt.բ.գ.դ.ծ.կ.ճ.ղ.պ.փ.Quomodo ſupraſcriptæ Armeniorum literæ, cum Hebraicis conferantur, ex infraſcripto alphabeto facillime comprehendi poterit. In antiquiſſimo libro Armenicis literis ſcripto, in quo Porphirii Prædicabilia, & parua Ariſtotelis Logicalia, literis & lingua Armenica ſcripta continentur reperto, in quo ita habetur.

Ալեփ, բեթ, գամել, դաղեթ, հէ, վաւ, զէ: խեթ,
aleph. beth. Gamel. Dagleth. hæ. Vau. ze. hhet
տեթ, Յովտ, քաբ, ղամեդ, մեմ, նուն, սամ քաթ
teth. iot. chap. glamed. mem. nun. ſamchath.
եց, փէ, ծադէ, կոփ, րեշ: Շին, թայ.
iez. phæ. zzadæ. quoph. res. ſin. thai.

բառք, եբրայեցւոց.
verba hebraica.

¶Quo vero modo cum latinis, & aliis diuerſi generis literis conueniant, & ſi ex ſuperius adductis notū eſſe potuerit, placuit tamen adhuc nomina quædam ex ſacris libris excerpta per ordinem alphabeti in hoc loco adducere: quo facilius legentes earūdē literarū cōformationē percipere queāt, à primo parēte incipiētes.

Adam

¶ Adam. Ադամ, Interpretatũ nomen երկիր. ercir. terra, aut երկիր կոյս. ergir cois, terra virgo. vel երկիր մարմնացեալ. erkir marmnazzeal. terra ĩcarnata. aut երկիր կարմիր. erqir carmir. terra rubens vel rubea, կամ որ յ երկրէ ամենայնքո. cuam or i ercræ amenaincho. aut qui ex terra tota tua. De quo Paulus. i. ad Corinthios. xv. ait. որպէս ադամաւն ամենեքեան մեռանին. նոյնպէս և ի քս ամենեքեան կենդանասցին. Orpes adamaun amenechean meranin noinpæs eu i chriſtos amenechean cendanaſztin. Sicut in adã oẽs moriunt, ita & in xp̃o oẽs viuificabuntur. Scribit aũt nomẽ iſtud ab Hebræis & Chaldęis tribus tãtũ literis Aleph, Daleth, & Mim, quę quadrageſimã & qntã numerationẽ releuãt, tametſi nõnulli Hebręoꝶ ad Mim finale oculos intendẽtes numerationẽ augere contendant, eorũ opinionẽ ſequti, q̧ quinq; finales Hebręorũ literas, ſupra quadringenteſimũ, ꝑ Thau finalẽ alphabeti literã inſinuatũ, extẽdũt numerũ. Caph finale ad qngẽteſimũ, Mim pariter finale, ad ſex cẽteſimũ, & ſucceſſiue reliquas finales literas ꝓducũt. Proinde noĩs Adã cõputationẽ ad ſex cẽteſimã qntã aſſurgere numerationẽ faciũt. Nõnulli vero ad myſticos animũ vertẽtes ſenſus Adã nomen, literis Græcis ſcriptũ Αδαμ, quadraginta & ſex numeratiões innuere aſſeuerãt, quadraginta & ſex annos ædificatiõis Hieroſolymi=

tani tẽpli repręſentare, quod ſi etiã ab Armenicis eiuſmodi numerationes quiſpiã ſummere cõtẽderit, diſſonas profe= cto à ſuperioribus cõperiet. Q uãdoquidẽ numerus Ar= menicarum literarum huiuſce nominis Adam ducenteſi= mum & ſextum non pręter grediatur numerum. Verũ iſta curioſis relinquẽtes ad alia noïa per hãc literã reuertamur.

Աբէլ. Աբիուդ. Աբիսաք. Ասափ. Ադովնայ.
Abel. Abiud. Abiſach. Aſaph. Adωnai.

Անանիա. Ազարիա. Արիէլ. Ադոնիաս. Արամ.
Anania. Azaria. Ariel. Adonias. Aram.

Ամոս. Ամինադաբ. Ագար. Ագգագ. Աքազ.
Amos. Aminadab. Agar. Aggag. Achaz.

De quo Eſaias cap.lxxi. loquitur dicens. Եւ յաւել տեար խաւսել ընդ աքազու և ասէ խնդրեայ դու քեզ նշան ի տնէ այ քումմէ ի խորութե կամ ի բարձրութե. և ասէ Աքազ ոչ խնդրե= ցից և ոչ փորձեցից զտր. eu iauel thear hhauſel iend achazu eu aſæ hhendreai du chez nſan i tearnæ aſtuchzzai chummæi hhoruthene cam i bartzruthe= ne eu aſæ achaz oz hhndrezzizt eu oz phorxezzizt ztear, hoc eſt, Et adiecit dominus loqui ad Achaz di cens, pete tu tibi ſignum à domino deo tuo in inferioribus aut in altiſſimis, & dixit Achaz, nõ petã & nõ tẽtabo dñm.

Et paulopoſt

Et paulopoſt. Ահա կոյս յղասցի և ծնցի որդի. և կոչեսցեն զանուն նորա եմմանուէլ. Aha cois iglaſzzi eu tzanzti ordi. eu cozeſzten zanun nora emmanuæl. Ecce virgo cōcipiet & pariet filiū, & vocabitur nomē eius emmanuel. Աբրահամ. Abrahā. De quo apud Lucam ſexto decimo capite habemus verba diuitis in inferni cruciatibus conſtituti Lazarū mendicum in ſinu Abrahæ intuentis opemque enixe efflagitantis atque dicentis. Հայր Աբրահամ ողորմեաց ինձ. և առաքեայ զղազարոս զի թացցէ զծէրն մատըն իւրոյ ի ջուր և զովացուսցէ զլեզու իմ. զի ափափակիմ ի տապոյ աստի. Hair Abraham oglormeazt intz. eu aracheai zglazaros zi thaztzzę ztzærn matin ifroi iſchur eu zωaztuſzzę zlezu im zi aphaphakim itapoi aſti. Pater Abrahā miſerere mei, & mitte Lazarum qui intingat manus extremum ſuæ in aquā & refrigeret linguam meam, quia crucior in flamma iſta. Cęterū litera iſta. ա. ayp. ī pricipio alicuius dictiōis addita, particula ē apud Armenios, nō ſecus atq; apud latinos & gręcos priuatiua, vt mēs amēs, νοῦσ ἄνουσ, & ὡσεπί τὸ πλεῖστον. Poſt. ա. ayp. ponitur. ն. nu. in dictionibus præſertim a vocali incipientbus. vt անուն. anun. nomē անանուն.

ananun.ſine nomine,aut innominabile որոշելի.oro
ſceli.finitum vel determinatum. & անորոշելի. anoro
ſceli.indeterminatum vel infinitum.apud Porphirium
in prædicabilibus, & գիրք, girch, liber vel litera,
անգիրք, angirch; ſine libris vel illiteratus, ան ջա-
տականք, anſchatacanch, ſeparabiles, անան ջատա-
կանք, ananſcatacanch, inſeparabiles. Hoc tamen in
loco animaduertendum eſt,quod litera. Ն.nu.præpo
ſita ſeu interpoſita in principio duarum dictionum ſupra-
ſcriptarum,pluralis numeri nota eſt, & claudere dictiones
debebat & dicere ագիրքն,agirchn, & աան ջատա-
կանքն, aanſchatacanchn, vt pluralem numerum in
ſinuaret.In his tamen dictionibus facta fuit. Ն.nu. lite
ræ metatheſis,vt fieri ſæpe ſolet, Արտիդես,Artides,
enim pro Ատրիդես, Atrides iuenitur.Q um etiã. ք.
che.vltima dictionũ prædictarũ litera, ex ſui natura in
fine collocata: pluralitatis quoque indicatiua ſit, vt
cum ad illius explicationem ventum fuerit fortaſſe
videbimus. Euitandi præterea hiatus & euphoniæ
gratia interponitur, vt apud Ariſtotelem,& prædictũ
Porphirium,

Porphirium,cernere licet in verbo ողձէ, olze, currit: & անողձէ, anolze, aut ոչ նողձէ, oz nolze, non currit. Quandoquidem ſi dixerimus aolze, hiatum nō euitabimus,aut ſi oz olze,barbarum neſcio quid & ad proferendum difficile, nec auribus gratum proferemus. Proinde omnibus modis.Ն.nu.addendum prædictis, & id genus dictionibus videtur, & de hac litera ſatis dictū ſit. Բաբելոն.babelon, quod nos babilō. pſal.cxxxvi. Super flumina babilonis.dicunt Armeni.Առգետս բաբելացոց. Argets babelaziozt. բանէրեգէս, banerægæs.apud Marcum cap.iii.Nos boanerges, ideſt filium tonitrui dicimus.բարթողիմէոս. bartoglimæos.Lucæ.vi.vel etiam բարդողոմէոս.bardolomæos, quo in loco notandum eſt literam.բ.b.apud Armenios accipi pro.պ.p.& vice verſa,vt quem nos Fabianum dicimus illi փապիանոս. phapianos. & nomina Albini Epiſcopi.Ալպինի.Alpini. & virginis Potētianæ.բոդենցիանէ.Bodenztianæ. Et in multis in quibus nos.u.ponimus illi.բ.b.ſcribunt, vt in noīe Silueſtri Pontificis,quod ab illis ita ſcribitur. սելբեստրոս. selbeſtros. & in aliis ſimilibus multis:

vbi

vbi nos.b.ponimus illi . վ . viech,vt in nomine Bla ſii,quod ab illis վլասայ, vlaſai.Inuenitur etiã aliquã do.տ.t.pro,բ.b.vſurpatum,vt in nomine menſis, quẽ. nos Februarium dicimus illi փետրուար, phetruar, ſcribunt,& in aliis ſimiliter multis.

Գադ.գոմոր.գորդիանոս,գէորգէոս.գլարեա
gad. gomor. gordianos. gæorgæos. glarea.
գունթինոս.գրիգորիոս.գողգոթա.գաբրիէլ.
guinthinos. grigorios. goglgota. gabriel.

Ex ſuperius deſcriptis nominibus candide lector agnoſce huiuſce literæ variam apud nos tranſitionem, nam aliquã do pro.g.aliquando vero loco.c.à nobis accipitur, vt in dictione glarea,quam nos claram dicimus, accipitur etiã & pro.q.vt in ſuperius poſita dictione,guinthinos, vbi.g. prima dictionis litera à nobis per.q.ſcribit, & quintinum dicimus,գեննեսարեթ.genneſareth,de quo Lucæ.v Et ipſe ſtabat ſecus, աղին գեննեսարեթայ . Acin genneſarethai.Stagnum genneſareth:գեդեոն : gede on:de quo Paulus Apoſtolus ad Hebræos cap.xi. & ſi recte meminimus etiam in ſuperioribus mentio nem fecimus,dum ait Apoſtolus.Et adhuc quid etiã dicam,quandoquidem non eſt ſufficiens tempus nar ranti.

ranti, վՆագեղեոնի, բարակայ: սամփսոնի, յեփ-թայեա դաւթի, և սամուելի, և այլոց մարգարէ-իցն. Van gedeoni baracai ſamphſoni iephthaiea, dau-thi, eu ſamueli: eu ailozt margaræiztn, De gedeone ba rac ſampſon iephthe Dauid & Samuel, & aliis pro-phetis. Accipitur autem & hæc litera. գ. g. pro. ք. ch. & vna pro altera ponitur: vt pſal. cxviii. թաքուցա-ներ: thachuztaner, abſcōdas, & թագուցի: thaguzzi, abſcondi, in eodem pſalm. & թագուցաւ: taguzzau, abſconderunt, pſal. cxl. & cxli. փափագեաց, & փա-փաքեաց, phaphageazt, & phaphacheazt, concupiuit, & deſiderauit, ſcribitur etiam. կ. c. & գ. g. alterum pro altero, vt apud Porphiriū արծըռունկն, & արծը-ռունգն գոլ, artzieruncn, & artzierungn gol, ideſt aquilinum eſſe, ſæpe etiam vbi nos. գ. g. Armeni. կ. c. ponunt, vt կապպաթայ. cappathai: quod nos Ioan nis. xix. Gabbata ſcribimus, cum dicit. Sedit pro tribunali in loco qui dicitur lithoſtratos, & hebraice gabbata, & in hoc loco patet quod ſupra dictum eſt. պ. p. pro. բ. b. & vice verſa alterum pro altero accipi. գալիլեա, galilea,

galilea, à qua գալիլեացիք .galileaztich, ideſt galilei, Act.1. & apud Ioannem cap.xxi. Poſt hæc iterũ manifeſtauit ſe Ieſus diſcipulis ſuis ad mare տիբերեայ: tibereai, tiberiadis, & manifeſtauit ſic. Erãt ſimul Simon Petrus, & Thomas qui dicitur didimus: և Նաթա- նայել որ ի կանա գալիլէացոց, eu nathanaiel or i cana galilæaztozt. & Natanael qui a cana galileæ vel galileus. duplex equidem eſt galilea, vt ſcribunt Doctores in cap. 1. Thobiæ, ſuperior ſcilicet & inferior, Vna inquam iudæorum altera gentium, de qua loquitur Eſaias cap. 9. inquiens. Primo tempore alleuiata eſt terra Zabulon, & Neptalim, & nouiſſimo aggrauata eſt via maris trans Iordanem Galileæ gentium, vbi etiam Doctores aiũt. Galileę duęſunt, vna gentium vicina Tyrijs in Tribu Neptalim, altera circa Tyberiadem, & Stagnum Genezareth, in Tribu Zabulon. Appellatam autem Galileã gentium aſſeuerant, ob id quod Salomon Hiram Regi Tyri, viginti Oppida in Galilea dederit. 3. Reg. 9. Et qa Hirã Gentilis erat, pars illa icc irco Galilea gentium vocata eſt.

Դան.	դինա.	դովթայիմ.	դաթան.	դագոն.
dan.	dina.	dωthaim.	dathan.	dagon.

դանիել.	դովեկ.	դեբովրա.	դեոնեսիոս.
daniel.	dωech.	debωra.	deoneſios.

Litera

Litera de qua in præſentia loquimur.դ.d.ſcilicet pro t.&.th.accipitur,& vna loco alterius ponitur,vt quod nos Ioan.xxi.Zebedei dicimus,iſti զեբեդեայ Zebethai.կղեմենդոս Clemendos pro Clemēte,& ſupra in nomine Bartholomei,in quo etiam.դ.d.ſcribunt dicētes բարդողիմեոս Bardolimeos.proferunt etiā բենետիքտոս Benetichtos pro Benedicto,& անդոն ինոս Andoninos pro Antonino.& անդոնիոս Andonios pro Antonio: & multa alia ſimili modo ſcribunt pariter & proferunt.patet etiā Ioannis primo, vbi nos dicimus.Erat autē Philippus a Bethſaida Ciuitate Andreæ & Petri,pro Bethſaida բեդսայիդա Bedſaida ſcribunt,&.Matthæi.xxi.Cū appropinquaſſent Hieroſolymis venerunt Bethphage,ibi ſcribitur. եկին ի բեդբագէ.ecin i bedbagæ.quo in nomine animaduertendum eſt non ſolum.դ.d.pro .th.verum etiā.բ.b.pro.ph.accipi.դիափսաղմա diaphſaglma, idem quod միշտ miſt,hoc eſt ſemper,vel in æternū. Semper enim ferè dictionē סלה ſela,in Dauidicis pſalmis repertam.Interpretes noſtri in æternū vel ſemper interpretantur,

tantur, ꝑ qua Græci Διάψαλμα, Diapſalma, quã τοῦ μέλους ἐναλλαγὴν, tu melus enallagin, cantus ſcilicet immutationem vocant. Mutare quippe pſallentes ibidem tonum concentus ſui cõſueuerunt, neq; enim ibi finis eſt pſalmi, ſed aut ſenſus, aut pſonę loquẽtis, aut de qua & ad quã pſalmiſtę vatis intentio flectitur immutať. Proinde quandam enunciandi pſalmi clamoroſam accelerationem, dicendi, enunciãdiq; proportionatam continuationẽ ſignificat. Vuandali quintam alphabeti ſui literam. Դ. Deddz. appellatam habent quæ à nobis pro. d. accipienda eſt.

Ենովս. Եսրովմ. Եզեկիել. Եդոմ. Եփրեմ.
Enωs. Eſrωm. Ezeciel. Edom. Ephrem.

Եղիսաբեթ. Egliſabeth. De qua Lucæ primo habemus, և Եղիսաբեթի լցան ժամանակք ծնանելոյ և ծնաւ որդի. eu Egliſabethi lztan zamanacch tznaneloi eu tznau ordi. hoc eſt, & Eliſabeth impletũ eſt tempus pariendi & peperit filiũ. Եփրաթա Ephratha, pſalm. cxxxi. Ահա լուաք զնմանէ յԵփրաթա Aha luach znmane i ephratha. ideſt. Ecce audiuimus eum in ephratha. Երեմիաս Eremias, quem nos Hieremiam, Hebræos imitati, dicimus, qui nomen ipſum ſuis literis ita ſcribunt ירמיה Irmiah. Accipitur enim hæc litera, ſeruireque ſolet, ne dũ pro ſimplici litera. e.

verum

verum etiam pro ſyllaba.ie. vt in proxime citato nomine Hieremiæ patet, & etiam in.2.Reg.5. vbi habemus. Et abijt Rex & omnes viri qui erant cum eo in Hieruſalem. Առ Եբուսացին բնակեալ յերկրին. Ar Ebuſaztiſn bnaceal iercrin.ideſt,ad Iebuſeum habitantem in terra,ſiue habitatorem terræ. Appellant Vuandali vndecimam ſui alphabeti literam hanc Ꙃ Ed.quæ pro e.nobis ſuccurrit,ſed non pro ſolitario dũtaxat.e.quin potius cum adnexo ſibi ſemper.c.& ſyllaba erit.ec.

Զելփա.զաբողոն.զեբ.զեբէէ.զաւրաբաբէլ.

Zelpha. Zabωlon. Zeb.Zebææ. Zaurababel.

զաքարիայ.Zachariai. De quo inter cætera Lucæ.i. և զաքարիայ հայր նորա. eu Zachariai hair nora. Et Zacharias pater eius impletus ſpiritu ſancto prophetauit &c. զեբեդեա Zebedea. De quo Marci.iii. և յակովբու զեբեդեա. eu iacωbu zebedea. & Iacobum Zebedei. Et Lucæ.v.ac Matthæi.x. Et puſillus ille Zacheus, De quo Lucæ.xix.habemus. Et præcurrens aſcendit in arborem Sycomorum, vt videret eũ quia inde erat tranſiturus, & cum veniſſet ad locum ſuſpiciens Ieſus vidit illum & dixit զակքէ փութա

էջզի այսօր յտան քում պարտէ ինչ ագանել և փութացեալ էջ և ընկալաւ զնա ուրախութի ի տուն իւր. Zacchæ phutha ech zi aiſωr i tan chum partæ ins aganel, eu phuthazteal ech eu iencalau zna vrahhuthani i tun iur. Zacheæ feſtina deſcende, quia hodie in domo tua oportet me manere, & feſtinans deſcẽdit & accepit illum gaudens in domum ſuam. Accipitur autem hæc litera apud nos non ſolum pro.z. verum etiam pro.s. quippe quod nos dicimus Smaragdos, illi per.z. ſcribunt զմարագթոս Zmaragthos, & in hoc quoque nomine notandus eſt ſtilus Armeniorum in vſu literarum aſpiratarum tenuium & mediarum, quod & ſupra de.t.&.d. mutua viciſſitudine in pluribus dictiõnibus oſtẽſum fuit, in hoc quoq; nõmine.d.&.th. viciſſitudo manifeſta eſt, vt etiã in alijs perſæpe cõſiderare neceſſariũ erit. Litera p̃terea iſta, de qua in p̃ſentia ponimus exẽpla, loco etiã articuli obliquoꝝ caſuũ dictiõibus p̃ſcripta intelligit, & cum litera.ց.zt.&.zz.cõcurrit, vt in eius explicatione videbimus, & patet Ioan.viii. Աբրահամ հայր ձեր ցնծացաւ տեսանել զաւր իմ. Abrahã hair tſer ztancazzau teſanel zaur im. Abrahã pater veſter exultauit videre vel vt videret diẽ meũ; ad զաւր zaur articulum additũ conſidera, nã աւր Aur, vel որ or, in recto

in recto,diem ſignificat,ſine articuli acceſſu.Sequitur ibidem.Vidit & gauiſus eſt.Dicunt ei Iudæi. Quinquaginta annos nondum habes և զԱբրահամ տեսեր, eu zAbraham teſer, & Abraham vidiſti. Vides & tu lector ad Abraham in caſu obliquo additum articulum,literam ſcilicet iſtam,de qua nũc exempla ponimus,& licet emphaſim,articulumq; ſignificet,præponitur tamen ſæpenumero verbo,dictioni ve pręcedenti nomen ad quod adnectitur,obliquũ licet nominis caſum ĩſinuet, vt in citato iam.8.Ioã.capite habemus. Amen amen dico vobis antequam զլինելն Աբրահամ եմ ես, zlineln Abraham em es, ideſt fieret Abraham ſum ego, լինել. Linel. Quippe facere vel fieri aut eſſe ſignificat, vt ſupra credimus iam exẽpla poſuiſſe. Cui ն.nu.n.ſcilicet additum ad finem,infinitiuum verbũ in nomen verbale conuertit,vt ſcilicet (ſi modo ſeruato latini ſermonis candore dicere poſſumus) ſic dicamus,ante exiſtentiam Abrahę ſum ego. Vt cunq; igitur additum ſit elementum hoc,articuli vicem obtinet. Cæterum ait Propheta Dauid ĩ pſalmo,cxix,զմեղս ատեցի և անարգեցի և զօրէնս քո սիրեցի։ Zmegls atezti eu anargezti eu zωrens cho ſirezti, Iniquitatem odio habui & abominatus ſum: & legẽ tuã dilexi. Lex quippe

in nominatiuo

in nominatiuo աւրէնս vel աւրէնք aurens vel au-
rench dicitur, vt in prædicto pſalmo, Concupiui ſalu-
tare tuum domine. Եւ աւրէնք քո խաւսք իմ էին.
eu aurench cho hhauſch im ein. Et lex tua meditatio
mea eſt. Nota etiam in hoc loco viciſſitudinem .o. &
աւ, au, vt ſupra etiam notatum fuit, nam ſiue օրէնս,
ſiue աւրէնս ſcripſeris, legem intelligis. Եթէ ոչ
օրէնք քո, ethæ oz ωrēch cho. Niſi quod lex tua me-
ditatio mea eſt. pſal. cxix. Etiam մեղս, megls, in re-
cto, eſt iniquitas, & iniuſtitia, cum aditione literæ. զ .z.
erit in obliquis. Si adiectiuũ præponatur ſubſtantiuo:
tunc articulus adiectiuo dũtaxat præponitur, vt զար-
ժանին եպիսկոպութէ. zarxanin epiſcoputhene. Dignum
epiſcopatu. Si vero ſequatur proprium nomen, pro-
prio etiã nomini addi ſolet, vt զնիկօլաոս ցուցեր
զքո պաշտօնեայն, znicolaos ztuzzer zcho paſto-
neain. Nicolaum oſtendiſti tuũ famulũ. Et aliquãdo
ſoli adiectiuo præponitur in principio orationis po-
ſito etiam proprio ſequẽte nomine, alio ve adiectiuo cum
pronomine affixo, vt Deus qui beatum Nicolaum Ponti-
ficem

ficem tuū. զերանելին Նիկօլաոս քահանայապե=
տն քո. Zeranelin Nicolaos chahanaapetn cho.
Vel etiam ſine affixo pronomine vt ſi Diui Ambro
ſii orationem Armenice his verbis dixeris.

Ած որ ժողովրդեան քում յաւիտենական
Aſtuzt or zoglωrdean chum iauitenacan
Deus qui populo tuo æternę

փրկութեան զերանելին Ամբրոսիոս սպասաւոր
phercuthene zeranelin Ambroſios ſpaſauor
ſalutis beatum Ambroſium miniſtrum

հատուցեր պարգևեա աղաչեմք զի զոր
hatuzter pargeuea aglazemch zi zor
tribuiſti, præſta quæſumus vt quem

վարդապետ կենաց ունեաք ի յերկրի.
vardapet cenazt vneach i iercri
doctorem vitæ habuimus in terris

բարեխօս ունել արժանասցուք ի յերկինս.
barehhos vnel arxanaſzzuch i iercins.
interceſſorē habere mereamur in cœlis.

In præſcripta depræcatione & aliis ſuperius adductis ſi ſapis o lector comprehendere poteris, quod de li tera iſta, articuli vices obtinente: iam diximus.

¶Էսաւ.Էմաթ.Էսայի.Էղիայ. Էլ.Էլի. ած.

æſau. æmath. æſaii. ægliai. æl. æli. aſtutz.

իմ,im. Nota quod nomē.Էլ.æl.idē eſt quod aſtutz, ideſt Deus.Էլի.æli.vero idē eſt quod aſtutz, im,quod eſt Deus meus,Էփեմեա.æphemea.quā nos Euphe miam dicimus.Էգիտիոս.ægitios.nos Egidiū profe rimus,quoī nomine tenuis pro media,տ.t.ſcilicet pro դ.d. (vt ſæpe alias) ponitur. Էմաուուս,æmauus. De quo apud Euangeliſtam Lucam,cap.24.Et ecce duo ex illis ibant ipſo die in Caſtellum quod erat in ſpacio ſtadio= rum ſexaginta ab Hieruſalē.Անուն նորա Էմաուուս, Anun nora æmauus,nomen eius Emaus, Litera iſta vt plurimum,aut pro diphthōgo.æ. aut pro.e.producto, accipienda eſt. Proinde etiam apud Hebræos אל el, pro Deo,cū zere ·· pūcto lōgo ſubſcribit.Iſtius vero elemēti pronunciatio media eſt inter.a.&.e.vt de puncto ſegol ∵ literæ ſubſtrato,q de grāmaticis Hebræorum tractāt pceptio= nibus,aſſeuerāt.Et licet ſegol oppoſiti tēporis nota ſit tēpo ri zere,breue nimirū tēpus lōgo aduerſum, huius tñ literæ enunciationis ſpiritus producitur,viſq; eius longa,ſiue (vt Hebræorum more loquar) גדולה gedola,magna ſcilicet eſt.

¶Ի.ie.litera iſta fere ſemper ſyllabæ vicem obtinet, & raro aut nunquam alias præcedit literas,quā,զ.z.

aut

aut.ն.n.aut.մ.m.aut.ս.s.vel.զ.gl. & ſi ante.ե.e. aliã ve inueniatur vocalem,tunc pro ſimplici.i.quando conſonantis ſupplet locum inter vocales intelligi debet. Exẽpla paſſim obuia erunt legẽtibus Armenica,videtur enim ſemper paratum eſſe elementum,vt pro ſcribẽtis arbitrio addi queat,nam զքեզ zchez. Te,ſignificat. Cui ſæpe etiã litera iſta additur, & fit ըզքեզ, iezchez, nec tamẽ ſignificatũ mutat. Et ընդ, iend, per,cum,ſub,cõtra, & aduerſus, ըստ, ieſt, iuxta,ſecundũ, propter : ſyllabicæ adiectiones ſunt,vltra id quod litera ipſa(vt dictũ eſt) ſeruilis ſit:pſalmo.cxix. ըստ ողորմութե քում կեցո զիս. ieſt oglormuthene chum cezto zis. Secũdum miſericordiam tuam viuifica me, Porphirius vbi tractat de ſpecie. ըստ որում ասի.նախ տեսակ արժանի գոռոզութե. ieſt orum aſi,nahh teſac arxani gorhozuthene, Secundũ quod dicitur. Prima ſpecies digna eſt imperio,ſeu commendatione. pſalmo. cxlvi. ընդունի զհեզս տր. ienduni zhezs tear. Sucipiens manſuetos dominus. pſalmo. cxliiii. և կանգնէ զմ գլորեայն. eu cangne zamenezto gloieaio. Et erigit omnes eliſos. pſalmo. 135. vbi dicitur. Et eduxit

Q iſrael.

iſrael. ընդ մէջ նորա . iend meſch nora. per medii eius. Et ընկղմեաց զփարաւոն և զզօրս իւր ի ծով կարմիր. iencglmeazt zpharauon eu zzors iur i tzou carmir. Excuſſit ſiue ſubmerſit Pharaonē & virtutem, vel exercitum eius in mari rubro. pſalmo cxl. ընդ մարդս որ գործեն զանաւրէնութաի. iend mards or gortzen zanaurenuthai. Cum hominibus qui operantur iniquitatem. ըմբոշխնել iemboshhnel. quod eſt ընդունել կամ մաշել. iendunel cam maſcel. Contingere, ſuſcipere, accidere: exterere, tabeſcere. pſal. cxix. ընբոն. Inbon. idē quod նման. nman, hoc eſt idem vel ſimile, illum vel eum. ընդ սոաւ. iend ſoau, ſub hac, apud Porphirium, & ibidem ընդ միմեամբք. iend mimeambch. Subalterna, etiam ibi. որ ընդ ինքեամբեն. or iend incheamben. ideſt. Quæ ſub ſe poſita ſunt. Et apud Euangeliſtam, vbi habemus. Maius his videbis. Armenica interpretatio habet. թէ ըսևս քան զայս տեսցես. thæ ieſeus chan zais teſztes. quæ verba græcus interpres μέιζω τόυτων ὄψεσ, Maiora his videbis. ըզսապ. iezſap.

Calorem,

Calorē. ըղձիւ. ieglxiu. Supplices. ըզպանծալոյն. iezpanzzaloin. Glorioſi. ըմպիցեք. iempiztech. Bibetis. զ ը բարեկամս. ziebarecams. Amicas, & beneuolas. մեռեալըն մարդ. մարդ ասել. merealien vel merealin mard, mard aſel. Mortuum hominem, hominem dicere, apud Porphiriū. Ex prædictis adductis pauloante exemplis iſtius literæ. ը. ie. vſum, quādo ſcilicet pro ſimplici litera. i. aut pro ſyllaba. ie. accipi debeat, quibuſq; cum literis cōnecti queat, & quo nam modo dictionibus ꝓponi, aut intra dictiōes īfulciri, vel etiā cū adiectiōes nihil releuātes, ſed ornatus dūtaxat gratia ſæpenumero addant, vt repletiuæ particulæ apud Græcos, clarū eſſe arbitror.

Թ Թարա. Թամար. Թեկուէ. Թեման. Թարսիս.
Thara. Thamar. Thecuæ. Theman. Tharſis.
Թաբովր. Թովմաս. Թեկլա. Թեբայեցի.
Thabωr. Thωmas. Thecla. Thebaiezzi.

ideſt Thebanus, vt apud Porphirium. Պինդարոս Թեբայեցի. Pindaros thebaiezzi. Pindarus thebanus. Թեսբացի կամ Թեզ բացի. Thesbazzi vel thezbazzi. Tesbiten, vt Malachiæ. iiii. Ecce ego mittā ad vos. զեղիա Թեզ բացի. Zeglia thezbazzi. Eliā thesbiten, antequā veniat dies domini magnus. Vides in hoc quoq; nomine literam. s. & . z. confundi, alterámq;

pro altera vſurpari, quod & in ſuperioribus dixiſſe credimus. Simili quoq; modo & aſpirata pręſens litera viciſſim ponitur pro tenui, vt cernere licet apud Ioannem cap. 10. Et alias oues habeo quæ nō ſunt. յայսմ գաւթէ. laiſm gauthe. Ex hoc ouili. Et paulopoſt ſequitur. Et fiet մի հաւտ և մի հովիւ. mi haut eu mi houiu. Vnū ouile, & vnus paſtor. Ecce in vno ouilis nomine, ne dū aſpirati. թ. th. elementi, & tenuis. տ. tun. t. ſcilicet viciſſitudinem. Verum etiam. գ. g. &. հ. h. mutuam cōmutationem, quam apertiſſime dignoſcimus. Id quod & in aliis nō paucis compræhendere licet. թագաւորն թագաւորաց և տեարն տերանց. Thagauorn thagauorazt eu tearn teranzt. Rex regum, & dominus dominantium. Prima Thimo. vi. թագաւորեսցէ տ̃ր յ̃ւտն. Thagauoreszt tear iauitean. Regnabit Rex in æternū. pſalmo. cxlv. թագաւորն խաղաղարար մեծագործեաց. Thagauorn hhaglaglarar mezzagorzzeazt. Rex pacificus magnificatus ē, cuius vultum deſiderat vniuerſa terra.

Ժողովուրդ որ ՋրՋէր ի խաւարի ետես զ լոյս մեծ. Zoglωurd or ſarquer i hhauari etes zlois

metz. Populus qui ambulat in tenebris, vidit lucē magnam. Eſaiæ .ix. ժողովս. goglws. Congregatio. pſalmo.cx. In conſilio ուղղոց ի ժողովս. Vglglozt i goglws. Rectorum vel iuſtorum, & congregatione. ժողովեցէք նախ զորոմն. Gogleztech nahh zoromn. Colligite primum zizania. Matthæi.xiii. & in pſalmo.xxi. Ego ſum vermis & non homo, obprobrium hominum, & abiectio. ժողովրդոց. Zoglwchdozt. Plebis. ibidem և ժողովք. eu gogluch. Et conciliū malignantium obſedit me. Et Matthæi.xxvi. Ite in ciuitate ad quemdam & dicite ei վարդապետն ասէ, ժամանաք իմ մերձեալ է. Vardapet aſæ, zamanach im merſſealæ. Magiſter dicit, tempus meum prope eſt. Pro quibus autem literis elementum hoc nobis deſeruiat in alphabeti deſcriptione dictū fuit.

Իսահակ.	իսաքար.	իսրաէլ.	իսմաէլ.
Isahac.	Iſachar.	Iſrael.	Iſmael.

A quo formatur nomē իսմաէլացիք, iſmaelaztich. Iſmaelitę. Cum hac litera ſignificamus, & per eam intelligimus. a. ab. ex. de. inter. in. per. vt habemus in pſalmo. 119. Principes perſecuti ſunt me. իՆանիր,այլ ի բանից
կոց.

կոզ. Inanir ail i baizt chozt. Gratis vel inaniter, & a verbis tuis formidauit cor meũ. Hinc arbitrarer a Cicerone & a noſtris vſurpatũ eſſe, vt dicamus inanis, inane, inaniter. Quid enim aliud ſignificat Hebraicũ verbum חִנָּם hhinnam, quam fruſtra ſuperuacue ſine cauſa incaſſũ vane & inaniter, quod ab Armenis dicit ինանիր. Inanir. a Chaldæis & Syris . ܣܪܝܩܘܐܝܬ Sriquoith. Arabice . باطل Batla, vel Batlan. Et Ioãnis primo. Verbum caro factum eſt. Եւ բնակեցաւ ի մեզ . eu bnaceztau i mez . Et habitauit in nobis vel iter nos. Et Paulus ad Hebræos. 1. Multifariã multiſq; modis, olim խօսեցաւ ած հարցն մարգարէիւք. ի վերջին աւուրս յայսոսիկ խաւսեցաւ ընդ մեզ որդւովն . hhoſeztau aſtuzt harztn margareiuch. i verſcin auurs iaiſoſic hhauſeztau iend mez ordwn vel ordoun. Locutus eſt Deus patribus in prophetis vel p prophetas. In nouiſſimis diebus iſtis locutus eſt cum nobis vel nobiſcum in filio vel per filium, In his Pauli verbis hhoſeztau, & hhauſeztau, nota chariſſime mutuam diphtõgi. au. & o. aypyun literæ viciſſitudinem, & ſyllabam. iu. poſitam ſeu melius interpoſitam in fine dictiõis margareiuch, inter է. e. &. ք. ch, quia per eã intelligere oportet. in. vel. per.

 Nam

Nam մարգարէք, margarech, per additionē literæ .ք. ch, pluralis fit numeri, & ĩterpoſitio illa ſyllabæ .իւ. iu. præpoſitionem in, vel per, inſinuat. վեր ջին. verſcin, Præterea dictio vltimos extremos nouiſſimoſq; ſignificat. Litera vero. ի. i. præpoſita. in. denotat. Cæterum nō te præ tereat modus loquendi, iend mez, cum nobis, quod nos dicimus, nobiſcum. Demum conſidera quod dictio, ordi, filium ſignificat, & per apherefim extremæ literæ .i. & adi= ctione ſyllabæ .ուն: ωn, vel oun, vtroque enim modo proferri poteſt, & ſubintelligimus in filio vel per filiū. Paulus quoq; ad Titum, capitulo tertio. Cum autem (inqt) benignitas & humanitas apparuit ſaluatoris noſtri. ոչ ի գործոց արդարութե զոր արարաք մեք. os i gordhozt ardaruthene zor ararach mech. Nō ex opi= bus iuſtitiæ quę fecimus nos. pſal. 109. Virgā virtutis tuæ emittet քեզ տր ի սիոնէ. chez tear i ſione. Tibi do= minus ex ſyon, pſal. cxi. In memoria æterna erit iuſtus, ի համբաւէ չարէ նա մի երկիցէ. I hambauæ za= ræ na mi ercizte. Ab auditiōe mala ꝑtinus nō timebit. Et pſal. cxxix. De profundis clamaui ad te dn̄e. ի խորոց կարդացի առ քեզ տէր. I hhorozt cardazti arh chez tear. Et ĩ eodē pſ. ի պահէ առաւաւտու, I pahæ arauautu. A cuſtodia matutina vſq; ad noctē ſperet iſrael in domino

in domino, իսրէլ ի տեառ : Iſrael i tear, Et in multis aliis ſacræ ſcripturæ locis iſtius literæ.ի.i.vis patet,nā ſeruile & addititium elementum eſt,quandoquidem in fine multarum dictionum additum obliquum oſtēdit caſum, vt Ամբրովսիոս.Ambrωſios,Ambroſius.ամբրովսիոսի.Ambrωſioſi: Ambroſii. Et in multis aliis ſimilibus.In fine quoque infinitiui verbi additum reſoluit illud in gerundium, vt apud Ariſtotelem in ſecundo (ni fallor)Periermenias: քանզի ոչ է.զոչն ամե= նայն մարդ ասելի. Chanzi oz æ, zoſn amena: in mard aſeli,ideſt.Quandoquidem non eſt,non omnis homo dicendum.Et in eodem libro,հայցելի է, haizteli æ, Aſpiciendum eſt.& գնելի է.gneli æ, Ponendum vel conſtituendum eſt.Nam ասել.aſel: Dicere,հայցել.haiztel.Aſpicere.Et գնել.gnel. Ponere vel conſtituere ſignificat.

Լօրէնցիոս. Լամպերթոս. Լէոնարտոս.
Lorenztios, Lamperthos. Leonartos:

Լօթովիկոս.Lothouicos.Լոյս.vel Լոյսն. Lois vel Loiſn.Lux vel lumē.Լուսաւորէ. Luſauoræ.Lucēs eſt.

eſt.լուսոյն,Luſoin.Lumine.լինել.Linel.Fieri.լի, Li.Plenum.Omnia iſta ſunt in capitulo.1.Ioannis Euangeliſtæ.Et apud Lucam capite.12.habemus.Propterea quia quodcunque dixeritis in tenebris. լսելի լիցի ի լոյս. Lſeli lizzi i loís.Audiendum erit in lumine. pſalmo.xxi.Aruit tanquam teſta virtus mea. և լեզու-իմ'.eu lezu im.Et lingua mea adhæſit faucibus meis. լերինք գելբուայ.Lerinch gelbωai. Montes gelboe.Nec ros nec pluuia cadat ſuper vos.2.Regum.1. In hanc literam vt plurimũ finiũt infinitiua verba.vt Marci.ii.Quid eſt facilius ասել.Aſel dicere.Matthæi.v. Nolite putare quia veni ſoluere legem aut Prophetas. ոչ եկի լուծանել այլ լնուլ. oz eci lutzanel ail lnul.Nõ veni ſoluere,ſed adimplere.Infinitiuum ſanè verbum,vt plurimum in ſe ipſum reſoluitur,vel in gerũdium aut gerundiuum(ſi dicere fas eſt)participium cum præpoſitione ad,& applicatur caſibus & numeris,vt patet in pſalmo.cxl. պատճառել զպատճառս մեղաց.Patgarhel zpatgarhs meglazt.Excuſare vel ad excuſandum, aut ad excuſandas excuſationes peccati.Et poſtquam infinitiui facta eſt mentio,illud nequaquam prætereundum cenſui,quod plerũq; infinitiuo præponit litera.բ.b.vt Marci cap.xiii.patet բառնալ.Barhnal.vt tollat,& առնուլ. Arhnul,tollere.In eodem capite.Et qui in agro nõ reuer-

tatur retrorſum tollere veſtimentũ ſuum. Et in hoc quoq; loco animaduertendum eſt, quod litera illa. b. infinitiuo addita, vt iam dictum fuit pauloante, de infinitiuo in gerundium reſoluendo, eũdem effectũ operatur in hoc infinitiuo բարհնալ. Barhnal. Reſoluit quippe ipſum, in tollens ad tollendum, & vt tollat.

Խրիսոգոնոս. Hhriſogonos, quem nos Griſogonũ dicimus. խոյ. Hhoi, Aries. խեցգետին. Hheztgetin. Cancer. խայթոց. Hhaithozt. Aculeus. խոնարհս. Hhonarhs. Humilis. խաղաղութի. Hhaglagluthai. Pax. Pſalmo. cxlvii. Qui poſuit fines tuos pacem, vel ի խաղաղութե. I hhaglagluthene. In pace. խնդրեցէք տր մինչ գտանիլ կարէ կոչեցէք զնա մինչ մերձն է. Hhendrezzech tear mins gtanil caræ coſeztech zna mins merſſan æ. Querite dominum dum inueniri poteſt, inuocate eum dum prope eſt. Eſaiæ. lv. խնդրեցէք նախ զարքայութաի այ և զարդարութին նորա. Hhendrezzæch nahh zarchaiuthai aſtuztai eu zardaruthain nora. querite primũ regnũ dei, & iuſtitiã eius. Matthæi. vi. խըխն Հականն, Hhiehhnſcacann. Hinibillis, & խըխըն Հական ձի. Hhiehhien-

Hhiehhienſcacā tſi. Hinibillis equus, apud Porphiriū, & խաժ ակնութի: Hhaxacnuthai. Naſi curuitas, apud eundem. Ioannis. xix. Et illi clamabant tolle tolle eū, և Հան զդա ի խաչ. eu han zda i hhaz. Et affige eum in cruce. Et paulopoſt. Ego Regem veſtrum, ի խաչ Հանիցեմ. I hhaz haniztem. In cruce affigā. խաչ. Hhaz. Enim crucem ſignificat. Quam beatus Andreas Apoſtolus cum perueniſſet ad locum vbi crux ipſa præparata erat, ſalutauit dicens. ողջլեր խաչ պատուական. Oglzler hhaz patuacan. Salue crux præcioſa: ſuſcipe diſcipulum eius qui կախեցաւ ի քեզ քս վարդապետն իմ. Cahheztau i chez chriſtos vardapetn im. Pependit ī te chriſtus magiſter meus. Et ով երանեալ խաչ իվաղնջուց ցանկա= ցեալ և այժմ տրփացելոյ հոգոյն նախապա= տրաստեալ. ω eraneal hhaz iuaglnzuzt ztancazteal eu aigm tarphazteloi hogoin nahhapatraſteal. O bona vł beata crux, diu deſiderata, & iam concupiſcenti animo prę parata. Vuandali ſimplicem aſpirationem, ſed nec fortem in ſuo alphabeto habet, ſed dumtaxat literas duas aſpiratio= nē ſemper adnexam habentes in ſuo alphabeto adſcribūt.

Quarum prima eſt. Գ .Geth.quæ pro.gh.ſemper accipitur,& eſt tertia in ordine literarum alphabeti. Secũda eſt Ղ .Ohh.quinta decima alphabeti litera,& pro.oh.cum aſpiratione adnexa ſemper ſcribitur.

Ծեծէին. Tzetzæin. Percutiebant. Matthæi.xxvii. Acceperunt arundinẽ & percutiebãt caput eius.Et Lucæ xxiii.vbi dicit.Stabant & omnes. Ծանօթքն նորա. Tzanωthchn nora. Noti eius a longe. Ioãnis.xix. Sciẽs Ieſus quia oĩa cõſumata ſunt.ասէ ծարաւիեմ. Aſæ tzarauiem.Dixit ſitio,vel ſitiens ſum. Ծանեա զի առնես տր̃. Tzanea zi arhnes tear. Cognoui quoniam ſumet vel faciet dominus iudiciũ inopis.Pſalmo cxxxix.Ծանեար. Tzanear. Cognouiſti.Pſal.cxxxviii. Ծանեար ապա հայր. Tzanear apa hair. Cognouit ergo pater,q̄a hora illa erat,ĩ qua dixit Ieſus filius tuus. Կենդանիէ.Cédaniæ.Viuit vel viuens eſt. Et Mat.x. Ծառա չար.Tzarha zar. Serue nequã omne debitũ dimiſi tibi.Propterea q̄a rogaſti me.Nõ ne ergo oportuit,& te ողորմել ծառակցին քում. Oglormel tzarhaczzin chum.Miſereri cũ ſerui tui,ſicut & ego tui miſertus ſũ.Ծիծաղ ի ծիծաղելովն ծիծաղական.

Tzitzagli

Tzitzagli,tzizaglelωn,tzitzaglacan.Rideat,ridens,riſibi-lis,vel riſibile,apud Porphirium.Et Apocalipſis.7.Noli te nocere terræ և ծովու և ոչ ծառոց . eu tzωu eu oz tzarhozt.Et mari neq; arboribus quo ad vſq; ſigne mus.ծառայս այ . Tzarhais aſtutzai. Seruos dei in frontibus eorum.ծակեցին զձեռս իմ զոտս.Tza cezzin ztſerhs im eu zoſt.Foderũt manus meas & pedes. Pſalmo.xxi.ծագեաց.Tzageazt.Exortum eſt in tene bris lumen rectis corde.pſalmo.111.

Կային.կայնան.կայիափա.կարմեղոս.կադես.
Caijn. Cainan. Caijapha. Carmeglos. Cades.

կուրբան.Curban.De quo Matthæi.xxvii.Non licet mittere eos ի կուրբան. I curban.In corbonã. Ibidẽ. Et venerunt in locum nominatum golgotha, qui locus կառափելոյ.Carhapheloi. Caluariæ.կեփաս. Ce-phas.De quo Ioãnis primo.Intuitus autẽ eum Ieſus dixit. դու ես սիմոն որդի յովանու դու կոչեսցիս կե-փաս որ թարգմանի պետրոս . Du es Simon ordi Iωnanu du cozeſztis Cephas or thargmani Petros.Tu es Simon filius Ioanna,tu vocaberis Cephas,quod interpre tatur Petrus. Et Paulus.i.ad Corinthios.xv. և թէ երևեցաւ կեփայի . eu thæ ereuezzau cephaii . Et quia viſus eſt cephæ,& poſt vndecim. Ioannis.19.Non

habemus

habemus Թագաւոր բայցի կայսերէ. Thagauor baizti Caiſeræ. Regem niſi Cæſarem. Lucæ.ii. Exiit edictum յ Աւգուստոս կայսերէ. I Auguſtos Caiſeræ. Ab Auguſto Cæſare deſcriptionis ſumendæ in vniuerſo orbe. Hæc prima deſcriptio facta eſt a Præſide Ասորոց կիւրենեայ. Aſorozt ciureneai. Siriæ vel Aſiriæ cireneo, aut cirino, Matthæi.xxii. Marci.xii. Lucæ.xx. տուք ապա զորս էնն կայսերն կայսեր եւ զորս էն ա͞ծն ա͞ծյ. Tuch apa zors enn Caiſern Caiſer eu zors en aſtuztain aſtuztai. Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſũt Dei Deo. կալլիաս. callias. կիկրոպեա͞նքն ի կիկրոպեա. Cicropeanchn i cicropea. Cecropidæ a Cecrope. De quibus apud Porphiriũ. Ioã.vi. Et cũ aſcendiſſent nauim venerunt trans Ծովուն ի կափառնաւում. Tzωun i capharhnauũ. Mare capharnaũ. De quo ẽt Luc.vii. Եմուտ ի կափառնաւում. Emut i Capharnaum. Subiit in Capharneum. կղէոպաս. Cglæopas, quẽ nos Cleophas appellamus. Lucæ.24. vbi habemus. Reſpõdit vnus ex illis, cui nomen eſt Cleophas. Matthæi.x. Iacobus

Alphei

Alphei,& Lebæus, qui dictus eſt Thadæus. սիմոն կանանացի, Simon cananazzi. Simon cananeus. Matthæi. xvi. Et venit Ieſus ի կողմանս փիլիպպեա կեսարեային. I coglmans Philippea Ceſareain. In partes Philippi Cæſareæ. կութին. cuthin, Lac ſignificat, De quo habemus in prima Petri, cap. 2. Sicut modò geniti infātes, & ſine dolo: կութինն փափագիցէք. cuthinn phaphagizzech. Lac cōcupiſcite. prima Corīthios. 11. & Matthæi. xxvi. Accepit Ieſus panem benedixit և կոտրեց. eu catrezt. Et fregit, & dedit diſcipulis, & ait. Առէք կերէք այսէ մարմին իմ. Arhæch ceræch aiſæ marmin im. Accipite comedite, hoc eſt corpus meū. կիկիլիեա կուսին և վկային. Ciciliea cuſin eu vcain. Cicilia virgo & Martyr. Cuius dū iſta dictamus feſta dies agitur, de qua cātat ecclesia. յերգելն նուագարանացն կիկիլիեա երգէր ան ասելով. եղիցի սիրտ իմ անբիծ զի մի յամօթեղեց. Iiergeln nua garanaztn Ciciliea erger tearn aſelω. eglizzi ſirt im anbidh zi mi ianωtheglezt. Cantantibus organis Cecilia cantabat domino dicens. Fiat cor meum immaculatum, vt non cōfundar. De qua nec immerito Vrbanus Papa, cum ad illū Valerianum ſpōſum miſiſſet dixit, Cecilia famula tua

domine

domine, quaſi apis tibi argumentoſa deſeruit, quæ verba Armenice hoc modo exprimi poſſunt. կիկիլիա աղախին քո տր որպ մեղուքեզ յանդիմանօրէն ծառաեաց. Cicilia aglahhin cho tear orpiſi meglu chez iandimanωren tzarhaeazt. կլեմենդոս. Clemẽdos. Clemẽs Papa. Poſtquẽ ſequitur ĩclyta կատարի- նա կուսին և վկային. Catarina cuſin eu vcain. Caterina virgo, & martyr. De qua quidam cecinit dicẽs,

Virginis eximiæ Caterinæ martyris almæ.
Feſta celebrare, da nobis Rex pie Chriſte.

Quæ carmina Armenicis verbis, ita exprimi poſſunt,

կուսին պանծալոյ կատերինեա վկային սրբոյ.
զտօնս առի կատարել տուր մեզ արքայդ քս.
գ(թացեալ.

Cuſin pandhaloi Caterinea vchain ſurboi.
Ztωns arhi Catarel tur mez archaid Chriſtos gthazteal.

Eccleſiaſti. xxiiii. Et quaſi զկիպրի. Zcipri. Cipreſſus in mõte ſyon, quaſi palma exaltata ſum, ի կադես. i cades. In cades. Ioannis. xxi. Erant ſimul Simon Petrus, & Thomas qui dicitur didimus. Et nathanael որ ի կանա գալիլեացոց. or i cana galileaztozt. Qui a

cana

cana galileæ, & filii Zebedei. կարողոս. Caroglos. Carolus. a կարսղութաի. Carogluthai, ideſt, Potẽtia deriuatur. Paulus ad Epheſios. vi. De cætero fratres confortamini in domino, և կարողութաի զաւրու-թենէ նորա, եւ զգեցարուք զսպառազինութաի ա͠ի : զի կարող լինիջիք կալ ընդ դեմ հնար-ից սատանայի. eu Carogluthai zauruthene nora, eu zgeztaruch zſparhazinuthai aſtuztai, zi Charogl li-nizich cal iend demhnatizt ſatanaij. Et potẽtia virtutis eius & induite armaturam Dei, vt potentes ſitis ſtare aduerſus in ſidias ſathanæ. Iſta beati Pauli verba à nobis hoc ĩ loco ad-ducta ſunt, vt Carolus inuictiſſimus Imperator noſter in cordis ſui penetralibus inſerta, Հագուցէ զսպառա-զինութաին աստուծայ. զի կարող լինիցի. Ar-hgſztæ zſparhalinuthain aſtuztai. Zi Carol linizti. Accipi at armaturã Dei, vt potens ſit reſiſtere improbitati perfido-rum aduerſariorum, & barbaris hoſtibus, & fidei Chriſtia næ inimiciſſimo Othomano, quod facillime (meo quidẽ iuditio) efficiet. Si զկեցեալ զռահն արդարութե-նէ, և հագուցեալ զոտս պատրաստութաբ աւե-տարանին խաղաղութենէ. Zcezteal zrhahn arda-ruthene, eu haguzteal zots paraſtuthab auetaranin

hhaglagluthene. Indutus loricam iuſtitiæ, & calciatus pedes in præparatione Euangelij pacis. Vere inquam illius pacis qua cum depoſitis odijs, & vindicandi cupiditate refrigerata, Chriſtianiſſimos Reges amplexetur, nec cęteros Chriſtiani nominis caractere inſignitos ſpernat, quin & illos, & alios Romano Impio ſubditos, ad ſui beneuolētiā trahat, nec patiat̃ ab exercitu, cæteriſq; iuri redūdo p̄fectis tyrānice, ac ſpretis ſacratiſſimis legibus vexari, rapinas bonorum, virginum raptus, inceſtuſq; & ſubiectorum cedes, atq; tormenta publicis arcēda Imperialibus edictis prohibuerit, pietatem & manſuetudinem, potius quam ſæuitiam exercendam curauerit.

Հեղի. Հուբէլ. որ Թարգմանի մեծ աստուծ,
Hegli. Hubel. or thargmani metz aſtutz,
Heli. Hubel. qđ interpretat̃ magnus Deus.

Հոմերոս. Հերակլեանք. ի Հերակլեա. Հոմասեռ.
Homeros. Heracleanch. I Heraclea. Homaſerh.
Homerus. Heraclienſes. ab Hercule. Homogenea.

Հիլոն. Հետևակն. Հետևակէ մարդ. Հետևակին
Hilon. Heteuacn. Heteuac æ mard. Heteuacin.
Hilum. Greſſibile. Greſſibilis eſt homo. Greſſibilis

զբան է. Zban æ. Ratio eſt. Ab Homero ad ratio eſt, omnia apud Porphirium reperiuntur. Et hic notanda eſt articuli. z. metatheſis, nā præponi debebat dictioni. heteuacin. quæ genitiui caſus eſt, per additionem. i. inter. c. & n. quandoquidem & heteuacn, quod greſſibile ſignificat nominatiui ē caſus. Bā, ratio, igit̃ zheteuacin, greſſibilis, æ, eſt,

Clare

Clare itaq; patẽs ipſa articuli metatheſis cõſtat, quæ & ſępe alias fit. Հերովդէս. Herωdes. De quo Act. xii. Miſit dominus angelum ſuum: & eripuit me de manu Հերովդէի. Herωdæi. Herodis. Matthæi. ii. Cũ natus eſſet Ieſus in Bethlehem Iudæ. յաւուրս Հերովդէի արքայի. Iauurs Herωdæi archaii. In diebus Herodis Regis, ibi multoties nominat Herodes. Et Marci. 6. Ipſe enim Herodes miſit & tenuit Ioãnem, & vinxit eum in carcerem վասն զՀերովդիա. Vaſn z Herodia. Propter Herodiadem vxorem Philippi fratris eius. Հեղենա մայրն կոստանդինոսի. Helena mairn Coſtãdinoſi. Helena mater Conſtantini. Cõſueuerunt etiam Armeni in multis dictionibus ab. ռ. rh. vigeſima octaua alphabeti ſui litera, tam apud nos, quam apud Græcos incipientibus, iſtam aſpirationis literam præponere, vt Հռափայէլ. Հռագուէլ. Հռութ. Հռեբէկա.
Raphael. Raguel. Ruth. Rebeca. Հռամա. Rama. De qua ĩ dicto cap. Matthæ. ii. Vox in rama audita eſt, ploratus & vlulatus multus Հռաքէլ. Rachel. Plorãs filios ſuos, & noluit cõſolari quia non ſunt. Roſam prærerea quã Græci ῥόδον, Rodon appellãt.

Quam quidam Հռոդոն. Rhodon. Armenicis literis ſcripſit, licet apud illos Roſa վարդ. Vard. dicatur, vt Eccleſiaſtici. xxiiii. Et quaſi զտունկն վարդենոյ ի երիքով. Ztucn vardenoi i erichω. Plantatio roſæ in hierico. Հեթանոսք. Hethanoſch. Gentes. Eſaiæ. lxii. Videbunt gentes iuſtum tuum.

¶ Ձայն. Xain. Vox. De qua in pſalmo. xxviii. In quo multoties habemus Ձայն տեառն. Xain tearn. Vox domini. Et Eſa. lxvi. Ձայն բառբառոյ ի քաղաքէ. Ձայն ի տաճարէ։ Ձայն տեառն հատուցանէ զհատուցումն հակառակորդաց. Xain barhbarhoi i chaglachæ. Xain i tagaræ. Xain tearn hatuztanæ zhatuztumn hacarhacordazt. Vox clamantis in ciuitate. Vox de templo. Vox domini reddentis retributionem inimicis. Idem Propheta cap. xl. Ձայն բառբառոյ յանապատի. Xain barhbarhoi ianaparti. Vox clamātis in deſerto. Ձեռն. Xerhn. Manus. pſal. cxix. In quo multoties idem repetitur nomen. Ձուկն. Xucn. Piſces. Ezechielis. 47. Et omnia in quibus ſuperuenerit torrens viuent & erunt illic տձուկն բազում յոյժ. Txucn bazum ioiz. Piſces multi nimis. Et Ioān. 21. Dicit eis

eis Simon Petrus երթամ ձուկնորսալ. Ertham Xucnorſal. Vado iterum peſcari. Nam ձկնորսքն. Xacnorſchn. Piſcatores, Lucæ. v. Cæterum ձանձել. Tſanxel, idem eſt quod առնուլ. arhnul, hoc eſt ſumere, & լամբել. Lambel. Capere vel accipere, & ձաձի. Tſaxi, idẽ quod առնու. Arhnu. hoc eſt ſume vel accipe. ձիր. Tſir, quoque idem quod պարգեւ կամ շնորհ. pargeu cam ſcnorh. hoc eſt præſta aut concede. Litera iſta ſimilis eſt quartæ alphabeti Vuandalorum literæ quæ.  . Tzeds. vocatur, & pro. ts. accipitur. Necnon & vndecimæ.  . quæ. eſſe. appellat, & nobis geminatum. ss. repreſentat. Quinetiam & vigeſimæ.  quæ. Kecſe. dicitur, & . x. nobis ob oculos ponit.

Ղամէք. ղովտ. ղաբան. ղեուի. ղոբենա.
Glamech. Glωt. Glaban. Gleui. Globena.
ղոբնի. ղաքիս. ղորէոս. ղուկաս. ղազարոս.
Globni. Glachis. Gloræos. Glucas. Glazaros.

De quo Ioannis. 11. Hæc eſt Maria quę vnxerat dominũ vnguento, & exterſit pedes eius capillis ſuis, cuius frater ղազարոս հիւանդ էր. Glazaros hiuandær. Lazarus infirmabatur, vel infirmus erat. In quo capite multoties nominatur Lazarus, ղեբէոս. Glebæos. De quo Matthæi. 10. Iacobus Alphei, & Lebæus, qui dictus eſt Thadæus.

dæus.Nō ꝓtereūdū arbitror, qđ litera iſta licet à nobis in ꝓdictis noībus p.g. &.l.in latina eorū expreſſione ſcripta fuerit,illius tñ literæ ꝓlatio,ita intelligenda eſt, vt g.nō for⸗titer ꝓſonet,ſed eo mō vt vix ꝑcipi queat, an ipſum.g præce dat.l.Proinde ī eius ꝓlatione linguæ apex ad oris fornicē ſuſtolli debet & applicari,aut ſanè cū illo īferiores dētes,dū os apimus,ſunt acriter & obnixe ꝑcutiēdi, atq; lingua īte⸗rim ſurſum arcuāda,& tum demū vox promēda, dictioq; ipſa proferenda. In cuius quidem enunciatione ſyllabam gli.pro litera illa leniter exprimere videberis, & Gliaban, Glieui,Gliazaros,auribus percipies,vt apud Græcos ferè ſemper in Athicæ pollitioris,ellegantioriſq; linguæ enun ciatione cognoſcimus,quoties poſt.λ.lambda,ſequitur.ι. iota,ſiue etiam diphthongus.ει.epſylon iota,aut.η.ita, aut.υ. ypſilon,vocali præſertim dictum lambda præcedente, vt ὁμιλία,homiglia,quam nos quoq; homeliam latinæ ſcribi mus.διάλειμμα, diagleima,interuallū. κατάληξισ, cataglicſis, terminatio,ἀνάλυσισ.anaglyſis,reſolutio.Prædictam tamen literam latini per ſimplex.l.ſcribere conſueuerunt, vt patet in nominibus prædictis,quamquam Armenici,ac ipſa lite ra ꝓ lambda,&.l.latino,ſcribere vt plurimū cōſueuerint,vt ղաթպաթոն.glathpathon,pro lapatio herba,quā tñ ipſi Armenici աւելուկ.aueluc,& ղիբանոտիս.gliba notis,quæ a noſtris libanotis,& ab Armēis կնդրուկ. candruc,appellatur.ղոտոս.glotos, lotus. ներգիյն. nergiyn.Armenice.Græce vero λωτόσ,lotos,herba ſiue ar boris genus eſt,vt quidam voluerunt.

CXրագ

Ճրագ մարմ'նոյ ակն է. Irag marmnoi acn æ. Lucerna corporis, oculus eſt. Matthæi ſexto, & pſalmo cxxxi. Illuc producam cornu Dauid, paraui զՃրագ օծելոյ իմո. zirag ωtzeloi imo. Lucernam Chriſto meo. Ճերվազիոս. Ճերմանոս. Ճերոնիմոս. Geruazios. Germanos. Hieronimos, accipitur enim litera iſta apud nos, vt in alphabeti deſcriptione dictũ fuit, pro. i. g. & h. vt in exemplis ſuperius adductis clariſſime patet.

Մամբրէ. Մեմփիս. Միքայէլ. Մովսէս. Մովաբ. Mambre. Memphis. Michaiel. Mωſes. Mωab. Մագովգ. Մաղաքիա. Մանասէ. Մարիամ. Մարթա Magωg. Malachia. Manaſæ. Mariam. Martha. Մակդաղինէ. Մաթէոս. Մարկոս. Մելքիսեդեկ. Macdaglinæ. Matheos. Marcos. Melchiſedec. Qui interpretat͂ թագաւոր արդարութենէ կամ խաղաղութայ. Thagauur ardaruthene cam hhaglathai, ideſt. Rex iuſtitiæ vel pacis. De quo in pſal. 109. Tu es ſacerdos ĩ æternum ըստ կարգին մելքիսեդեկի. Ieſt cargin melchiſedeci. Secundum ordinem melchiſedec. Մամոնա. Mamon. De quo Matthæi. vi. ոչ կարէք աստուծայ ծառայել և մամոնի. Oz carech aſtutzai tzarhaiel eu mamoni, ideſt. Non po-

teſtis

teſtis Deo ſeruire,& Mamone.

C Յարեդ. Յափեթ. Յեքտան. Յուդայ. Յովսեփ.
Iared. Iaphcth. Iechtan. Iudai. Iωſeph.
յակովբոս. յետտամ. յեզրաել. յովսափատ.
Iacωbos. Iettam. Iezrael. Ioſaphat.

Duæ iſthæc literæ.Յ.i.videlicet &.յ.i.eædem ſunt, vt Յաւիտենական.lauitenacan.& յաւիտենական. Lauitenacan.æternus.Proinde vnum aut alterum ſi ſcripſeris idem elementum intelliges,etiam in alijs dictionibus,quãquam.Յ.i.raro vel potius nunquam,niſi in principio dictionum ponatur.յ.i.vero in principio medio & fine,& alterum iſtorum quodcunque illud ſit in principio dictionum additum,ex,vel,in,ſignificat. vt C ſeæ xi.Յ եգիպտոսէ կոչեցից զորդի իմ. I egiptoſæ cozeztizt zordi im.Ex ægypto vocaui filium meum. Lucæ.xv.Facta eſt fames valida.յ աշխարհին յամ-միկ.I aſchharcin iammic. In regione illa. Et hoc paſſim legenti Armeniorum libros obuium erit.

C Նաքովր. Նեփթաղիմ. Նեբրովթ. Ննուէ.
Nachωr. Nephthalim. Nebrωth. Nnuæ.
Նաթանայել. Nathanael. De quo Ioannis primo.

Inuenit

Inuenit Philippus զնաթանայէլ. Znathanaiel. Na
thanael, & dixit ei, quem ſcripſit Moyſes, & prophetæ
inuenimus Ieſum զորդի յօսէփայ ի նազարէթէ,
ասէ զնա նաթանայէլ, իսկ ի նազարէթէ. Zor
di Iωſephai i nazaræthæ, aſæ zna nathanaiel, iſc i nazarętheę.
Filium Ioſeph à Nazareth, dicit ei Nathanael. Ergo à Na
zareth poteſt aliquid eſſe boni. Matthæi. 21. Cũ intraſſet
Hieroſolymam, commota eſt vniuerſa Ciuitas dicens.
ով ից է սա. ω lzt æ ſa. O quis eſt hic, & populi di
cebant. Hic eſt propheta Ieſus. որ ի նազարէթէ
գալիլացիոց. or i nazaræthæ galilaztiozt. Qui a
Nazareth galileæ. նային. Naiin. De qua Lucæ. vii.
Et deinceps ibat in Ciuitatem vnã. որում անուն էր
նային. orum anun ær naiin. Cuius nomẽ erat Nain.
Ioannis. x. եղեն յայնժամ նօակատիքն. Eglen
iainzam nωacatichn. Facta ſunt tunc Encenia in Hie
roſolymis. Litera iſta. ն. n. capitalis ſeu radicalis eſt, &
addititia ſiue ſeruilis. Quod autem de dictionis radice ſit,
ex nominibus pauloante recenſitis abunde ſatis conſtare
arbitramur potuiſſe. Quando vero ſubſeruiat, quando ſci
licet famulãtis officio fungatur, & addita, ſeruilijs ſe noſtris
accõmodet. Et ſi ex ſuperius ſacræ ſcripturæ, Ethnicorũq;

autoritatibus diligens lector ſagaci per ſe ſe induſtria olfacere ſaltem potuerit. Nihilominus (ſi modo opportunum viſum fuerit, & memoria nobis non defuerit) cum de ſerui libus ſyllabis tractabimus, aliqua pro loci & temporis opportunitate in medium afferemus. Illud tamẽ in præſentia ſciendum eſt, quod litera de quà nunc tractamus ſæpenumero addi ſolet, vt աշակերտք. aſacertch. Diſcipuli. Et cum caſum regit poſt ſe, cum ſcilicet habet affixũ pronomen, tunc additur litera ipſa. Ն. n. vt Matthæi. v. Acceſſerunt ad eum աշակերտքն նորա. aſacertchn nora. Diſcipuli eius. Eſt præterea nota tertiæ perſonæ pluralis numeri in quàpluribus verbis, vt Marci. xiii. զի յարիցէ ազգ. Zi iariztæ azg. Quia ſurget gens in gentem. Et paulopoſt զի յարիցեն. Zi iarizten. Quia ſurgent pſeudo Chriſti &c. Superadditur etiã licet nihil ad dictionis ſignificatum addat, vt ſecũdo Periermenias apud Ariſtotelẽ Անուն. Anun. Nomẽ. բայց անունն. Baizt anunn. At nomen, & in aliis ſimilibus multoties. Repetitur quoties aliqua eadem dictio, tũc perſæpe addi conſueuit, vt in illa Ariſtotelis propoſitione.

իսկ որ ոչ կար, ոչ եղանել. անկար, ոչ եղանել,
իսկ որ անկարն, ոչ եղանել, Հարկաւոր եղանել.

Iſc or oz car,oz eglanel,ancar oz eglanel. Iſc or ancarn, oz eglanel,harcauor eglanel. At quód nõ potuit, nõ fieri, impoſſibile eſt non fieri. Porrò quod impoſſibile eſt non fieri,neceſſe eſt fieri. Et ibidem և գոլն, և ոչն գոլ, իսկապա և եղանիլն, և ոչն եղանիլ vel եղանել. eu goln,eu ozn gol,iſcapa eu eglaniln, eu ozn eglanil vel eglanel. Et eſſe & non eſſe,proinde & fieri,& non fieri. Iſti us præterea literæ additio hiatum euitare facit, vtſupra iam dixiſſe credimus. Vuandalos quoq; ſextam alphabeti literã [illegible] quã.Nõn.appellant,pro.n.habere ſcripſimus.

¶ շուշանա. Suſana. շարական. Saracan. Hymnus. շաբաթուն. Sabathun. Sabatorũ. Ioã.xx. շրթամբք իմովք. Sarthambch imωch. Labiis meis pronunciaui omnia iudicia oris tui. Pſalmo.cxix. շրթանք քահանային զգուշասցին գիտութենէ. Sarthanch chahanaiin zguſaſztin gituthene. Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam. Malachiæ.ii. շտեմարանք նոցա լի են. Stemaranch nozza li en. Promptuaria eorũ plena ſunt. Pſalmo.cxliii. շինէ զԵմ տր̃. Sinæ Zieruſlem tear. Aedificans Hieruſalẽ dominus. Pſalmo cxlvi. լի շնորհօք և ճշմարտութենէ. Li ſnor hωr eu iſmartuthene. Plenum gratiæ & veritatis. Ioan.

primo.և օչ շփոթելով զանձինսն.eu oz ſphoſthelω zanſſinſn.Neque cōfundentes perſonas: neque ſubſtantiam ſeparantes.In ſymbolo Athanaſii. Litera iſta vt in alphabeti deſcriptiōe dixiſſe credimus, & pro ſimplici.s.& pro.ſc.accipitur.Vuādali penultimam ſui alphabeti literam, quæ vigeſima prima eſt. [illegible] & .Schola. appellant,&(vt dictū eſt prius) ea ſemper pro.ſc.vtuntur.

Ողիբամա. Ոողիբա. Ոզիել. Ոզա. Ոքոզիա.
Oglibama. Oogliba. Oziel. Oza. Ochozia

ուրիա.ովբեթ.ովսէէ.ուրիել.ոզիա.Vria.ωbeth.ωſææ,Vriel,Ozia.De quo Eſaia.vi. և եղև յամին յորում մեռաւ ոզիայ արքայ.eu egleu iamin ioſrum merhau oziai archai.Et fuit in anno in quo mortuus eſt Ozias Rex. ովրեստես ի տանտալեա.ωreſtes i tantalea.Horeſtes a tātalo,apud Porphiriū. ովսաննայ ωſannai.Matthæi.xxi.Et pueros qui clambāt in temſplo, & dicebant. ովսաննայ օրհնութայ որդւոյ դաւթի. ωſannai orhnuthai ordoi Dauthi. Oſanna laus filio Dauid.Dictū à nobis fuiſſe arbitror duas pro.o. Vuandalos literas habere,non tamen pro ſimplici.o.quāſdoquidem altera earum quæ duodecima in alphabeti ordine numeratur,& [illegible] .Ouor.dicitur.& pro ſyllaba.or. accipitur.Alia & quintadecima. [illegible] .Ohh.dicta pro.oh. ſemper

ſemper à nobis intelligenda eſt.

¶ չար. Zar. Malus, ma[illegible] malũ. Matth. vi. & Lucæ. vi. Arbor bona nõ facit պտուղ չար. Ptugl zar. Fructus malos. Neque ծառ չար. Tzarh zar. Arbor mala fructus bonos, & paulopoſt և մարդ չար ի չարէն բխէ զ չարն. eu mard zar i zaræn bhhæ zzarn. Et homo malus de malo profert malum. Hinc Lucæ. xvi. Fili recordare quod recepiſti bona in vita tua. և ղազարոս նոյնպէս զ չարչարանսն. eu gla zaros noimpæs zzarzaranſn. Et Lazarus ſimiliter mala. չարահաւ. Zarahau. idem eſt quod. չարագործ. Za= gortz. ideſt, nequã, malefactor, latro. vt habemus Lucæ xxiii. ածին և այլ երկուս չարագործս սպանա= նել ընդ նմա. Atzin eu ail ercus zaragortzs ſpananel iend niema. Ducebantur & alii duo nequã vt interficerentur cum illo. Et paulopoſt. Ibi fixerunt eum. ի խաչ և զ չարադործսն. I hhaz eu zzara= gortzſn. In cruce & latrones. Seruit autem nobis pro z. ſimplici, quam non hahent Vuandali, ſed dumtaxat copulatam cum .ts. aut. p. vt in litera tertia decima quæ

.Stehzh.

Stehzh. [illegible] .& quæ pro .ſtz. coniunctim nobis ſeruit. Alia vero decima nona quæ. [illegible] .Xzadzc.appellatur,& ſemper pro.pz.ſimul capienda eſt.

¶ պետրոս.Petros,quem Cepham dictum fuiſſe iam aſſeruimus,idem quoque վեմ.vem,dicitur,ideſt petra vel lapis. De quo dicitur. Tu es Petrus, & ſuper hāc petram ædificabo eccleſiam meam. պաւղոս կամ պօղոս.Pauglos, vel poglos : qui & Saulus vas ele ctiōis. պասեք կամ փերկութաի.Paſech cam pher cutai.Salus vel redemptio.պեատրիս.Peatris.quam nos Beatricem dicimus, & պռնարտոս. Prhnartos; qui & Bernardus, ex his nominibus patet vſus iſtius literæ mutuus.p.ſcilicet &.b.պիղատոս.Piglatos.Pi latus.պորփիրիոս.Porphirios.Porphirius.apud quē ſcriptum inuenimus. պղատոն աթենացի. Platon athenazti.Plato Athenienſis.& առ պելլէպոնէսականն.Arh pellæponeſacann.Ad peleponeſſum.

¶ զէփէրիանոս.Zæphærianos. Zepherianus. զասինքթոս.Zaſinchthos.Zacinthus. զուրհոյս. zur hois.Aquarius,pro ſigno cœleſti,& ī octaua Epiphaniæ (vt multa ſacræ ſcripturæ, tam veteris quā noui inſtrumēti loca

loca prætermittamus) eccleſia cãtat. Baptizat miles regẽ, ſeruus dominum, Ioãnes Saluatorem, Զո̃ւն յուրդա= նանու զարհուրեցաւ. zurn iordananu zarhureztau. Aqua Iordanis obſtupuit. Զուք. zurch, enim, aquas ſi gnificat. De quibus in ſuperioribus facta fuit mentio, & de his in pſal. cxxxv. & cxlvii. Զեռուցանել. zeruztanel. Calefacere. Զեռուցանէ. zerhuztanæ. Calidum eſt. Զերմային. zermaiin. Calefactus vel calefactibilis. Զերմ'. zerm. Calidus. Զերմէ. Zerme, Calidus eſt. ի Զերմանոյ. Izermanoi. De, ex, in, calido, hæc om nia apud Porphirium.

Ռուփոս. ռեմ'իԳիոս. ռեբեկկա. ռագաւ. ռեքաբ. Rhuphos. Rhemigios. Rhebecca. Rhagau. Rhechab. ռաւմանոս. vel ռօմանոս. ռամովթ. ռաբբի. Rhaumanos. vel Rhωmanos. Rhamωth. Rabbi. quod idem eſt, vt վարդապետ. Vardapet, ideſt Magi giſter. Ioannis. 1. vbi habemus. Conuerſus Ieſus & vidẽs illos qui ſequebantur poſt eũ, dixit eis. Quid quæritis? illi, ասէն ցնա, ռաբբի որ թարգմանեալ կոչի վար= դապետ ուր ես օթևանք քո. Aſæn ztna rabbi or thargmaneal cozi vardapet, vr en ωtheuanch cho. Dixerũt ei, Rabbi, quod interpretatum vocatur Magiſter, vbi ſunt mãſiones,

mãſiones,vel habitationes tuæ. Et Matth.xxii.&.xxiii. vtrãque dictionem habemus. Videtur autem hæc litera ռ.rh. conſtare ex.ր.re. & .ւ. phyun, ſiue.ի.ini. vt.բե=ռարմենիաս.Berharmenias,pro պերիարմենիաս Periarmenias,& պերւարմենիաս,Peryarmenias , tribus enim his modis ſcriptum oſtendere poſſumus in antiquiſſimo Ariſtotelis libro,Armenicis literis ſcripto, & in prædicta dictione patet mutuus vſus.b.&.p. Vuandali ſimplex.r.non habent,ſed copulatum cum.o.vt dictũ fuit.
Սեթ, սեմ, սեիր, սաղեմ, սաբեդոն, սեփփորա,
Seth, Sem, Seir, Saglem, Sabedon, Sephphora,
ստեփանոս, Stephanos. De quo Act.vii. Իբրև եր լի Հոգւոյն սրբոյ ,Ibreu er li hogωn ſurbω, Cũ eſſet plenus ſpiritu ſancto,intendens in cœlum vidit gloriã Dei, սադուկեցիք,Saduceztich,Saducei:vt Mat, xxii, At phariſei cum audiſſent,quod ſilẽtium impoſuiſſet, զսադուկեցիսն zſaduceztiſn:Saduceis, & ĩ hac quoque dictione manifeſte patet mutuus vſus ,ք,ch, &,ս,s, Nam duæ iſtæ literæ: &,ց,ւ, &,ր, inuicem ſuccedunt vnaque pro altera ſæpiſſime ponitur, vt in dictione այսոսիկ, այսոցիկ, այսոքիկ, այսուիկ, այսորիկ.

aiſoſic,

aiſoſic,aiſozzic,aiſochic,aiſuic,aiſoric. Hic,hæc, hoc, iſte,iſta,iſtud,is,ea,id,& id genus alia apud Porphiriũ: & in dictione Նոսա,Նոցա,Նոքա. Ille vel ipſe.Ioã.x. & Matthæi.v.& in alijs multis ſcripturæ ſacræ locis. Additur præterea litera iſta in nominibus, in.Ն.n.& in alias conſonantes varias deſinentibus,in plurali numero, vt ասութիւն.aſuthiun,dictio. ասութիւնս. aſuthiuns, dictiones.Quod ſi in ſingulari numero duo.ՆՆ.nn. dictio in fine habuerit, tunc inter vtrunque.Ն.n.præſens in plurali numero litera ponitur, vt Հակասութիւնն.Hacaſuthiunn.Cõtradictio. Հակասութիւննս.Hacaſuthiunſn.Cõtradictiões. Բացասութիւնն Baztaſuthiunn,Negatio.Բացասութիւննս. Baztaſuthiunſn.Negationes.vt per ſæpe apud Porphirium, a quo etiam nominatur սոկրատէս և պղատոն. Socrates eu Pglaton.Socrates & Plato. սոկրատոյր և պղատոնոյր.Socratoir eu Platonoir. De Socrate & Platone.սոփրոնիսկոս,Sophroniſcos,Sophroniſcus

De literis Vuandalicis huic noſtræ reſpondẽtibus in ſuperioribus iam ſatis diximus.

V Վվալենդ

Վալէնդ.վետաստոս.վեռզելայ.վիցտէնցիոս.
Valend. Vetaſtos. Verhzelai. Viztenztios.
վիտալիս. վլասայ. վիպիանէա. վէրադիտող.
Vitalis. Vlaſai. Vipianæa. Veraditogl.
ideſt, epiſcopus.վարդապետ.Vardapet,Magiſter. De quo ſupra dictum fuit. Et.ii. Thimo.iiii.կուտեսցեն իւրեանց վարդապետս. Cuteſzten iureanzt vardapets. Coaceruabũt ſibi magiſtros,ſiue doctores. Hinc deriuatur doctrina,vt ibidẽ. Increpa in omni patientia և վարդապետութենէ. eu vardapetuthene. & doctrina.վաղվաղակի.Vagluaglaci. Cito,ſtatim,cõfeſtim. Lucæ. 16. Sicuti iam dictum a nobis fuit litera iſta,radicalis eſt & ſeruilis,conſonãs & vocalis, &.o.paruum, adnexa illi.o.magnum facit. Pro hac litera Vuandali quartam decimã alphabeti ſui literã hñt,quam.X.Vfin. appellãt, & ſemper nobis pro ſyllaba.vn.deſeruit.

Տուբիա.տաբիթա.տուբերտիոս.տոմինիկոս.
Tubia. Tabitha. Tubertios. Tominicos.
qui & Dominicus.տա հաց քաղցելոս և արձակէ զ կապեալս տեար. Ta hazt caglztelos eu arxace zcapeals tear. Dat panem eſurientibus, & ſoluit captiuos dominus. pſalmo.cxlv.տանտալիդես. Tãtalides, apud Porphirium, apud quem & Ariſtotelem etiam habes

habes տեսակ. Teſac, idem eſt quod սպեցիես. Spe-ztiesːideſt,ſpecies, & տարբերութայ. Tarberuthai, idem quod տիփերէնցիա. Tipherenzzia.ideſt differentia. տանուկ եմ ես. Tanuc em es. Adoleſcentulus ſum ego.Pſalmo. 1 1 9. Litera iſta etiam pro.d.accipit vt in alphabeti deſcriptiõe poſuimus,& ex adductis in hac litera dictionibus patet. Vuandali.t.ſimpliciter ſumptũ nõ habent.Sed in litera quarta,quæ Tzeds,dicitur,& in tertia decima quæ.Stehzh.vocatur, & iſta quidem pro.stz. alia vero pro.ts.accipitur. At vigeſima ſecunda,quæ alphabetum Vuandalicum claudit. Ꙁ.&.Tiſho.appellat',ſemp pro.tſ.accipienda eſt.

Րահէսւ.Raheſy,pro Rageſu.րոդոն կամ ռոդոն, Rodon,vel Rhodon.quæ & վարդ.Vard,ideſt roſa: vtroque enim modo ſcriptum reperitur.րոպէ.Rope. idem quod աշխարհ.Ashharhːideſt mũdus.րաբունի.Rabuni,quod nos Raboni, Ioannis.xx. Dixit ei Ieſus,Maria: & illa conuerſa dixit ei.եբրայեցերէն րաբունի որ թարգմանի վարդապետ. Ebraiezta-ræn rabuni or thargmani vardapet.Hebraice rabuni quod interpretatur magiſter. Vuandali.r.non habent niſi copulatũ cũ.o.præcedente ſcilicet.o.& ſequẽte.r,

in duodecima litera, quam, Ouor, diximus appellari.

¶ ցուլ. Zzul, Taurus, ցուրտ. Zzut, Frigidus, ցօղ. Zzωgl: Ros, ցեց: Zzezt, Erugo, vt Matthæi, vi. գան-ձեցեք ձեզ գանձս յերկինս ուր ևոչ ցեց ևոչ ուտի Չապականե. Ganxeztech xez ganxs iercins vr euoz zzezt euoz vti gapacane. Theſaurizate vobis theſauros in cœlo, vbi neq; erugo, neq; tinea demolitur, ſiue corrumpit. զուցանես, Zuzzanes, Oſtendis: Ioãnis, ii. Reſponderunt Iudæi: & dixerunt ei. զինչ նշան ցուցանես դու մեզ զի զայդ առնես. Zins nſan zzuzzanes du mez zi zaid arhnes. Quod ſignum oſtẽdis tu nobis, quia hæc facis. Litera iſta, vt iam dictũ fuit mutuo ponitur pro, ր, r, ք, ch, & , ս, s. Articulus etiã obliquorũ caſuũ eſt, ſicuti &, զ, z, vt Ioannis primo ցնա, zna, Illi vel ei, & in multis aliis locis. Cæterum hac litera Armeni vtuntur in pluribus præſertim propriis nominibus, ĩ quibus nos, ci, vel, ti, vel, ce, ſcribere ſolemus, vt ex infraſcriptis proprijs nominibus patet, Frãciſci, Laurentij, Felicis, Simplicij, Beatricis, Proceſſi, Feliciani, Potẽtianæ, Vicentij, Emerentianæ, & in multis alijs nominibus ſimili modo vtuntur hac litera.

¶ Յիուդոս պեպեր: Yiudos peper: Herba eſt, quæ alio

nomine

nomine Armenice dicitur: պղպղակ: Peglpeglac. ւիպերիկոն. yipericon, Herba, quæ etiam dicitur գո= Համաւրու. Gohamauru. ւսիպոն. yſipon, quod nos Hyſopum, appellamus, & Armenici մարզանգաւշ. Marzangaus: ւիւսոքոս անուն է մարդոյ. Yiuſochos, anun æ mardoi. yiuſochus, nomē eſt hoīs. Vt iā dixiſſe credimus, litera iſta eo apud Armenios officio fungitur, quo apud Græcos in diphthongorum formatione. y. ypſilon, ſemper enim in eorum formatione poſtponitur. Vuandali hanc literam non habent, ſed pro omni. i. tam longo quā breui, & cōmuni ſeu medio, ſeptimam oſtentant nobis ſui alphabeti literam. ⱶ. quam. Hui. appellant, & ea pro. i. ſemper in ſuis dictionibus vtuntur.

Փիսովն. փաղեկ. փարես. փարփար. փեգովր.
Phiſωn. Phaglec. Phares. Pharphar. Phegωr.

A quo Beelphegor deriuatur, quod tamē ab Armenicis his literis ſcribitur. բեեղ բեգովր. Beeglbegωr. փե= նեհեզ. Phenehez, quē nos in pſalmo. cv. alias. cvi. Phinees, & Græci φινέες. Phinees. Hebræi פינחס Pinchas. idē & Chaldaica Ioſeph Cœci iterpretatio hēt, in pſalterio Nebienſis, per. p. non dageſſatum, & per. ח hhet. &. nun. cū zere ſubſcripto, & camez ſequente, propter quod videtur conuenientius dicendum Phinehhas,

quam

quam Pinchas,proinde etiam & Phinees,Græcorum Latinorumque more, cui etiam adſtipulatur Syriaca Chaldaicaque noſtra dicti pſalmi litera, in qua hoc modo ſcriptũ eſt ܦܝܢܚܣ. Phinhhes. Et Arabica qua Syri vtuntur interpretatio,ſic habet ܦܝܢܚܐܣ. Phinhhas. Idem etiam & cum eiſdem literis Arabicis ſcripſit Nebieſis Epiſcopus in ſuo Pſalterio,& Phinhhas,non Pinchas proferendum erit. Quandoquidem vt iam dixiſſe credimus Syri,Chaldæi,Arabes,& Punici,Perſæ,& Tartari, & qui illorum alphabeto vtuntur, prolationem literæ.p.effugiant,nec vnquam aut vix cum maxima etiam difficultate ĩ exteris dictionibus.p.proferre queant. Quinimmo pro.p.ſemper.ph.vtantur,vt dictum credimus. Hac litera vt ĩ alphabeti deſcriptione poſuimus, Armenici pro.p.&.ps.vtuntur,vt exempla iam tradita indicant,præſertim quæ de Diapſalmate,& Sampſone relata ſunt,quamuis ibidem forte per.ph.ſcripta fuerint. Vuãdali decimam octauam literã in ordine alphabeti habent. [illegible] quam.Iphſa dicunt,& pro.f.vel.ph.accipi poteſt, ſicuti & decima ſeptima,quæ licet vt dictum eſt pro.p.ſcribi conſueuerit,videtur tamen & pro.f.vſurpari poſſe,ſi elementi nomen attendimus,quod pfes dicitur, & notam quaſi diſtinctionis & ſeparationis primarum conſonantium ſupra.p. habet, quæ ſimilis eſt apoſtropho Græco. Poſſumus idẽ quoq; dicere de ſexta decima eorum litera, quæ.Bchf.appellatur,

pellatur,& illā pro.b.vſurpandā fore diximus. Et ex hoc differentiam inter mediam,tenuem,& aſpiratam literam fa=cillime colligere poſſumus.Habent tamē etiam Vuandali ipſi.f.cum.t.coniunctum in vltima alphabeti ſui litera,vt ſupra a nobis relatum fuit.

C քամ. քրիստոփորոս. քրիստինէա. քորեբ.
Cham. Chriſtophoros. Chriſtinea. Choreb.
քաղիքսթոս. Chalichſthos. քաղ ց այր ողորմի.
Chaglzzr air oglormi. Iocundus vir miſeretur.Pſalmo cxi. քարականն ի քարականութենէ. Characan i characanuthene. Grammaticus a grammatica apud Porphirium:Matthæi.xxvii.Et exuentes eū քղամի=թր կարմի.Chglamithr carmi. Clamidē coccineā, ſiue rubeam.Ioan.2.Q uod ſignum oſtendis nobis,quia hæc facis.Reſpōdit Ieſus,& dixit eis. քակեցէք զտա=ճարդ զայտ.Chacezzech zthagard zait. Soluite tē=plum hoc,& ego tribus diebus iterū excitabo illud. Dixe=runt ei Iudæi զ քառասուն և զ վեց ամշ ինեցաւ=տաճարս այս. Zcharhaſun eu zuezt ams ineztau tagars ais.Q uadraginta & ſex annis ædificatū eſt templū hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud. քեբրոն. Chebron.De quo.2.Regum.5.Et venerunt omnes tri=bus Iſrael ad Regē ի քեբրոն.I chebron.In chebron.

Et fœdus

Et fœdus inijt cum eis Dauid in chebrō coram domino. քամ'. Cham. quam. Lucæ. xv. Gaudium erit in cœlo ſuper vno peccatore pænitentiam agente. քամ' վն իննսուն և իննս արդդոյ. Cham van innſun eu inns ardoi. Quam ſupra nonaginta nouem iuſtis. Litera iſta de qua loquimur in fine dictionum addita, ſicuti de litera. s. dictum fuit, pluralis numeri indicatiua eſt, vt ſagax lector ex ſuperius adductis frequenti lectione, & aſſidua indagine cognoſcere poterit.

¶ Եւսեբիոս. Euſebios, latine Euſebius. De litera ſeu ſyllaba iſta plura à nobis in ſuperioribus arbitramur dicta fuiſſe quæ ſufficere poſſint ad illius plenam notionem. Poteſt enim & ſimul accipi, & ſeperatim cum duabus literis ſcribi, vt patet Matthæi. ii. յարևելից. Iareuelizt. Ab Oriente, & յարեւելս. Iareuels. In Oriente.

¶ Փարաւովն. Pharauωn. De quo in pſal. cxxxiiii. Et miſit ſigna & prodigia in medio tui ægypte. In Pharaonem Փարաւովն. Pharaon. & omnem virtutem eius, & pſalmo. cxxxv. Et excuſſit ſiue ſubmerſit զՓարաւովն և զօրսիւր ի ծով կարմիր. Zpharaon eu zorsiur i tzou carmir. Pharaonem & virtutem ſeu exercitū eius in mari rubro. Փիլիպպոս ի բեդսայիդա. Philippos i bedſaida. Philippus a Bethſaida. Ioā. i. & Matthæi. 5.

Matthæi.v. փոքր կոչեսցի յ արքայութենէ երկնի Phochr cozeſzti i archaiuthene ercni. Minimus vocabit in regno cœlorum. Pro.ph.nobis litera iſta ſeruire cõſueuit.vt in alphabeti deſcriptione dictum fuit.

¶ Օգուստոս և Աւգուստոս. Oguſtos & Auguſtos.vtroque enim modo apud Lucã capite.ii.ſcriptũ reperitur,eſt enĩ nobis loco,o,magni,& pro.ω.omega græco,atq; pro.o.Indorũ ſeptimæ ſedis,ſeu ſtantiæ: vt in alphabeto a Ioanne Potken,dudũ Romæ impreſſo videre licet. Exempla paſſim in Armeniorum libris obuia eſſe poſſunt. Inter cætera Marci.xvi. vbi habemus verba Angeli tribus mulieribus reuolutum monumenti lapidem cernentibus,atque obſtupeſcentibus dicentis.Nolite expaueſcere զ յս խնդրէք զնազօրացի. զ խաչելեալն. Z Ieſus hhendræch z Nazωrazti zhhazelealn.Ieſum queritis Nazarenum crucifixũ ſurrexit nõ eſt hic.Sumitur etiam pro.ով. ab Armenis ſimul videlicet pro.ω.omega, vt in prædicto nomine Nazareni apud Lucã.24.dum ibi ſcribitur. Et illi dixerũt ei de Ieſu Նազովրացոյ. Nazωrazzoi. Nazareno. qui fuit vir propheta &c. a Nazareth quippe formatur

gẽtile nomẽ, Nazarenus, & Nazarꝍus, vt Matthæi. 2. Et admonitus in ſomnis receſſit in partes galileæ, & veniens habitauit ĩ ciuitate quæ vocatur Նազարեթ զի լցցի բան մարգարէիցն թէ Նազովրեցի կոչեցի. Nazareth zi lizzzti ban margaræiztn thæ Nazωrezzi cozezti. Nazareth vt impleretur dictum prophetꝍ, quoniam Nazarꝍus vocabitur. Poſſem in hoc loco multa adducere exempla, per quæ palam facerem mutuum iſtius literæ vſum cũ diphthongo .աւ. au. &. ու. verum quia de his ſatis abunde in ſuperioribus locuti ſumus, duo aut tria exẽpla ſufficiant. Nam a verbo. օծցեմ. oxzzem. quod vnguo ſignificat. vt Marci. 16. Maria Magdalenæ, & Maria Iacobi & Salomæ, emerunt aromata, vt venientes օծցեն զնա. oxzzen zna. vngerẽt eum. Formatur nomen օծել. oxel. ideſt vnctus vel Chriſtus, vt in pſalmo. cxxxi. Paraui lucernam օծելո իմո. oxelo imo. Chriſto meo. Et in eodem pſalmo paulo ſupra, Propter Dauid ſeruum tuum, non auertas faciem tuam. յաւծելո քումմ է. lauxelo chummæ. A Chriſto, vncto: vel Meſſia tuo. օթևան. otheuan. Habitatio, vel manſio. աւթևանք. autheuanch. Habitationes, vel mãſiones, Ioannis primo. աւրհնեցեք. aurhneztech. Laudate.

date.օրհնութ այ.ωrchnuthai. Laudatio.օրհնութ բ, ωrchnutaib. In laude,laudatiõe,vel cythara, pſalmo. 14
Ex prædictis igitur patet tranſitus prædictæ diphthongi au.cum.ω.omega,ſeu.o.producto, vt etiam apud noſtros fieri retulimus,cũ de plauſtro,& ploſtro,plaudere, & ploꝫdere,verba fecimus,dicimus etiam lotum,pro lautum.Mutatur quoq; apud noſtros in.o.correptũ, vt ꝑ aurichalco, orichalco,apud Ciceronẽ,& Virgiliũ in lib. Aeneid. 12.

Ipſe de hinc auro ſqualentum alboq; orichalco.

Nec ab re quidem huiuſmodi literarũ trãſitus inuicem fit, qñquidem & nomen ipſius literæ, de qua in præſentia loꝫquimur,id inſinuat,dicitur enim. այ pyun,quod ſcilicet nihil aliud ſit, quam.ayp.&.yun. quæ etiam.phyun.dicitur, & in diphthongorum conſtitutione ſeruilis litera eſt, atq; acceſſoria,vt ſatis abunde in ſuperioribus dixiſſe credimus, Copulat igitur litera iſta primum & nouiſſimum elemẽtũ, & orbem facit inextricabilem,fitq;,quod primum erat noꝫuiſſimũ:nõ ſimpliciter,vt Matth.xix.dicitur. բազումք եղիցին առաջինք յետինք.և յետինք առաջինք.Bazumch eglizzin,arhaſcinch ietinch,eu ietinch arhaſcich.Multi erũt primi nouiſſimi, & nouiſſimi primi. Sed per modum vnionis,vt cauda in ore anguis, nexibus extricatis, reflexa, quod vnum in ſe cõtractum,multiplices propter nodos,videbatur eſſe diuerſum,iam per extẽſionẽ, vnum in ſemet reflexũ eſſe cognoſcatur, vt proinde a nobis և միութ այ յերրորդ ութե,և երրորդ ութ ի

 միութե

իմիութէ պատուէլոցիցէ.eu miuthai ierrorduthe-ne,eu errordutiai imiuthene patuelozzizzæ. Et vnitas in trinitate,& trinitas in vnitate veneretur. Et per prædicta lite rarum conformatio explicita ſit,& adducta per nos exem-pla ſufficiant. Illud præterea ſciēdum eſt(quod penè omiſ-ſeram)Vuandalos literam.q.nō ſimpliciter habere, vt ple-raſq; aliàs,ſed cum ſibi adnexo ſemper.u. & eſt octaua al-phabeti illorum litera, quam. Ւ .Q'uohfū. nominant. Supeſt vt ſyllabas nōnullas adiectitias breuiſſime quo ad fieri poterit in medium adducamus, vt introductio magis ſit abundans. Habent enim Armenici etiam ipſi famulātes in dictionibus ſyllabas,vt de literis ſupra dictum fuit.

¶ De ſyllabis ſeruilibus Armeniorū. Cap. XV.

SVnt igitur infraſcriptæ ſyllabæ apud Armenios famu lantes,atque adiectitiæ videlicet.

ագոյ.& ոյ.Agoi,& oi.quæ additæ concurrunt ad comparatiuum inſinuandum, vt Հասարակ.haſarac. Cōmune. Հասարակագոյն.Haſaracagoin. Cōmunius. ծանաւթագոյն.Xanauthagoin. Euidentius, ma-nifeſtius. ընտանեգոյն.lentanegoin. Conuenientius, Iſta apud Ariſtotelem in Prædicabilibus .ոյ.oi. præterea nota eſt obliqui caſus in aliquibus dictionibus, nam իմ.Im.Meus mea meum, ſignificat. Mātthæi.xxvii. ա̃ծ իմ. ա̃ծ իմ.Aſtux im,Aſtux im. Deus meus,

Deus

Deus meus. At Ioan. ii. habemus. Nolite facere տուն հայր իմոյ, տուն վաճառի. Tun hair imoi, tun vagarhi. Domum patris mei, domum venditionis.

ոյր. oir. addita in fine, de aliquo, ſignificat, vt ſupra dictum fuit, Socratoir, & Platonoir, de Socrate, & Platone, apud Porphirium.

եսց. Eſzt. per interpoſitionem iſtius ſyllabæ futurum formatur, vt a verbo ստորոգի. Storogi. Prædicatur. fit ստորոգեսցի. Storogeſzti. Prædicabitur, apud Ariſtotelem in Prædicabilibus. հետեւ. Heteu. Sequitur. հետեւեսցի. Heteueſzti. Sequetur. եսցէ. & եսցես. Eſzze, & eſzzes. In calce addita, imperatiui ſunt characteriſtica: vt մաքրեսցէ. Machreſzte. Expurget. պարգեւեսցես. Pargeueſztes. Largiaris. Eſt quãdo cum. է. æ. diphthongo futurum ſignificet, vt եկեսցէ. Eceſztæ. Veniet fortior quam ego poſt me. Lucæ. 3. Eſt quando etiam pro imperatiuo accipi poſſit cum eadẽ diphthõgo in fine: vt փրկեսցէ. Pharceſztæ. Liberet eum. Matth. xxvii. Et tunc illud. է. æ. etiam vicem pronominis ſupplet, vt in ſuperiori verbo patet.

ութայ, ութիւ, ութաբ. ութենէ. Vthai, vthiu, vthab, vthene.

vthene. Adiectiões ſunt ſyllabicę, quæ in fine nominis po-ſitæ deriuatiuũ oſtendũt nomen, vt չար. Zar. Malus. չարութայ. Zaruthai. Malitia. vt pſalmo. cxl. բանիւ չարութենէ. Baniu Zaruthene. Verba malitiæ. Et a քաղցր. Chaglzzor. Dulcis, ſuauis, & bonus. fit քաղցրութայ. Chaglzzruthai. Dulcedo, ſuauitas, vel bonitas. vt pſal. cxix. Bonus es tu domine. եւ ի քաղցրութաբ քով. eu i caglzzuthab chω. Et in bonitate tua. օգնական. ωgnacan. Adiutor. pſalmo. cxlv. օգնութայ. ωgnuthai. Adiutoriũ. pſalmo. xc. Plura in ſuperioribus exempla à nobis tradita ſunt, per quæ diligens lector iſtarum ſyllabarum vim per ſe ſe cognoſcet.

վեր. Ver. particula repletiua eſt, & nominibus aut verbis addita augmentum affert, & loco ſyllabæ. re. accipitur. ut վերլուծանի. Verluxani. Reſoluit. & վերլուծութայ. Verluxuthai. Reſolutio uel reſolutoria. Et apud Porphiriũ. ի վերլուծականսն. I Verluxacanſn. In reſolutoriis, & ut quidam ſcripſit: ռեզօլուդօրիիս. Rhezωludωriis. վերընդունին. Veriendunin. Retinet. վերելից. Verelizt; Repleuit. & in multis ſimiliter quæ ſi ponere voluiſſem, faſtidiũ profecto ingeneraſſem.

ոց.ozz.addita pluralem numerum indicat, ut pſalmo cxxix.աղօթիցիմոց.Aglothizt imozt. Deprecatio; nũ mearũ. Et Matthæi.xxvii.Sãguis eius ſuper nos,& ſup որդիոց մերոց.Ordiozt merozt. Filios noſtros. զի,& ցի.Zi,& Zti.addita, tempus uerbi uariant: ut խաչեցցի.Hhazezti.Crucifigatur, & զի խաչեցցի. Zihhazezti.Vt crucifigeret,vel ad crucifigẽdũ. Matthæi. 26.Et additum demonſtrat deriuatiuum nomen à loco, ut a կիւրենեա.Ciurenea, Cyrene.կիւրենացցի.Ciu renazti. Cyreneus. Matthæi.xxvii. Et ab իսրաէլ. Iſraæl, իսրաէլացցի, Iſraælazzi.Iſraelita.Ioãnis primo, & id genus plura a nobis in ſuperioribus adducta ſunt.Cæterum ſyllaba.իւ.pro.ւ.& pro.y.accipitur, ut in dictione Cyrene,& Cyreneus, paulo ante allegata: & in aliis ſimilibus quamplurimis ſuperius deſcriptis clarum eſſe poteſt.

իւր,Iur,Suus ſua ſuum,pronomen eſt addititium, ut Ioannis primo զեղբայրիւր.Zelbairiur,Fratrem ſuũ, & in multis ſimiliter.

քեզ.Chez,Tibi,te,Pſalmo.cix. Ex utero ante lucife

rum

rum ծնայ զքեզ .Xnau Zchez,Genui te, & paulo ſupra,Virgam virtutis tuæ առաքեսցէ քեզ . Arha cheſzte chez,Emittet tibi dominus ex ſyon. ըզ .ըն. ը.lez,ien,ie:ſyllabicæ adiectiones ſunt , tam in princi pio,quam in medio,& fine dictionũ: ut ըզպանծա= լոյն.Iezpanxaloin.Glorioſi, տեառըն մարմ՛նոյն. Tearhien marmnoin.Dominicum corpus,vel Domi nici corporis. Conuertitur aliquando hæc litera ſiue ſylla= ba cum diphthongo .ու. u. ut սուտ. Sut, Falſum, & սըտէ.Sietæ,Falſum eſt,Et multoties ponitur inter,տ, t.&.ս.s , ut ճշմարիտս գոլ. Hiſmarits gol, Veras eſſe:& ճշմարիտըս գոլ մարթի, Hiſmarities gol marthi,Veras eſſe contingit,apud Porphiriũ:De hoc tamen plura in ſuperioribus à nobis dicta fuerunt. Potuiſ= ſem candide & amice lector,quamplures etiam alias famu lantes addere ſyllabas,ſed in præſentia ea quæ adducta ſũt ad notionem,conformationemq; elemẽtorum ſimul mul= tigenarum gentium,atq; linguarum,pro modo ſaltem le= gendi,& breui introductione in Chaldaicam linguã , Sy= riacamq;, & Armenicam,ſufficere arbitratus ſum . Iccirco prætermiſſis illis,te exoratũ velim,vt æquo animo, καὶ ἀφθό= νως, ac omni penitus depoſito liuore , noſtra hæc , qualia= cũq; ſint,legas.Et ſi quid in his forte fortuna boni repertũ

fuerit,


fuerit,id totum Deo Op. Max. acceptū referas. Sin vero ſecus,illud omne mihi aſcribas,attribuaſq;. Ea tamen ratione,vt corrigas & errata ſi quæ noſtra ſunt,emendes,in meliuſq; potius reuoces,atq; inſtaures,quam conuitijs, ac ꝓbris ea,noſq; conſecteris. Neq; enim cupiditate aliqua,aut laudis ambitione ducti, aut vt quequā omnino proſequeremur,ſcribere agreſſi ſumus. Sed tantum vt veritatem,in literarum peregrinarum cognitione,in medium afferre conaremur. Et vt ſtudioſis adiumento eſſe poſſemus, atq; ea noſtris daremus in lucem,quæ in obſcuris hactenus forſitan tenebris latuerunt. Quod ſi ex his omnino prodeſſe non valemus, viam ſaltē ad ea cognoſcenda aperuiſſe gaudemus,doctiorum ſemper iuditia & moderatas correctiones,non modo improbantes,quinimmo illorum prudentiam(eorū omnium quæ a nobis dicta ſunt) iudicē & moderatricem conſtituentes. Potuimus enim in multis decipi, quandoquidem latinis duntaxat præceptionibus, in quibus tantum profecimus, vt ad hunc gradū veniremus,atq; Græcorum primis literarū rudimentis exceptis, in reliquis omnibus de quibus in hac noſtra variarum literarum harmonia locuti ſumus. Ego ipſe(nouit Deus quia non mentior) αὐτοδίδακτος, extiti. Quod ſi in Pſalterio Io. Potken, ad ducenta, & eo amplius errata legendo comprehendimus,& illorum quædam in ſuperioribus demonſtrauimus. Non propter hoc,ea imprimis animi intentione fecimus,vt amiciſſimum hominem taxaremus, cui quod ad Indorum linguam,primus viam nobis aperuit, plurimū debere fatemur. Sed vt cognoſceret,qui poſtea lecturi eſſent, Indos,verborum,ac nominum regulas habere, & eadem


per genera,numeros,caſus,perſonas, & tēpora inflectere. Orthographiamq; etiam apud illos,ſicuti & apud cęteras linguarum varietates,ſeruandā eſſe. Voces quoq; ſiue vocalium notas, non aliter ab Indis (ſuo tamen ritu) quā ab Hebræis, Chaldæis,Punicis,& cæteris,qui vocalium notis vtunť,diligēter fore obſeruādas. Aliter enim ab Aleph incipiēs dictio ſonabit,quā ab He.leui aſpiratione,aliudq; nobis protinus inſinuabit. Et eadem dictio, cum eiſdē etiā literis ſcripta,varia tamē vocali nota inſpirata, aut aliud omnino,aut diuerſum tempus ſignificabit. Vt Amar, Emar, Omar,apud Chaldęos,ex Olaph,Mim,& Ris, duntaxat ſcripta,ſed varius vocalium acceſſus,variam quoq; ac diuerſam illorum enunciationem cauſat,vt in Chaldaica introductione ſupra dixiſſe credimus. Aliter etiam ſonus literæ. Vau.in principio,aut in fine dictionum ſimpliciter inuentæ,aut cum.Surech.aut (quod aiunt) Melopū,aut cū Aleph.He.Hhet.Ain.vel.Gain exprimiť. Necnō Aleph, & reliquę,quæ in numerū vocaliū cēſenť,cū.Kibutz. pferunť,vt nouerūt q Hebraica callent. Simili modo dicēdū erit de prolatione ac ſono literæ.o.quandoquidem aliter omnino punctus.Holem.ſupra literas alphabeti ſimpliciter poſitus profertur,quam ſupra.Vau.aut ſolitario,aut cū reliquis connexilibus ſimul literis adnexo. Quod & ab Indis obſeruandum fore conſtat,ex Syllabario Io.Potkeniam edito,in.o.paruo &.o.magno,de quo in explicandis Indorum literis mentionem feciſſe credimus. Idipſum etiā & apud Gręcos in.Omicron.&.Omega.nec aliter à noſtris in vnius.o.prolatione obſeruatū eſt Grāmaticis. Idē (vt ſupra traditū eſt) ab Armenicis ſeruatur,in prolatione

literæ

literæ. Vuo. &. Aypyun. cũ. Phyun. & in. Vuo. cũ. Viech. quando ſimili verſione mutantur in. Omega. Non aliter de reliquis vocalium notis, longis aut breuibus dicẽdum erit. Cæterum ſi illorum vſum, qui in ſuo idiomate à maioribus noſtris in aliquibus dictionibus. u. repudiatũ habet, notauimus. Nunquid propter hoc illos taxare mens fuit, qui vulgarẽ eorum linguã præ cæteris ſummis laudibus extollunt, & quãto magis à latina dictione diſcedit, eo amplius cõmendant. Rogati nihilominus circa literaꝝ mutationẽ ſi vnquã. l. litera in aſpirationis notam. h. ſcilicet mutatur, profecto reſpondent, quod non. Cum tamen latinam dictionem. Claro. in obliquo caſu pro lucido, atq; lucẽti, in materna, ſeu (vt aiunt) vulgari lingua. Chiaro. per. c. h. & i. ſcribendum fore contendant. Vellem ego (citra tamẽ contentionem) vt qui huiuſmodi præceptiones tradunt, Lygurem quempiam, Orobienſem, Patauum, Fauẽtinũ, Tuſcum, Preneſtinum, aut Calabrum, ruſticum ac literarum penitus expertem, aliquam latinam dictionem, in obliquo caſu, proferre rogarent, & ad ſingulorũ prolationes animaduerterent. Illos profecto ſententiam omnino mutaturos crediderim. Et ſi quæ alia in præſenti libello à nobis dicta, notata ve fuerunt, per quę ab alijs relata nobis diſpliscuiſſe viſa ſint, non ob hoc mens noſtra illa fuit, vt opinioni illorum detraheremus, ſed vt noſtram qualemcunq; poſteris demonſtraremus. Et ſi Muſicũ illud Afranij Patrui mei inſtrumentum (quod Phagotum vocat) ſingulare appellaui, & illius deſcriptionẽ incidẽter, & caſu neſcio quo de improuiſo appoſui, ac ſimilitudinem formamq; eius vtcunq; typis excudendam curaui. Nõ propterea Ottoma-

um Luſcini=
um Argẽtinũ,
q muſurgiam
didit, & vt ex
epiſtola in frõ
e opis impreſ
a clare patet,
Andreæ Cal
uo Mediola=
nenſi dicauit,
omnino taxa=
ui, quod ĩ illa
ĩſtrumẽtũ hoc
non appoſue=
rit. Cuius exẽ=
plũ atq; ſimu=
lacrũ à calcho
grapho no=
ſtro impreſſũ,
vnà cũ prima
præſentis ĩtro=
ductorij libel=
li noſtri parte
(in q̃ dicti in=
ſtrumẽti deſcri
ptio ſatis abun
de continet.)
Cũ Bernardi
no meratq; Me





diolanēſi, ꝓcuratori, ſeu Bibliopolę, qui locupletiſſimę Andreæ Calui librarię apothecæ, in Ticinenſi Vrbe curā gerit, in Baſileam Germaniæ (pro vt dixerat) ꝓfecturo, & enixe, vt Germanis calchographis oſtēderet, efflagitāti, tradidiſſe, vt poſtmodū in patriā rediēs ſecum reportaret, & mihi optima fide reſtitueret. Neſcio qua ratione, quove aſtu Calui procurator, ſiue Caluus ipſe mihi impoſuit. Ber

nardinus quippe breui Papiã è Mediolano reuerſus, Calo domino opus videndum tradidiſſe, & in Germaniam properanti conſignaſſe retulit. Patienter tolero, redditũq; illius ad Auguſti mẽſis exitum vſq; præſtolor. Cum vero poſtmodum audiuiſſem Caluum è Germania reuerſum, ad quartum idus mẽſis Septembris Mediolanum pergo, & in domũ Caluũ viſito. Rogo præterea vt librũ meũ reſtituat. Negotiorũ ſe geſtori ſuo Bibelio Germano, è Baſilea Frankfordium dixit deferendum dediſſe, referẽdumq; ac reſtituendum poſtea. Sæpe & ſæpius rem meã benigne repeto, ſed ad hanc vſq; diem Ianuarij nonam. 1539. à Caluo (vt mihi videtur) Caluor, quamuis cauſam omnẽ Caluus ipſe in illius Germani negociatoris ſui, ſiue negligentiam, ſiue potius verſutiam, calliditatẽq; traducat & vertat. Interim tamen libelli mei plurimam partem, fidei illius cõmendatam, non accipio. Quamobrem nõ poſſum nõ iure optimo occultas aliquas שׁעפים in libellum meum μηχανηθέντας ἀυτοὺς ſuſpicari. Sed agant, modo dum, meliora donent, & ſtudioſam iuuentutem vtiliora doceant. Ego verò interea loci Deo Opt. Max. iuuante, ea in lucem edere non ceſſabo, quæ plurimis adiumento eſſe poſſint, vt nõ degener eſſe videar, & maiorum meorum moribus non reſpondere. Quandoquidem Ticinum patria mea, opidũ ſanè nobile & antiquũ, Hannibalis victoria aduerſus Scipionem inſigne. Regum ſedes & monumẽtũ, multos annos Imperij caput. Nomen (vt multi contendunt) à flumine præterlabente ſortitum. Nunc ab admirabili rerum copia, Papia cognominatũ. Cuius ciues & incolæ in omni ſemper virtutum genere claruere. Et vt antiquos in præ-

ſentia

ſentia ommittam, antiquorumq; monumenta prætercam. Antiquitas enim ipſa per ſe ſatis celebris eſt, & omniũ ferè hiſtoriȩ poemata & actiones nihil amplius quam ipſam vetuſtatem cõmendant. Vetuſtati fauent. Vetuſtati omnia tribuunt, quaſi & noſtra tempora ſilentium meruerint & obliuionem, quaſi omnia antiquis licuerit, & quæ licuerit effecerint. Quin parcant mihi maiorum cineres, cum ſæculi noſtri fælicitatem cõtemplor, illud Socraticum iure auſim iactare. Quod ſi Bias vnus ex ſeptem, aut Dedalus Atheniẽſium ſtupor ad nos rediret, irrideret. Tam multa hodie quaſi diuinitus inueniuntur. Tam multa egregie dictant. Tam multa in ſingulis diſciplinis reformantur. Cur igitur noſtris temporibus inuidemus, iuſtiſq; laudibus defraudamus homines noſtros, qui & inumerabiles nouas artes inuenerunt, & inuentas à maioribus in melius traduxerunt. Et vt cæteros ommittam, & de meis conciuibus loquar. Quantum ius Ciuile, Catoni Sacco, Hieronymo Torquato, quem vulgus Tortum vocat, quãtum Puteis, Curtijs, Butigellis, Alberitijs, Ripis, Zazijs, Opizonibus, Ioãni Iacobo Meda, & Franciſco Vegio viuenti, & in Gymnaſio noſtro Ticinenſi, in præſentia Ius Ciuile, egregie Interpretanti, debeat, haud facile enarrauerim. Eorũ tñ me tacente, edita in lucẽ opera loquanť, & edenda manifeſtabũt. Quãtũ ius Põtificiũ, vni noſtrȩ Ciuitatis viro ſanctiſſimo, Chriſtophoro Butigellæ, qui dũ viueret, Oraculum Delphicum Iuris Põtificij, à viris eiuſdẽ diſciplinæ doctiſſimis vocari meruit. Quãtum tribus alijs Curtijs, & Stephano Ottono, & Andreȩ Baſſignanȩ, p̃ceptoribus meis inocẽtiſſimis, Mangiarijs, Folpertis, Iacobo Gualæ, Gãbaranæ, & viuenti

& viuenti adhuc apud nos, & idem Ius fideliter Interpretãti, Boſcho debeat, ſcripta per eum volumina manifeſtent. Quantum præterea Medicina noſtris Ciuibus, Guaynerio, Syllano, Lãdulphis, Giringellis, Gluſianis defunctis, & viuenti Nepoti, actu Medicinæ pręcepta legenti, Excellenti Ioãni Baptiſtę, debeat, ſi ſaxa & parietes loqui poſſent, clara protinus voce faterentur. Quid vero de Matthæo Curtio illo dicam, neſcio. In quem Hippocratis, Galeni, & veterum aliorum Excellẽtium Medicorum animas demigraſſe crederem, opinioniq; illorum, qui defunctorum animas, de corpore migrare ĩ corpus aſſeuerãt, facile adhęrerem, ſi modo chriſtianæ fidei noſtræ, & veritati omnino non contradiceret, atq; repugnaret. Tãtam proinde illius in Medica facultate Excellentiam, in præſentia non laudauerim. Quandoquidem qui illum Papię, & Patauij, olim publice Medicorum opera Interpretantem audierunt, & nunc Bononię ſumma cum omnium admiratione legentem audiunt, non ceſſent quottidie ſummis eundem laudibus, ad aſtra vſq; extollere, & alterum Aeſculapium, Apollinis filium merito appellare. Lazarus Siclerius, poſt medicinam, ita Aſtronomię fauit, dum viueret, vt nihil ſit ĩ cœlo tam abditum, tamq; in aſtris à noſtra cognitione remotũ, quod vir ille admirabilis ingenij non facile proſpexerit. Quid in Mathematicis diſciplinis, Arithmetica, ſcilicet & Geometria, Ioannis Petri Librerij, acumen extollam, & in agris dimetiendis, diligentiã cõmendã. Cum magis ea nota eſſe exiſtimem, quam vt noua cõmendatione indigeant. Nec in ea Cęſarei Pontificijq; Iuris parte, quę in actione verſatur, Ioannem Petrum Ferrarium, à me prætereũdum
cenſuerim,

cenſuerim, qui cum legiſſet Guarnerium virum in Iure Ciuili pene diuinum, quod primus ænigmata legũ ſoluerit, Iuris lucernam. Martinum Boſianum, mundi ſpeculum. Azonem Bononienſem, à Baldo vas electionis fuiſſe appellatum. Animum adiecit, vt & ipſe alicuius nominis apud poſteros eſſe poſſet, & librum compoſuit, cuius titulus eſt, Practica Ioannis Petri Ferrarij Papieñ. qui dubio procul, ne dũ lucerna, & ſpeculum, atq; electionis vas in formandis rite atq; ordine controuerſiarum (vt vulgo dicitur) proceſſibus, quinimmo ab omnibus aduocatis, & cauſarum patronis, & dux, & oculus dexter, appellari poteſt. Quandoquidem ſine illo (ſi dicere citra illorum iniuriam poſſumus) nihil omnino in foro apud iudices pro ſuis clientibus agant. Sed nec eruditis, qui Græcos, & Latinos, nõ modo Poetas, verũ etiam Oratores, publice Interpretarentur, caruere Ticinenſes. Nam & Ioannes Matthæus Trouamala, ꝑ multos annos ĩ Ticinẽſi noſtra achademia, ciuis ciuibus, & exteris, humanioris diſciplinæ, tã Græca, quam Latina autorum volumina, Magnifice ac docte legendo, cum magna auditorum vtilitate publice interpretatus eſt. Quin & in Riciorum familia, præter Iuris ciuilis atq; Pontificij ſciẽtiã, in qua plurimi præexcellẽtes extitere Græcarum quoq; literarum notitiam, tam abunde ſinguli pene hauſerunt, vt ad illorum domos, tanquam ad alteras Athenas, qui Græce diſcere cupiebant, accederent. Et tãta inter illos dicendi facũdia emicuit, vt cum Camillus egregius, illius gentis, Iureconſultus oraret, pene in prouerbiũ verſum fuerit, En Ricius orat. Nec te Hieronyme Butigella, Iureconſultorum tui temporis conſultiſſime in præſen-

tia omnino tacuerim. Quem nobile Ticinenſe Gymnaſium, Patauina frequens Iuriſtarum ſchola, atq; Romana illuſtris achademia, vſq; adeo legẽtẽ admirata eſt, vt cũ Iura ciuilia, ea dicẽdi copia, ac morũ grauitate Interpretareris, veteres illos Catones, Sceuolas, & Aphricanos, Iureconſultos, reuixiſſe arbitraretur. Cæterũ tãtus fuit in te Hieronyme orãdi lepos, & tãta dicendi efficax energia, qua Demoſthenem Athenienſem Græcorum eloquentiſſimum; æmulari videbaris, vt ſi Aeſchines aduerſariũ te habuiſſet, nõ aliud de te Rhodijs omnino, quam de illo dixiſſe arbitrarer. Quid ſi illum ſua verba reſonantẽ audiuiſſetis. Tãta prçterea in te memoria, quæ rerum omnium (vt Cicero dixit) theſaurus eſt, viguit, vt nec Simonides Poeta Chous qui artem memorię primus inueniſſe fertur, tibi cõparari queat, ſed nec Horteſius, nec Cyrus, q ſuos milites nominatim appellauit. Nec Mithridates, duarũ & viginti gentiũ Rex q totidẽ linguis ſine ĩterprete, & loquẽtes audiebat, & loquebat, nec Themiſtocles Athenienſis, quem intra vnũ annum optime loqutum Perſice conſtat. Nec Craſſus ille diues, q cũ Aſiæ prçeſſet qnq; Græci ſermonis differẽtias, ita tenuit, vt qua qſq; eũ lingua poſtulaſſet, eadẽ ius ſibi redditum ferret. Nec Theodectes, qui ſimul quãlibet multos verſus auditos, protinus dicit' reddidiſſe. Sed nec Carneadis memoria (qui volumina bibliothecę omnia legentis more, memoriter recitabat) tuę mi Butigella memorię cõparanda eſt. Quam vt ſemel in frequentiſſimo Ticinenſi Gymnaſio omnibus oſtenderes, eius rei periculum feciſti. Cum te (fas fuerit in præſentia nouo vocabuli genere vti) quodlibetantem audiuimus. Eſt inquam quodlibetare, de

quacunq;

quacunq; materia in prępoſitis voluminibus contenta reſpondere, & ſi dicere fas eſt, etiam relato à ſciſcitāte verbo, pręcedentia & ſequentia ſtatim memoriter recenſere. Memini ego te, duodecimum Digeſti veteris, & nōnullos etiā Codicis libros, ſextum Bonifacij Decretalium volumen. Iuſtiniani quoq; Imperatoris Inſtitutiones, Georgicon, & Aeglogarum, & ſextū Aeneidos Virgilij libros. Ouidij Naſonis, & Valerij Maximi opera. Necnon & ſeptimum naturalis hiſtorię Plinij Veronenſis librum, & quędā alia vno die & duobus ſequētibus publice corā vniuerſo gymnaſio, & frequentiſſimo Ticinēſis populi cōuentu, quodlibetaſſe. Qua magnifica & glorioſa (vt ſic dicam) memorię incomparabilis tuę oſtentatione, viſus es omnium veterum memoriam ſuperaſſe. Singulares demum tuas in omni diſciplinarum genere virtutes, cū adhuc viueres, omnia Italię Gymnaſia perſonabāt. Teſtata eſt & Roma ipſa, quę te (cum in ſinu eius in fata pręmature conceſſiſſes) defunctum, Mineruę matri, filium reſtituendum cenſuit, & in templo eius, qđ paucis à maioribus antea conceſſum inuenit, ſepulchro decreto, in illud frequens, & perfuſa lachrymis cū funebri pompa comitata eſt. Vt etiam epigrammata ſepulturę tuę affixa teſtantur. Maiores noſtri Statuarios, Aurifices, Argentarios, Aerarios, & Gemmarios, quampluri mos excellentes cōmendant. Alexandrum illum magnū publico olim capitali edicto prohibuiſſe ferunt, ne quiſpiā temere, ære, colore, celamine, effigiē illius aſſimilaret. Sed ſolus Polycletus ære duceret. Solus Apelles coloribus deliniaret. Solus Pyrgoteles celamine excuderet. Phidię pręterea cantatiſſimi illius ſtatuarij fabricatā ex auro & ebore,

Mineruę ſtatuam ſummis efferunt laudibus, necnon Apel leam è mari exeuntem Venerem cõmendant, & inter cæteros Ouidius in tertio de arte amandi.

Si Venerem Chous nunquam pinxiſſet Apelles,
Merſa ſub æquoreis illa lateret aquis.

Non minori laude dignum arbitrauerim Charadoſſum Ticinenſem, qui in Lapillis omnium generum præcioſis, Margaritis, Gemmis, Vnionibus, cæteriſq; id genus fulgẽtibus, ac varij coloris Lapidibus cognoſcendis ac diſcernendis, parem ſuo tempore omnino nõ habuit. Is pro Iulio ſecundo Pontifice vere Maximo, Adamantem viginti duorum millium, & quingentorum Aureorum præcio emptum, in Aureis Argẽteiſq; laminis, in quibus (ſi bene memini) quatuor Doctorum Eccleſiæ imagines, ſubtili artificio, varioq; celamine, ac diſtinctis veſtimentorũ penè, ſic dixerim, coloribus ſculpſit, vt miraculi vice habitæ fuerint, inibiq; mirabili quodã modo, & ea Symmetria Adamantem, inter vtraſq; laminas ſubtilibus Aureis nexibus ligauit, vt cum Pontifex ſacra celebrat, ſolemni veſte Pontificali indutus, anterioris chlamidis partes inuicẽ cõnectat, & ante ſummi Antiſtitis pectus, tanquam lucidiſſimum cœli aſtrum, Pyramidalis (ni fallor) Adamãtis illius forma, lucentes, in oculos contuentiũ, radios emittat. Charadoſſus idem triplicem illam Pontificiam, inſani præcij Mitrã ſeu Coronam, quam Regnum, ſiue Thronum, aliqui vocãt, eidem Iulio, ex Auro & clariſſimis, atq; fulgẽtibus, vndiq; Gemmis compactam, eo ordine diſtinxit, atq; diſtribuit, vt non aliter ab opifice ſummo (ſi diuina humanis compara re fas eſt) varijs Stellis, ac luminibus ornatum, cœlorum

orbem mireris. In quo opere, & ſe ipſum, & cæteros ſuperioris ætatis Aurifices ſuperauit. Quis vnquam in ſcalpendis, Lapidibus Præcioſis, & hominum aliarumq; rerum imaginibus, in eis effigiandis, Charadoſſo magis cum antiquitate certauit, certe vt reor nullus. Vidi ego Romæ, Corniolas (quas vocant) & alios id genus Lapides Præcioſos, ab illo inſculptos, paſſim ab expertis, & magnis viris, p antiquis accipi, & vetuſtioribus ſæpe preponi, & non vili præcio comparari. Vidi etiam Romæ Charadoſſi Apollinem, ſeu mauis Veneris filium Cupidinem, nudum, allatũ, cum Arcu, Sagittis, & Pharetra, ex ære conflatum ab omnibus admirari, & antiquiorum excellentiam in illo fuiſſe ſuperatã pclamari. Huc (vt cæteros q Marmora egregie tractarũt omittã) accedãt Ticinẽſes, Angelus, & Tyburtius fratres Statuarij, qui optimo Statuario patre Iacobo, meliores, ita in Statuis Aſcia dolabro, Scalpello ve, & id genus inſtrumentis alijs, ad artem illam, aptis & neceſſarijs ex ligno effigiãdis clari & celebres habiti ſunt, vt antiquos ſuperaſſe credantur. Opera illorum, & magna Germaniæ pars, & Italia ferè tota, olim admirata eſt. Illos paulo ante è medio ſublatos, patria noſtra deſiderat. Quos etiã (vt mea fert opinio) ſi maiorũ noſtrorũ tẽpora vidiſſent, proculdubio, propter illorum in ea facultate excellentiam, in Deorũ numerum retuliſſent. Et de te Laurenti Guſnaſche, quid dicam? q in Lignario artificio, quod paucis, aut forſitan nullis ante hac datum fuit, inueniſti. Nam (vt omittam quod Ligneum, quodcũq; voluiſti, Muſicę facultatis, Organũ ita adfabre feciſti, vt nihil cõcinnius Muſici omnes inueniri poſſe faterentur) duas aſſeres, adeo concinne dolare, &
ferro

ferro leuigare,ſcite atq; faberrime metiri nouiſti, vt cũ ſe ſe pariter mutuoq; ſimul tangerent,ſeparari, haud quaquam ab inuicem omni etiã niſu valerent. Sed nec facile quin potius (auſim dicere) vllo modo diuiſionis,ſeu connexionis locus comprehendi poſſet. Tantũ in te Laurẽti potuit ars, vt quod natura ipſa diſtinxerat,vnum facile te feciſſe probatus ſis. Duo quippe diſcreta corpora, ita ſine aliquo exteriori adhibito glutino cõiunxiſti,vt in vnum ne dũ coiſſe, ſed potius in vnum actu fuiſſe conuerſa viderentur. Diſceptantes proinde tecum nonnullos aliquãdo Mantuæ me vidiſſe memini,Philoſophiq; ſententiam allegãtes,dicẽtis, duo corpora non poſſe in eodem loco ſimul ſtare,quibus econtra artis tuæ experimentum obijciebas, fateriq; illos oportere aſſeuerabas,duas illas aſſeres eo à te ordine diſpoſitas,atq; inuicem tali Symmetria compactas in vno ſtare loco,aut omnino in vnum fuiſſe conuerſas. Sed tunc controuerſia illa ſub iudice remanẽte, à mutuo inter vos colloquio ceſſatũ eſt. Tãti prætere a nominis Muſicalia Laurentij iſtius inſtrumenta fuere,vt ſi quando in pcipuis Italiæ Ciuitatibus venalia forent,cum Laurentij Papienſis faciẽtis inſcriptionem haberent,quamquam prçciũ ingens eſſe videretur,non pigeret tamẽ emptorem,ob autoris famigerati autoritatem excellentiamq; pecunias effundere. De eo Mantua apud quam in honorato Sepulchro quieſcit,potius quam prçſens liber noſter plura loquatur. Verũ quia parũ omnino fuiſſet Clauicymbala, Clauicorda, & diuerſa alia Muſicæ facultatis Organa eſſe,niſi foret etiã,qui Calamorum,& Cordarum ordines in certam Harmoniam, perfectumq; concentum reuocaret. Hoc in loco nõ fraudandũ

dandum laude ſua Paulum Beliſonium, Conciuē, & Canonicū meū cēſuerim. Qui preter id quod Latina ꝑfecte vtit, & Organorū Calamos, in concordē vocū cōcentū, cū opus eſt, optime reducit, plectri linguam, quā (vt inquit Cicero) noſtri dixere Cordaꝗ dentes, ita ex auium, Vulturis ſcilicet aut Corui penis, in Clauicymbalis aptat, vt nulli omnino quantum vis excellēti Muſico, herbam dare velit. Tātum enim, & aurium, & digitorum, apta promptitudine ſingulariter valet, vt ſępe & ſępius, cū Clauicymbalū, quod geminos Cordaꝗ ordines habet, in verā Harmoniā reduxerit, Angelos illius Harmoniæ optat adeſſe teſtes. Afranio quantum muſica debeat, patruo meo, dicta ꝑ me ſupra loquantur. Quid vero, aut quantum ego in literarū multigenarū cōcinnāda Harmonia ꝑfecerim, dicāt q noſtra legerint, & in ea vt lubet inſaniāt, vel potius benigne, ſi quæ perperā poſita ſūnt, recte, atqꝫ ordine, cōſtituant. Doctiorū enī omniū, & Sāctæ imprimis Romanæ Eccleſiæ, iudicio, & mea, & me, humili ſemp ceruice ſubmitto.

DEcreuerā, cādide lector, huic noſtræ in Chaldaicā linguā, Syriacā, atqꝫ Armenicā, itroductioni, vnā cū aliarū (de quibus mentionē fecimus) multigenarū literarū harmonia, etiā Hetruſcas, Gotticas, Lōgobardas, Vtopienſes, & plures alias diuerſorū generū literas, ac (vt ſic dicā) varia Ziphrarū pene monſtra addere. Sed ne lōgitudine nimia lectorē forſitā in faſtidiū ducerē. In tēpus aliud differēdū cēſui. Aliquas tñ ex ſacris delectas Biblijs, Chaldaicas, Armenicaſqꝫ, cū Latina īterpretatiōe adnexa, lectiōes adieci. Vt ſtudioſi qqꝫ hēāt, ī quo ſeſe exercere valeāt. Interea dū alia à nobis, vel ab alijs edita ꝑdierint ī lucē.

 Lucæ Cap.I.

ܨܠܘܬܐ ܕܐܠܦ ܡܪܢ ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ.

lthalmidauhi. moran daæleph Zzlutho

diſcipulos ſuos. dñs nr̃ quam docuit Oratio

ܐܒܘܢ ܕܒܫܡܝܐ ܢܬܩܕܫ ܫܡܟ ܬܐܬܐ ܡܠܟܘܬܟ.

malcuthoch tithe,ſmoch,nethquadas dbaſmaio Abun

regnũ tuũ,adueniat nom̃ tuũ,ſáctificet q ĩ cœlis Pater nr̃

ܢܗܘܐ ܨܒܝܢܟ. ܐܝܟܢܐ ܕܒܫܡܝܐ ܐܦ ܒܐܪܥܐ.

barago oph dbaſmaio aicano zzebionoch nehuæ

in terra. ita in cœlo ſicut voluntas tua, Fiat

ܗܒ ܠܢ ܠܚܡܐ ܕܣܘܢܩܢܢ ܝܘܡܢܐ. ܘܫܒܘܩ

vasbuq iaumono,dſunquanon lahhmo hablan

& remitte quotidie q ſufficiat nobis panem da nobis

ܠܢ ܚܘܒܝܢ ܘܚܛܗܝܢ. ܐܝܟܢܐ ܕܐܦ ܚܢܢ

hhnan doph aicano vahhtohain. hhaubain lan

nos qđ ita ſicut & peccata nr̃a,debita nr̃a nobis

ܫܒܩܢ ܠܚܝܒܝܢ. ܘܠܐ ܬܥܠܢ ܠܢܣܝܘܢܐ. ܐܠܐ

elo lnoſiuno, taglan vlo lhhaiobain, sbaqn

Sed ad tentádũ.ducas ños & ne debẽtibꝰ nob̃,remittimꝰ

ܦܨܐ ܡܢ ܒܝܫܐ. ܡܛܠ ܕܕܝܠܟ ܗܝ ܡܠܟܘܬܐ

malcutho hi ddiloch Metul biſo. men phazo

regnum eſt tuum Quoniã malo a lib̃a nos

ܘܚܝܠܐ ܘܬܫܒܘܚܬܐ ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ.

amin olmin loglam vtesbuhhto vhhailo

Amen. ſeculorũ. in ſæcula & laus, & virtus

Հայր մեր որ յերկինս դես սուրբ եղիցի անուն
Hair mer or iercins des ſurb eglizzi anun
Pater noſter q̃ i cœlis es ſanctū ſit nomen
քո. եկեսցէ արքայութաի քո եղիցին կամք քո
cho. eceszzę archaiuthai cho eglizzin camch cho
tuū. Veniat regnum tuū, Fiāt placita tua
որպէս յերկինս և իերկրի. զ.հաց մեր հանապա
orpęs iercins eu iercri. Zhazt mer hanapa=
ſicut i cœlo & i terra. Panē nr̃m ſupſubſtātia=
Հորդ տուր մեզ այսաւր և թող մեզ զպարտ=
zord tur mez aisaur eu thogl mez zpaart=
lem da nobis hodie & remitte nobis debi=
տիս մեր որպէս և մեք թողումք մերոց պարտ=
tis mer orpæs eu mech thoglumch merozt part=
ta noſtra, ſicut & nos remittimus noſtris debi=
պանաց և մի տանիր զմեզ ի փորձութաի այլ
panazt eu mi tanir zmez i phorʌuthai ail
toribus, & ne ducas nos in tentationē. Sed
փրկեայ զմեզ ի չարէ. զի քո է արքայութաի
pharceai zmez i zaræ. zi cho æ archaiuthai
libera nos a malo. Q̃m tuū eſt regnum
և զաւրութաի և փառք յաւիտեանս. Ամէն.
eu zauruthai eu pharhch iauiteans. Amen.
& virtus & gloria, in ſæcula. Amen.

Salutatio Angelica.

ܫܠܡ ܠܟܝ ܡܪܝܡ ܡܠܝܬ ܛܝܒܘܬܐ

taibutho maliath MARIAM lech Slam

gratia, plena MARIA tibi Pax

ܡܪܝܐ ܥܡܟܝ ܘܡܒܪܟܬܐ ܐܢܬܝ ܒܢܫܐ ܘܡܒܪܟܘ

vambarecũ bneſe, anth vambarectho gamech morio

& bñdictꝰ ĩ mulieribꝫ tu & benedicta tecum dominus

ܦܐܪܐ ܕܒܟܪܣܟܝ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܡܪܬܝ

marthi mſihho IESVGA dabcarſech phiro

domina meſſias IESVS q̃ ĩ vẽtre tuo fructus

ܡܪܝܐ ܒܬܘܠܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܐܡܐ ܕܐܠܗܐ

daloho emo quadiſtho btultho Maria

Dei mater ſanctiſſima virgo Maria

ܐܬܟܫܦܝ ܚܠܦܝܢ ܚܛܝܐ ܗܫܐ ܘܒܫܥܬܐ

vabſogtho hoſo hhatoie hhlophain ethcaaſph

& in hora nũc peccatoribus pro nobis ora

ܕܡܘܬܢ ܐܡܝܢ.

Amin. dmautan

Amẽ. mortis noſtræ

Salutatio Angelica.

ուրախլեր մարիամ . լի շնորհօք տեար
Vrahbler Mariam . li snorhoch tear
Letare Maria . plena gratia dominus.
ընդքեզ . օրհնեալ ես դու ի կանայս . և
iendchez . ωrhneal es du i canais . eu
tecum . benedicta es tu in mulieribus. &
աւրհնեալ է պտուղ որովայն քո . տեար
aurhneal æ ptugl orωain cho . tear
benedictus eſt fructus ventris tui . dominus
մեր յեսուս քրիստոս . սրբուհի աստուածածին
mer Ieſus Chriſtos . ſurbuhi aſtuxaxin
noſter Ieſus Chriſtus . Sancta dei genitrix
միշտ կոյս մարիամ աղօթեա վասն մեր
miſt cois Mariam Aglothea vaſn mer
ſemper virgo Maria Ora pro nobis
զմելաւորքս այժմ և ի ժամն զմահու
zmelauorchs aizm eu i zamn zmahu
peccatoribus nunc & in hora mortis
մերում . ամէն .
merum . Amen .
noſtræ . Amen .

ܟܪܟܐ .ܕܕ.

ܦܓܥܬ ܗܘܐ ܡܚܘܠܠ ܕܩܛܠܐ ܘܐܡܪ ܐܣܛܒ.
ܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡܝܐ ܠܓܒܪܐ ܡܠܟܐ ܕܒܟܠ
ܡܫܡܠܝܘܬܐ ܠܟܝܢܗ ܘܫܪܝ ܠܡܠܟܘܬܗܘܢ ܕܢܨܚܘܢ
ܠܡܪܘܡܝܬܐ ܠܡܫܡܠܝܘܬܐ ܘܠܐ ܙܟܘ ܠܡܢܬܐ. ܗܘܐ
ܫܪܝ ܠܟܬܒܐ ܐܢܫܝܢ ܘܐܡܪ. ܐܡܪܘ ܠܡܪܘܡܝܬܐ
ܕܗܘܐ ܫܘܬܦ ܡܠܟܐ ܘܬܘܪܝ ܘܡܦܠܩܬܐ
ܡܠܟܬܐ ܘܕܠܟܣܦ ܡܠܟܐ ܠܘ
ܠܡܫܡܠܝܘܬܐ. ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܒܥܘ ܘܐܡܪܘ ܐܠܗܐ
ܕܠܡܣܒ ܘܐܠܗ ܕܒܠܚܘܕ ܘܐܝܬܘܗܝ. ܗܢܘܢ ܕܝܢ
ܐܢܫܘ ܠܡܠܟܘܬܗܘܢ ܘܢܦܩܘ ܘܫܠܡܘ ܠܗ. ܟܕ
ܫܡܥܘ ܕܝܢ ܡܠܟܐ ܗܠܝܢ ܫܪܝ ܠܡܠܟܘܬܗ
ܐܘܕܝܘ ܠܡܫܝܚܐ ܗܢܘܢ ܡܠܟܝ ܕܡܫܝܚܘܬܗܘܢ
ܐܘܕܝܘ. ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܐܡܪܘ ܠܡܠܟܘܬܗܘܢ. ܡܫܡܠܝܘܬܐ
ܡܠܟܐ ܘܗܢܘܢ ܦܪܘܫܝܢ ܗܘܘ ܠܐ ܫܡܥܝܢ ܗܘܘ.
ܐܦ ܗܢܘܢ ܠܡܦܩܢܘܬܐ ܕܐܘܡܢܘܬܐ ܘܒܥܘܬܐ
ܕܡܫܡܫܝܢ ܐܠܗܐ ܒܢܘ ܠܡܫܡܠܝܘܬܐ. ܘܗܟܢܐ
ܒܟܬܒܐ ܗܢܘܢ ܠܐܘܡܢܘܬܐ ܘܟܬܒܘ ܟܠ ܕܐܬܥܒܕܘ
ܕܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ ܘܐܬܚܙܝ ܕܡܢ ܡܫܡܠܝܘܬܐ ܘܫܡܝܐ.

Matthæi. xxii.

Et rñdit denuo Ieſus ĩ parabolis & dixit. Simile facm̃ ẽ
regnum cœlorum homini regi qui fecit
nuptias filio ſuo. Et miſit ſeruos ſuos vt vocarent
inuitatos ad nuptias & non voluerunt venire. Iterum
miſit ſeruos alios & dixit. Dicite inuitatis
q̃a ecce prãdiũ meũ paraui & tauri mei & altilia mea
occiſa ſunt & ſingula quæque parata ſunt, venite
ad nuptias. Illi autem neglexerunt & abierunt, hic
in villã ſuã & hic ad negociationẽ ſuã. Reliqui vero
app̃hẽderũt ſuos eius & iniuria fecerũt & occiderũt, cũ
audiſſet autem Rex iratus eſt, & miſit exercitum eius
perdidit homicidas illos & Ciuitates eorum
combuſit. Tunc dixit ſeruis ſuis, nuptiæ
paratæ ſunt & illi qui inuitati fuerant non digni fuerũt,
vos igitur abite ad exitus viarum & omnes quotquot
inueneritis vos vocate ad nuptias, & egreſſi
ſerui illi in vias congregauerunt oẽs quos inuenerũt
malos & bonos & ĩpleta ẽ domus nuptiarũ diſcũbẽtiũ.

ܘܟܠ ܡܕܝܢܬܐ ܕܢܦܩܐ ܦܩܘܕܝܬܐ ܘܫܒܐ ܐܠܗܝܢ
ܠܟܢܘܐ ܘܠܐ ܠܒܢܝ ܠܒܢܝܢܐ ܕܡܫܡܠܝܘܬܐ.
ܘܐܡܪ ܠܗ ܡܠܟܐ. ܐܢܫܐ ܕܠܐ ܚܟܡܐ ܟܕ
ܢܬܒܐ ܕܡܫܡܠܝܘܬܐ ܠܟܠ ܟܕ. ܗܘ ܕܒܢ ܐܦܠܛܘܢ
ܗܘܝܘ ܐܡܪ ܡܕܝܢܬܐ ܠܦܝܠܣܘܦܐ ܐܘܪܗܘ
ܐܬܘܪܗܘܢ ܘܟܠ ܠܗܘܢ ܘܐܦܠܗܘܢ ܠܡܫܘܚܬܐ
ܠܘܬܐ ܐܝܟ ܕܢܗܘܐ ܟܕ ܡܗܘܢ ܫܟܝܪܐ. ܗܘ ܕܫܪܝܪ
ܐܝܟ ܢܘܡܘܣܐ ܘܟܘܢܫܝ ܟܠܗܘܢ.

ܟܬܒܐ ܕܡܪܩܘܣ ܒܠܘܩܐ.

ܡܛܠ ܕܠܒܪ ܡܢ ܡܨܥܬܐ ܡܪܢܝܐ ܐܢܫܐ ܕܠܒܘܪܐ
ܡܕܒܪܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܦܘܪܫܢܐ ܠܦܚܐ ܕܡܫܪܐ ܕܠܠܫܢܐ
ܕܡܠܬܐ ܐܫܬܘܕܥܘ ܐܝܠܝܢ ܐܘ ܕܠܘܩܒܠܐ ܐܝܠܝܢ
ܕܠܘܬܗܘܢ ܡܫܬܟܚܢ ܕܠܐ ܡܬܝܒܠܐ ܐܝܠܝܢ
ܐܬܝܕܥܘ ܕܢܘܡܐ ܘܦܘܪܫܢܐ ܕܠܠܫܢܐ ܘܡܠܘܐ ܠܐ
ܐܫܬܟܚ ܠܗ ܘܗܘ ܦܪܘܫ ܡܢ ܢܦܠ ܕܒܫܡܐ
ܘܐܬܝܕܥ ܡܟܠ ܡܬܢܛܪ ܐܡܝܢ.

Et venit Rex vt videret diſcumbentes, & videns ibi hominem qui non veſtitus erat veſtibus nuptiarum & dixit illi ſoci mi, quomodo huc intraſti, cum veſtes nuptiarum non ſint tibi. Ille autem tacuit. Tunc ait Rex miniſtris ligate manus eius & pedes eius & educite eum in tenebras exteriores ibi erit fletus & ſtridor dentium. Multi ſunt quippe vocati, & pauci electi.

Oratio ad virginem Mariam.

Pax tibi Sanctiſſima Maria mater Dei Regina cœli porta paradiſi Domina mundi pura ſingularis, tù es Virgo, tu concepiſti Ieſum ſine peccato, tu peperiſti Creatorẽ & Saluatorẽ mundi, & in quo nõ depauperatus ſũ in eo, & ipſa libera me ab omni malo & ora pro peccato meo. Amen.

ܬܫܒܘܚܬܐ ܕܡܠܐܟܐ ܠܐܠܗܐ.

ܫܘܒܚܐ ܠܐܠܗܐ ܒܡܪ̈ܘܡܐ. ܘܫܝܢܐ. ܘܫܠܡܐ
ܒܐܪܥܐ ܠܒܢ̈ܝܢܫܐ ܀ ܕܨܒܝܢܐ ܛܒܐ ܘܫܘܒܚܐ
ܠܟ ܡܪܝܐ ܡܠܟܐ ܫܡܝܢܝܐ ܐܒܐ
ܐܚܝܕ ܟܠ ܀ ܡܫܒܚܝܢܢ ܠܟ ܘܡܒܪܟܝܢܢ ܠܟ.
ܘܣܓܕܝܢܢ ܠܟ ܀ ܘܡܘܕܝܢܢ ܠܟ ܘܡܫܒܚܝܢܢ
ܠܟ ܀ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܒܪܐ ܝܚܝܕܝܐ ܘܡܫܝܚܐ
ܕܟܠ ܒܪ̈ܝܬܐ ܘܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܀ ܐܢܬ ܗܘ
ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܀ ܘܒܪܗ ܕܐܒܐ ܀ ܫܩܘܠ
ܡܢ ܥܠܡܐ ܚܛܗ̈ܐ ܀ ܪܚܡ ܥܠܝܢ
ܘܩܒܠ ܒܥܘܬܢ ܘܡܬܒܥܝܢܢ ܡܢܟ ܐܠܗܐ ܀
ܝܬܝܒ ܠܝܡܝܢܐ ܕܐܒܘܗܝ. ܘܐܬܪܚܡ ܥܠܝܢ܀
ܐܢܬ ܗܘ ܩܕܝܫܐ ܒܠܚܘܕ ܐܢܬ ܡܪܝܐ ܒܠܚܘܕ
ܡܫܝܚܐ ܥܡ ܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܒܫܘܒܚܐ. ܐܡܝܢ.

ܐܬܐ ܕܡܫܝܚܐ .ܐ.

ܫܠܡ ܠܟܝ ܡܪܝܡ ܡܠܝܬ ܛܝܒܘܬܐ. ܡܪܢ
ܥܡܟܝ. ܡܒܪܟܬܐ ܒܢ̈ܫܐ ܘܡܒܪܟ ܗܘ ܦܐܪܐ
ܕܒܟܪܣܟܝ. ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. ܩܕܝܫܬܐ ܡܪܝܡ
ܐܡܗ ܕܐܠܗܐ. ܨܠܝ ܚܠܦܝܢ ܚܛܝ̈ܐ.

Canticum Genitricis Dei.

Magnificat anima mea dñm. Et exultauit ſpiritus meus, ĩ deo ſalutari meo. Quia reſpexit ĩ hũilitatẽ ãcillæ ſuæ, ecce enim ex hoc bonum dabunt mihi progenies omnes. Quia fecit mihi magnã, q potens eſt, & ſanctũ nomẽ eius. Et miſericordia eius a generatione & progenie ſuper illos qui timẽt eũ. Fecit potentiam in brachio ſuo, & diſperſit ſuperbos in cogitatione cordis eorum. Depoſuit potentes de ſedibus, & exaltauit humiles. Eſurientes impleuit bonis, & diuites dimiſit inanes. Suſcepit iſrael puerũ ſuũ, & recorda. ẽ miſericor. ſuæ. Sicut locutus eſt cũ patribus noſtris, cum Abraham, & cum ſemine eius in ſæcula.

Ioannis. I.

De plenitudine eius nos omnes accepimus. Et gratiam pro gratia. Propterea quia lex per manum Moiſi data eſt. Veritas & gratia per manum Ieſu Meſſiæ.

ի աւետարանն ըստ զղուկաս· ա·

մեծացուսցէ անձն իմ զտր և ցնծացաւ
հոգի իմ յած փրկիչիմ զի հայեցաւ ի խոնա-
րհութի աղախնոյ իւրոյ. զի ահայ այսմհետէ
երանիցեն ինձ ամազգք. զի արար ինձ մեծա-
մեծս հզաւրն։ և սբէ անուն նորա. և ողորմու-
թի նուա ազգաց յազգս երկիւղածաց իւրոց։
արար զաւրութի բազկաւ իւրով ։ ցրուեաց զամ-
պարտաւանս մտաւք սրտից իւրեանց ։ քակեաց
զհզաւրս յաթոռոց. և բարձրացոյց զխոնարհս
զքաղցեալս լցոյց բարութբ և զմեծատունս
արձակեաց ունայնս։ պաշտպանեաց իլի ծա-
ռայի իւրոյ. յիշելով զողորմութի իւր որպէս
խաւսեցաւ առ հարս մեր Աբրահամու և
զաւակի նորա յաւիտեան.

դըշխոյ երկնի բերկրեալ ալէլուիա. վասն զի
զոր արժանի եղերբ առնալ ալէլուիա. արդ
համբարձաւ որպէս ասացն ալէլուիա. աղօթեա
վասն մեր զածուծոյ ալէլուիա.

Ex euangelio ſecundum Lucam. Cap.I.

Magnificabit anima mea dominum. Et exultauit ſpiritus meus ī deo ſalutari meo. Quia reſpexit ad hũilitatem ancillæ ſuæ. Quia ecce poſt hoc beatā dicēt me oēs generationes. Quia fecit mihi magna qui potēs eſt, & ſāctū eſt nomē eius. Et miſericordia eius a progenie in progenies timentibus eum. Fecit potentiam in brachio ſuo, diſperſit ſuperbos mente cordis ſui. Depoſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles. Eſurientes impleuit bonis, & diuites dimiſit inanes. Suſcepit iſrael puerum ſuum, recordatus miſericordiæ ſuæ. Sicut locutus eſt ad patres noſtros Abraham, & ſemini eius in ſæcula.

Regina cœli lætare alleluya. Propterea quia quem meruiſti portare alleluya. Nunc reſurrexit ſicut dixit alleluya. Ora pro nobis deum alleluya.

Մաթեոսի. Ե.

Երանի աղքատաց հոգով, զի նոցա է արքայու-
թիւն երկնից։ Երանի սգաւորաց, զի նոքա
մխիթարեսցին։ Երանի հեզոց, զի նոքա ժառա-
նգեսցեն զերկիր։ Երանի որ քաղցեալ և ծա-
րաւիցեն արդարութեանե, զի նոքա յագեսցին։
Երանի ողորմածաց, զի նոքա ողորմութիւ
գտցեն։ Երանի այնոցիկ որ սուրբ են սրտիւք,
զի նոքա զած տեսցեն։ Երանի խաղաղարարաց,
զի նոքա որդիք այ կոչեսցին։ Երանի որ հալա-
ծեալ իցեն վն արդարութե, զի նոցա է արքա-
յութիւն երկնից։ Երանի է ձեզ յորժամ նախա-
տիցեն զձեզ, և հալածիցեն, և ասիցեն զա
բան չար զձէն ստուտ վն իմ։ ցնծացէք, և ուր-
ախ լերուք, զի վարձք ձեր բազում են յերկինս։

Երկոտասանից առաքելոցն անուանքն։

ի Մաթէոսի. Ժ.

Առաջին սիմոն անուանեալն պետրոս և անդ-
րեաս եղբայր նորա. Յակոբոս զեբեդեա. և

Matthæi. Cap. V.

Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Beati lugentes, quoniam ipſi conſolabuntur. Beati mites quoniam ipſi hereditabunt terram. Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur. Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam inuenient. Beati illi qui mundo ſunt corde, quoniam ipſi deum videbunt. Beati pacifici, quoniam ipſi dei vocabuntur. Beati qui perſecutionē patientur propter iuſtitiā, quoniā ipſorū eſt regnum cœlorum. Beati eſtis vos in qua hora maledixerint vobis, & perſecuti fuerint, & dixerint omne verbū malū vobis mētiētes propter me gaudete, & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis.

¶ Duodecim Apoſtolorum nomina
ex Matthæi. X.

Primus Simon nominatus Petrus, & Andreas frater eius. Iacobus Zebedei, &

յոհաննէս եղբայր նորա. փիլիպպոս և բար-
թողոմէոս. թովմաս. և մատթէոս մաքսաւորն:
յակոբոս ալփեա և ղէբէոս որ անուանեցաւն
թադէոս. սիմոն կանանացի. և յուդայ սկա-
րիովտացի որ և մատնեացն զնա.

Հաւատնէ զառաքելոցն.

Հաւատամ ի յած հայրն ամենակարող ստեղ-
ծողն երկնի և երկրի. եւ ի յսուս քրիստոս յորդի
նորա միածին ի տեայն մեր. որ յղացաւ ի
հոգոյն սուրբոյ ծնեալ ի մարիամայ կուսէն.
չարչարեալ ընդ պոնտացով պիղատոսի.
խաչեցեալ մեռեալ և թաղեալ. էջ ի դժոխս
յերրորդ յաւուր յարեաւ ի մեռելոց. ել ի յեր-
կինս. նստի ընդ աջմէ հօր ամենակարողին.
անտի գալոց է դատել զկենդանիս և զմեռե-
ալս. հաւատամ ի սուրբոյն հոգին. ի սուրբու-
հի եկեղեցի կաթողիկէ. ի սուրբոցն հաղորդու-
թեան. ի թողութեան մեղաց. ի մարմնոց
յարութիւն. ի կեանս յաւիտենականս. ամէն.

Ioannes frater eius, Philippus, & Bar-tholomæus, Thomas, & Matthæus Publicanus, Iacobus Alphei, & Læbæus, qui nominatus eſt Thadæus. Simon Cananæus, & Iudas Sca-riothis, qui & tradidit etiam eum.

Fides Apoſtolorum.

Credo in Deum patrem omnipotentem crea-torem cœli & terræ. Et in Ieſum Chriſtum filium eius vnigenitũ dominũ noſtrũ. Qui cõceptus eſt de ſpiritu ſancto natus ex Maria virgine. Paſſus ſub Pontio Pilato Crucifixus mortuus & ſepultus. Deſcendit ad inferos in tertia die reſurrexit a mortuis. Aſcendit in cœ-los. Sedet ad dexteram patris omnipotentis. Inde venturus eſt iudicare viuos & mor-tuos. Credo in ſanctum ſpiritum. In ſan-ctam Eccleſiam Catholicam. In ſanctorum cõmuni-onem. In remiſſionem peccatorum. In corporum reſurrectionem. In vitam æternam. Amen.

TEmpus erat vt iam Ferrariæ pridie Idus Iulij, Milleſimo Quingenteſimo Trigeſimo ſeptimo, incohatæ huic noſtræ introductioni, & ſcribendi, de Chaldaicis, & Armenicis exercitamentis, atq; operi, multis impedimentis, varijſq; interuallis temporum, interrupto, finem tandem aliquãdo facerem. Verum iſta dum propenſiori animo, aſſiduaq; diligẽtia efficere molimur, & ad metam properamus. En à Ioanne Baptiſta Paucidrapo de Burgo Franco, Papienſi Bibliopolæ, apud Venetos ad Anchoram Federici Aſulani, morã trahẽte, directæ mihi literæ, vnà cum Libello Duodecim Linguarum, Gulielmi Poſtelli Barentonij, in die Sãcti Antonij Abbatis præſentantur. Quibus lectis, apertoq; libro, cum primũ illius inſcriptionem legi, dubitans hæſitanſq; fui, nun alius hic à Gulielmo Poſtello Ambolatęo, mihi chariſſimo, Libri ipſius Autor eſſet. Cum vero in Chaldaicæ linguæ deſcriptiõe, ſubſcripta illius verba lego, videlicet. Frater Ambroſius Papienſis, Ferrariæ habet excuſſas formas &c. hæſitationem omnem procul abijcio, vereq; illũ eſſe Gulielmũ cognoſco. Cui aliquãdo, cum animi mei propoſitũ, circa variarum literarum publicatione, Venetijs cõmunicaſſem; & opera eius (vt in ſuperioribus mentionem feci) vſus fuiſſem, Dominicam (vt aiunt) Saluatoris noſtri orationem, typis meis Chaldaicis, atq; Armenicis, excuſſam tradidi. Et dum Ferrariæ huic operi imprimẽdo inſiſterem, acceptis Epiſtolis eius, nonnulla ab illo petita Alphabeta Venetias miſi. Quæ, quia in opere ſuo nõ inſeruit, in inferiori noſtra appendice, huic noſtro operi addenda, cum mutuis Epiſtolis noſtris publicabimus. Videt̃ enim mihi Poſtellus


ſtellus, quem ſtudiorum ſimilitudo, & virtutis opinio, non modo amicum mihi conciliauerat, verum etiam charisſimum fecerat, in hoc ſuo duodecim linguarum, opuſculo publicando, Ioãnem Euangeliſtã æmulari voluiſſe. Qui vna cũ Simone Petro, à Maria Magdalene, audita Chriſti Redemptoris noſtri Reſurrectione, ſiue quia (vt Euangeliſtę verbis vtar) ἦραν τὸν κύριον ἐκ τοῦ μνημείου, καὶ οὐκ οἴδαμεν ποῦ ἔθηκαν αὐτόν, quia Iunior Petro erat, ad monumentum præcurrit citius, & inclinatus vidit linteamina. Venit & Petrus, ac prior itroiuit, & vidit linteamina, atq; alia quæ poſtmodum ſubintrans Ioãnes vidit, & credidit. Audiuit votũ meum, Poſtellus meus. operam ſuam benigne mihi impẽdit. Vidit excuſſas Chaldaicas, Armenicaſq; formas meas. Vidit chalcographum meum mecũ. Cognouit me ſenẽ, & iam duo de ſeptuaginta annos natum, & ad curſum minime aptum. Recepit (vt arbitror) Epiſtolas meas, ſicut & ego ſuas. Audiuit Ferrariæ, varias à me in lucem dari, literarum, ac linguarum diuerſitates. Iuuenis ipſe in Gallias pfectus, alias mihi Epiſtolas ſcripſit, & dum quod poſtulat, qua poſſum diligentia procuro, vt conſequi valeat, duodecim linguarum, libellum edidit. Edebat & Ambroſius. & licet tardius ad propoſitam metam ſenex peruenerit, prior tamẽ incępit, & plura quę viderat cõmunicauit. vt ſtatim lectis Epiſtolarum exemplis, & operi addita appendice, cernere licebit.

¶ Ambroſius Papieñ. Canonicus, ſiue Regularis Lateraneñ. Doctiſſimo Artiũ, & Medicinæ Doctori. d. Gulielmo Poſtello Ambo lateo, tãquã Fratri Honorando.

ACcipe Gulielme Frater, Alphabetum Iacobitarũ, à me tibi proximis his diebus pollicitum, cũ plus ocij dabitur, & alia quædam, haud penitus ingrata recipies. Scripſi, quæ vides Iacobitarum literis, quibus ſub ſcribuntur eadẽ(vt reor) Arabice, ex Euangelio Matthęi. quæ tu, q iſta calles, ſi mihi ꝓ tua animi benignitate declara ueris, rẽ profecto gratiſſimã facies. Vale & mutuũ ama.

Ferrariæ ex Canonica Sancti Ioannis Baptiſtæ, qnto Kal. Iulij. 1537.

❡Alphabetum Iacobitarum.




Alpha. Vueda. Gãma. Delda. E. Zſo. Syeta. Heda.







Theda. Ioda. Caba. Lauda. Me. Nyn. Axi. Off.




Pi. Ru. Sigma. Taf. He. Phi. Chi. Epſi. O.




Schey. Vey. Chachy. Hori. Geuſa. Sima. Dy.

❡Matthæi primo. Cum eſſet Maria mater eius, Arabice Chatibathan . Deſponſata. Cap. 2. Siſcitabat Arabice. Aſtachbara  . ibidem, interrogate Arabice, Aſtachbaru  : ibidẽ didicit diligenter Arabice Aſtauatzahe  Et ĩ plurali Aſtautzhau  . Cap. 6. Noli tuba canere. Arabice, Balcarn  . Cap. 8. Stridor. Arabice. Vatzariphu  .


¶Addĩ nunc aliud eorũdẽ Alphabetũ, quo magis Cophtitæ, ſpeciatim vtuntur. vt infra.




Alpha. Vueda. Gãma. Delda. E. Zio. Syeta. Heda.



Theda. Ioda. Caba. Lauda. Me. Nyn. Axi. Off.



Pi. Ru. Sigma. Taf. He. Phi. Chi. Epſi. O.



Schey. Vey. Chachy. Hori. Geuſa. Sima. Dy.

¶Numerãt iſti (vt hoc ẽt addã) ꝑ literas alphabeti, ſicuti Hebræi, Chaldæi, Græci, Macedones, & Dalmatæ, & cæteri de qbus in ſuperiori tractatu mentionẽ fecimus, qđ nõ Arabes, & Indi, ꝗ numeralibus noĩbus exceptis, characteribus ad id opus inuentis, vario modo vtũtur, quemadmodum etiam & Latini. Phiot præterea patrem, & Pſcirim, filium appellant. Mens fuerat ante patriæ meæ ruinam, orationem Dominicam, & Apoſtolorum Symbolũ, & quędam alia Iacobitarum literis & lingua, in lucem edere, quę Vulcano ardente, vna cum multis alijs mihi ablata fuerũt, quæ vero in præſentia hic appoſuimus, ex libro Euangelioꝝ Arabicis literis ſcripto, in quo ſparſim multa ꝑ modũ gloſſematis, iſtoꝝ characteribus ſũt ſcripta deſumpſimus.

¶Poſtero die quo iam ſuperiores literas deſtinaueram, infraſcriptas Ferrariæ recipio.

ℂGulielmus Poſtellus.F.Ambroſio Papienſi. S. P. D.

ET ſi temporis ſpacium vix patitur, vt tuam fidē poſſis erga me liberaſſe, putaui eſſe ex officij mei ratione, ſæpius pollicitorum memoriam tibi obijcere, quo & interim oſtēderem cōtinuam tui apud me recordationem, & quantum in me eſt facerem ne iuſtam mei obliuionem poſſis fortaſſe aliquando prætexere. Addes niſi moleſtum erit illis quos promiſiſti characteribus, & vtcunq; imitatos aut fictos illorum librorum Punicorum Arabicorum ve quos habes titulos, vt qui præſens ædes tuas adire non valeo poſſim, ſi licet, vel illa coniectura aſſequi, qui nam ſint, eam enim ob rem precipue tibi abituro characteres illos, tam exacte depinxeram, vt in hac re aliquid tibi ſubueniret. Sed tum non ſuccurrit, vt illius rei te commonefacerem. Quanta hic potuit fieri diligētia inſtiti, ſi aliquid exempli illorum dudum, excuſſorum characterum Armenicorū poſſem ad te mittere, quod hactenus non licuit, vbi ſe offeret habebis. Si quid habes pręter alphabetum Georgianū, in illis literis, mitte duos aut tres verſus. Nō ommites literas Aegyptias, ἱερογλυφικὰ, & quicquid rerum tuarū nobis non inuidebis, magici characteres non deerunt ſcio. Puta interim tua quū ī manus meas peruenerint, tibi honori futura. Si quid à me voles, fac tantum vt ſciam. Lucæ cap. 3. Matthæi. 1. Armenice, quia cito pingis flagitabo. Vale.


ℂGulielmo Poſtello Ambolateo, multarum linguarum gnaro. D. Ambroſius Papienſis, Canonicus Regularis Lateranenſis. S. P. D.

Scripſiſſem


SCripſiſſem Gulielme humaniſſime, magicos quos requiris characteres, ſed minuti vſqueadeo ſũt, vt ne dũ ſcribere, ſed nec pingere quidẽ illos potuerim. Decreueram proinde archetypum ad te cum his noſtris mittere. Verum dum pręſentium latori, ingenue rem totã enarro, rogoq; vt afferat, exhorruit, expauit, extimuit, veritus ne dæmon (cuius calami ductu literæ ipſæ ſcriptæ fuerãt) ipſum inuaderet deferentem, diſtuli factum, præſtolaturus audentiorem, quem cum nactus fuero, ſyngrapham, habebis. Ex qua ſi characteres exſcribere potueris, rogatus ſimul & exoratus eris, vt fideliter remittas. Si tardius fortaſſe quam ſperaueras, iſta Armenice Puniceq; ſcripta recipis, ne meæ aſcribas velim negligẽtię. Sed hoſce intenſos inculabis calores, in quibus vix etiam cum optimo falerno (vt ſic dicã) & abũdantiori ſane, poſſumus refrigerari, vt interim taceã exquiſita quoq; loca ad refocillãdos à caumate homines cõmoda, & varia, quę nobis affatim ſuppetunt. Nam hic neq; etheſiarum flamina ad caniculę remedium inſtituta, nobis ſuccurrunt, quin vramur, afflictiq; & nimio ęſtu exuſti, in ſudorem deliquamur, ac linguam canũ more, ex ore ſępicule emittamus, affectemuſq; frigidos limpidiſſimi fontis riuulos, vt vel ſaltẽ lambere valeamus, & ora proluere, quandoquidem etiam ſitibundi, ab aquarum potu, ne ſpleni officiant, omnino abſtinere velimus. Scripſeram porro illa Armenica, Arabicaq; iſtis incluſa, ſtatim poſt receptas mihi gratiſſimas literas tuas. Verum dum fidelem nuntium expecto, in caniculares ſupra modum vrentes, incido dies. Qui pfecto & mihi admodũ moleſti ſunt & medicis, ita me ercle, vt vix ipſi cum ſuis etiã pharmacis, hoc tpe valere queant.

queant. Amico tamen ſatis omnino facere cupiēs nocturnam ſextam horam, in qua cōmodum magis ęſtus aliquantulum euitare, ſi non penitus effugere valeo, ad hanc Epiſtolam ſcribēdam delegi. Et alphabeta iſthęc ſeptem varia ſcripſi, quę aliquando ex bibliotheca Grimana ſancti Antonij iſthic in vetuſtiſſimo libro inuenta deſumpſi. Si hic haud bene concinneq; ſcripta fuerint, ſenectuti meę veniā dabis, nam tremula manus non ſinit rectas ducere lineas, ad locum vnde ſumpta fuerunt te remitto, ibidem hoc ordine ſcripta repies, quo hic quoq; & ego ſcribere curaui. Cęterum rem mihi pergratam facies, ſi (quod ſine tuo incōmodo factū velim) viginti Punicoꝝ Arabicoꝝq; librorū titulos, hic à me deſcriptos interp̄taberis, & ſenſum reſcripſeris. Ita enim fiet vt tuo munere, nomē accipiāt. Vale, & Ambroſium vt cœpiſti ama. Ex Canonica ſancti Ioannis Baptiſtę, Ferrarię pridie nonas Auguſti, hora ſexta noctis pręcedentis. 1537.


¶ Βιργιλίου φιλοσόφου ἀλφάβητον.



Ἀπολλωνίου Τιανέως.




Γράμμματα τὰ καλοῦμενα ἱερογλυφικά.




Suprafcripto alphabeto nullę aderāt alię adſcriptę lrę.


Ἀλφάβητον Βαβυλώνικον.



Ἀλφάβητον ἑλληνικόν.



Ἀλφάβητον.



Euangelium Matthæi Armenice. Cap. I.

Աւետարան ըստ Մաթէոսի.

գիրք ծննդեան յուսի քրիստոսի որդւոյ դաւթի. որդւոյ աբրահամու. աբրահամ ծնաւ զիսահակ. իսահակ ծնաւ զյակովբ. յակովբ ծնաւ զյուդայ և զեղբարս նորա. յուդայ ծնաւ

ծնաւ զ փարէս և զ զարայ ի Թամարայ. փարէս ծնաւ զեզրովն. եզրովն ծնաւ զարամ. Արամ ծնաւ զամինադաբ. ամինադաբ ծնաւ զնայասովն. նայասովն ծնաւ զ սաղմոն. սաղմոն ծնաւ զ բոոս ի Հռեքեբայ. բոոս ծնաւ զ յովբեթ ի Հռութայ. ովբեթ ծնաւ զ յեսսէ. յեսսէ ծնաւ զ դաւիթ արքայ. դաւիթդ ծնաւ զ սաղոմոն ի կնոջէն ուրիայ. սաղոմոն ծնաւ զ ռոբովամ. ռոբովամ ծնաւ զ աբիայ. Աբիայ ծնաւ զ ասափ. Ասափ ծնաւ զ յովսափատ. յովսափատ ծնաւ զ յովրամ. յովրամ ծնաւ զ ոզիայ. ոզիայ ծնաւ զ յովաթամ. յովատամ ծնաւ զ աքազ. Աքազ ծնաւ զ եզեկիայ. եզեկիայ ծնաւ զմանասէ. մանասէ ծնաւ զամովս. Ամովս ծնաւ զ յովսիայ. յովսիայ ծնաւ զեքոնիայ և զեղբարս նորա. առ գերութենէն բաբելացւոց. Յետ գերութենէն բաբելացւոց. ծնաւ յեքոնիայ զսաղաթիէլ. սաղաթիէլ ծնաւ զ զօրաբաբէլ. զորաբաբէլ ծնաւ զաբիուդ. Աբիուդ

ծնաւ զեղիայ կիմ. եղիակիմ ծնաւ զազովր.
ազովր ծնաւ զսադովկ. սադովկ ծնաւ զաքին.
աքին ծնաւ զեղիուդ. եղիուդ ծնաւ զեղիա֊
զար. եղիազար ծնաւ զմատթան. մատթան ծնաւ
զյակովբ. յակովբ ծնաւ զյովսէփ զայրն մա֊
րեմայ. որում խաւսեցեալ զմարիամ կոյս յոր֊
մէ ծնաւն յեսուս որ անուանեցաւ քրիստոս.
Ցորդ ամ՝ ազգն յաբրահամէ մինչեւ ի դաւիթ
ազգք չորեք տասանք. եւ ի դաւթէ. մինչեւ ի
գերութեին բաբելացոց. ազգք չորեք տասանք.
եւ ի գերութէն էն բաբելացոց մինչեւ ի քրի֊
ստոս ազգք չորեք տասանք.

QVæ poſt Armenicum Euangelium, in ſuperioribus noſtris literis, Arabice manu ſcripta fuerant, viginti ſcilicet librorum, Punicorum epigrammata, ſiue inſcriptiones & titulos, quia mihi Punicarum literarum typi, ſeu formę non ſunt, in pręſenti appēdice nō addidi. Verum quia de Apollonij Tianei Alphabeto mētio facta eſt, et alphabetum ipſum pauloante excuſſum, facile illius verum eſſe crediderim. Quandoquidē multi qui Tianei vitam compoſuerunt, & præſertim indiuiduus peregrinatiōis eius comes Damis Aſſyrius, à quo Philoſtratus inprimis qui de illo ſcripſit, ſumpſiſſe videtur, omnium illum

illum intellexiſſe,& egregie proferre potuiſſe linguas, aſſe-
ueret. Libroſq; de Aſtrologica diuinatiõe, & quę ſacra &
quomodo dijs ſingulis acceptiſſima ſint, & multa alia ſcri
pſiſſe affirmant. Vt qui ab Iarcha acceptis ſeptem annulis,
ſeptem ſtellarum nominibus cognominatis, quorum ſin-
gulos, iuxta dierum nomina, ſingulis geſtabat diebus, & di
uinandi ſcientiam conſecutus fuerat. Quid mirum ſi etiã
peculiari potuerit alphabeto vti.

¶Hieroglyphica vero, vt ait Suidas, ἔγραψεν ὁ χαιρήμων, & q
dam alij, vt in naturali hiſtoria refert Plinius.

¶Aegyptiacas p̃terea literas, & Orus, & multi alij deſcri-
pſerunt, & ſculpturæ illæ effigieſq; quas in obeliſcis vide-
mus (inquit Plinius) Aegyptiæ literæ ſunt, de quibus etiã
Cornelius Tacitus, & Lucanus, & viſu quoq; tẽporibus
iſtis comprehenduntur Romæ. Vidi ego his proximis an-
nis Bononiæ, in manibus cuiuſdã Canonici Paleoti, Ci-
uis Bononienſis, librum ex India aduectum, tygridis pelle
coopertum, in quo variæ hominum (& ſi bene memini)
aliarum quoq; rerum, ac animalium figuræ tantũ depictæ
erant. Et in circuitu ſeu limbo, ac illarum figurarũ periphe-
ria, notæ quædam, quas ego literas omnino exiſtimaui, &
ſi vir ille, alioq nobilis, libelli copiã, ad horas nõ negaſſet,
proculdubio Alphabetum exſcripſiſſem, cognoſcerẽtq;
in præſentia ſtudioſi homines, præter imagines illas, apud
Aegyptios literarũ etiã apices eſſe, vetereſq; illos (vt Apu-
leius in ſua Metamorphoſi refert) habuiſſe libros ignora-
bilibus literis prænotatos, partim figuris huiuſcemodi ani-
malium, concepti ſermonis compendioſa verba ſuggerẽ-
tes, partim nodoſis, & in modũ rotæ tortuoſis, Capreola-

tumq; cōdenſis appicibus à curioſitate perſonarum lectione munita.

¶ Eritreos, qui in regione Medorum, non longe à Babylone ſunt, literas Græco more ſcribere, Philoſtratus aſſeuerat. Proinde Alphabetum, quod ſupra Babylonicum inſcribitur, facile etiam Eritreorū eſſe potuit. Sed his prætermiſſis alias mutuas ſubiungamus Epiſtolas.

¶ D. Ambroſius Papiēſis, Canonicus Regularis Lateranenſis, Excellenti Artiū Doctori, & multigenarum linguarum gnaro. D. Gulielmo Poſtello tanquam Fratri Honorando. S. P. D.

MAgillius Ludouici Spoletani adiurationem, ſeu potius ſupplices præces, cū characteribus à Dæmone ſubſcriptis, in ipſo archetypo, Chalcographum hūc noſtrum, animi audentioris nactus, ad te mitto Gulielme chariſſime. Vbi legeris, & (ſi placuerit) exſcripſeris, eidem Chalcographo noſtro reſtitues, qui ad incęptum opus proſequēdum, breui huc reuerſurus eſt, & fideliter referet. Si tamen magica iſthæc Danieli Bombergo, prius oſtenderis, rem mihi haud quaquam ingratam feceris. Cognoſcet enim vir ille bonarum, peregrinarūq; literarum amator, & multarum linguarum gnarus, Ambroſium vera dixiſſe, cū proximo menſe Iunij Venetijs, in illa Doctorum hominum corona, in ædibus quoq; ſuis tecū loqueretur, qui paulo ante ab Oriētalibus adueneras. Nā inter loquendum (vt moris eſt eorum qui cupido, affectāti, anhelantiq; animo ſemp bona aliqua diſcendi, in linguarum varietate propenſius verſantur) dum ego à te quęrerem, ſi forte aliquod literarum peregrinarum peculium, in

Italiam tecũ aduexiſſes. Cũq; præter Græcas, & Hebrȩas, quas priuſquam Byzantium adires, in patria tua, cũ latinis optime didiceras, reſpondiſſes, Punicas te, Arabicas, Armenicas, Samaritanas, Indorumq;, habere, & calere literas & linguas, & quædã alia quæ in prȩſenti non erant ad manus. At ego confeſtim illas omneis habere noſceq; vtcũq; ſubiunxi, oſtendiq; tum tibi, & Bombergo, & cæteris qui aderant Pſalterium (quod aiunt) Dauid, Syriacis, Chaldaiciſq; literis pulcherrime, cum Arabica interpretatione ſcriptum. Nec nõ libellum Diurnarum horarum, Armenicis pariter literis ſcriptum. Addidi poſtmodum prȩter illas quas dixiſſes literas, Iacobitaq; me, Cophtitarum, Gorgianorum, Macedonum, Seruianorum, Bulgarorũ, Illiricorumq;, ſeu Dalmatarum literas noſce, & Alphabeta quȩdam alia habere, quȩ proximis his diebus, vt potui melius exſcripſi, & ad te (vt poſtulaueras) cuidam ex noſtris Canonicis deſerenda cõſignaui. Memini me quoq; tunc ſubiunxiſſe. Si Ferrariam veneris monſtra tibi literarum, Zyphrarumq; oſtẽdam. Et vt admirationem in omnium qui aderatis animos inducerem, vel potius ad riſum doctã illorum hominũ cateruam concitarem, ſubdidi. Habeo quas nullus forſan habet, Diaboli literas, Dȩmonis ipſius manu ſcriptas. Qui tum riſus, qui cachinni, quȩ admirationes exortȩ fuerint, tu noſti, Et cum pertinacius inſiſterem, remq; omnem & factum, vt fuerat, receſerem. Viſi fuiſtis omnes verbis meis fidem aliquã prȩſtare, poſtmodũ diſceſſimus. Nunc vero vos qui tunc conueneratis docti hoĩes, cum Diaboli literas acceperitis, legite ſi noſtis, & diſcite Ambroſio credere vera dicẽti. Expecto mi Poſtelle,

vt archetypum remittas. Et ſi paruum Octogonum libel-lum, Punicis literis optime ſcriptum intellexiſti, quem ad te ſimul cum iſtis miſi, vnà cum aliqua ſubiecti ipſius declaratione, vt pariter remittas efflagitabo. Vale, & amãtem ama. Salutabis meo nomine Bombergum. Ferrarię ex Canonica Sãcti Ioãnis Baptiſtę, ſexto idus Auguſti. 1537.

¶Hanc Epiſtolam non recepit Poſtellus, vt infraſcriptę teſtantur literę.

¶Al Veneraũ. Padre Don Ambroſio da Pauia, Canonico Lateranenſe, ſuo maggiore ſempre oſſeruaũ.

In Ferrara.

A Sancto Giouanni Baptiſta.

PAter mi honoraũ. le voſtre litere hebile tarde, videlicet quella matina che lo voſtro Stãpadore ſi partite da Venetia, e alla ſera quello medemo giorno, andai da Meſſer Gulielmo, & trouai che era caualchato pur quella matina per Franza, per ordine del. S. Oratore Frãceſe. Et con ogni fidutia ho aperte dette letere, per vedere ſel vera coſa che poteſſe ſoplir' io, pocho ve manchete nõ l'habbia datto al ditto Oratore, con pregarlo che le mandaſſe al ditto Meſſer Gulielmo, pur al tandem mi e parſo piu eſpediente remandarle a. V. P. alle cui orationi di core mi racõmando, vna cõ la Reuerẽtia del voſtro. P. Priore. Ne altro, da Venetia. 9. Auguſti. 1537.

Don Ricardo da Nouara, voſtro.

QVibus profecto receptis, atq; perlectis literis, & noſtris ſimul remiſſis, ac denuo reſtitutis, nõ parua ſane animi moleſtia affecti fuimus, quod ſcilicet (vt ſperabamus) in manus puenire nõ potuerint amici.

Verum

Verum enimvero dum poſt chalcographi ad nos redditũ operi perficiũdo inſiſtimus,cõmodioremq́ amico ſatisfaciendi opportunitatem expectamus. En patrum meorum iuſſu,Papiam,vnà cum eodem Calcographo,& cum omnibus ad artem illam neceſſarijs ſimul inſtrumentis,atq́ impedimẽtis proficiſcor.Et renouata demũ, atq́ redintegrata chalcotypa officina,& omnibus rite,atq́ ordine iterum diſpoſitis.Dum intermiſſum imprimẽdi operis noſtri munus,denuo reſumo,& ad literarum multigenarum concinnandam harmoniam,omnibus (vt aiunt) neruis intendo. Nono Auguſti,Milleſimo qngẽteſimo trigeſimo octauo inferius deſcriptæ,Poſtelli mei,redditę ſunt mihi literæ.

¶ A Mon Seignor.F.Ambroſio di Pauia Canonico Regolar di Santo Augoſtino a ſant Iouan Batiſta. In Ferrare.

IO vi ſcriſſi do o tre volte Padre Reuerendiſſimo da poi il voſtro partir di Venetia,& ſon ſecuro che hauete ricepute de le mie per le quale dapoi eſſermi humilmente commandato,io chiedea voſtra excellentia mandarmi tutti quei diuerſi charatteri m'haueui promeſſo,ma le grande voſtre occupatione vi hãno ritardato, la qual coſa mi piace aſſai. Perche adeſſo voglio priegarui me vogliate mandar & tutte quelle coſe promeſſe & le voſtre proue & alphabeti d,Armenico & Chaldeo,per monſtrar la voſtra diligẽtia a noſtri homeni,perche voi ſapete il bene piu eglie cõmune & piu è diuino. Le coſe lequale con lettere voſtre me vorete mandar,date o vero in caſa di Meſſer Daniel Bombergo,o di noſtro Imbaſciator Frãceze a mon ſeignor Capellano,ſi non ch'hauerete meglior cagion di

ſcriuermi

ſcriuermi da Ferrare. Io di preſente ſon in Parigi ne la ſtrada di ſan Iacomo a linſegna di la fõtana, oue poderete cõmādarmi quello piace a voſtra Seignoria & ſarete preſto vbedito. Le mie littere Arabice trionpharanno qua ſecondo mi par loppinione di tutti ſaui, facendo fin hauendoui priegato encor vna volta di non mancar voſtra promeſſa & ſendomi cõmādata a la. S. V. ſupplicaro la diuina prouidentia voglia iunger la ſoa gratia a voſtri boni deſii.

De Parigi il voſtro ſeruitor. Gulielmo Poſtello.

¶ Lui prego di gratia continuate le voſtre diligentie di ſaper de quello qui ſtampò Lalcorano Arabico ſe lui voleſſe vender i ſoi ponzoni o vero vna matrice, & eſſendo aduertito del precio vi mandaro dinari perche ho molto di biſogno di quei per ſtampar noſtra Grammatica Arabica, & altri libri da leger in medicina, coſi facẽdo haurete parte de le lode in tutte le lingue.

OMni interea ſtudio, cura, atq; diligentia nõ ceſſaui Alexandrum, Paganini Brixiẽſis filium, & qua potui etiam ſolicitudine, amicorũ interuẽtu, rogare non deſtiti, vt typos, formaſq; Punicarum literarum, quibus olim pater eius Alcoranum impreſſerat, iuſto vellet Poſtello vendere prætio, quod cũ facere iam iam paratus eſſet, & dũ amicũ, eius rei certiorem facere pręparo. Libellum duodecim linguarum differentiumq; literarum Gulielmi Poſtelli publicatum cõſpicio. Statimq; in mẽtẽ mihi ſubijt Io. Euangeliſtæ, & Simonis Petri recordatio, atq; memoria. Vtrũq;.n. illorũ præceptoris mouerat amor, & pari æmulatione, pariq; mouent curſu, ſed diſpar omnino fuit euentus. Idem amor literariam rempublicam iuuandi


Ambroſium

Ambroſium mouerat,& Poſtellum. Cœpit prior Ambroſius ſenex. Iuuenis ad propoſitum citius peruenit finē Poſtellus. Non tamē incæptum iam interrupit curſum ſuū Ambroſius, ſed ad optatum tandem terminū, propoſitūq; ſcopum, etiam ipſe peruenit,& quantum in literarum monumentis conſpexerit, Poſtello & cęteris, qui talia affectāt, palàm facere procurauit. Et ſicuti clauus clauo extrudit, ita, mutua quoq; virtutum æmulatione latentia in literarū monumentis, præcioſa quęq; in lucem prodeūt. Sic olim Democritus Abderita Philoſophus contigiſſe refert, in libro cui titulus eſt φυσικὰ καὶ μυστικὰ, affirmat & Sineſius Philoſophus, qui in illum ad Dioſcorum magni Serapidis Alexandrinorum Dei ſacerdotem ſcholia compoſuit. Nā in Aegyptum profectus, apud magnū Hoſtenem in templo μέμφεως, vnà cum ſacerdotis filijs miniſtri officio fungebatur,& dum in templo cibum ſumerēt, repente ſponte ſua, lapidea apparuit in cinereo puluere ſciſſa columna, ex qua πετρώας βίβλους, extrahentes, inuenerunt in eis, aliud prorſus nihil, quam tria hæc (vt ſic dicam) admodum vtilia verba.


ἡ φύσις, τῇ φύσει, τέρπεται. καὶ
ἡ φύσις, τὴν φύσιν, νικᾷ, καὶ
ἡ φύσις, τὴν φύσιν, κρατεῖ,

¶ Sed quantum hoc pertineat ad rombū, conſiderent, qui præacutam ingenij aciem habent,& quantum queat æmula virtus inſpiciant. Nos vero interea, ex penitiſſimis Chaldæorum, Syrorumq; monumentis, alia proferamus in lucem, quibus diuerſæ Chaldæorum gentes vtuntur, & Syrorum, videlicet.


¶Alphabetum Chaldæum.



Hheth. Zain. Vau. He. Dolad. Gomal. Beth. Olaph.




Sõchath. Nun. Mim. Lomad. Lomad. Coph. Iud. Teth.



Thau. Scin. Ris. Q uoph. Zzode. Phe. Ain.


¶Aliud Alphabetum Chaldæum.




¶Inuenio tñ in aliquibusſatis vetuſtis voluminibus duo iſthæc alphabeta, cõtrario etiã ordine ſcripta, & cum latinis literis adſcriptis ab. A. nimirũ, vſq; ad. Z. & ꝓinde Latinorũ more, id quod facile mihi ꝑſuaſerim, haud quaquã à ratione diſſonũ fore. Potuerũt equidẽ ꝯfines aliqui, & in extremis Chaldæę partibus, habitãtes populi, ſicuti & nõ lõge diſciti Indi, à ſiniſtra in dextrũ latus ſcribere, quẽadmodũ & aliq Syri, quorũ etiã poſt paulũ alphabeta ſequẽtur.

¶In priore tractatu chirographicõ, & typographicõ, Samaritanorũ alphabetũ deſcripſi, ꝑ vt mihi Gulielmus Poſtellus Venetijs, cũ ſuo, qđ è Byzãtio in Italiã aduexerat, benigne reformauerat. In p̃ſentia vero non p̃termittere viſum fuit,


fuit,i tenebris amplius latere,Samaritanũ aliud alphabetũ, quod olim mihi primũ Romæ tradidit,Reuereñ.tũc Cardinalis.S.Georgij,Raphaelis Riarij,à ſecretis,excellẽs Iureconſultus,& i Græcis,atq; Hebraicis literis apprime eruditus Fabius Spoletanus.Q d'cũ i vrbe quoq; πολυγλώττῳ, illi, & inter doctos ſui tẽporis viros doctiſſimo Flaminio oſtẽdiſſem,Samaritanũ omnino eſſe aſſeruit, nec dedignatus eſt,ſua manu ſcriptum alphabetum, ad exſcribẽdum & cum alio conformandum concedere,quod qdẽ tale eſt.



Hhet. Zain. Vau. He. Daled. Gimel. Beth. Aleph.



Ain. Samech. Nun. Mim. Lamed. Caph. Iod. Teth.




Thau. Scin. Res. Quoph. Zzadich. Phe.

¶Nunqd hoc loco Hebræos ꝑtereũdos cẽſuerim profecto minime.Nã ſi verũ eſt illud beati Hieronymi dictũ,Hebręos ſcilicet omniũ linguis loq,facile credendũ fuerit, omniũ quoq; literis vti,aut ſaltẽ multiplices ac varios literarũ characteres habere,qđ facile ꝓbari põt. Quatuor quippe Hebræorũ alphabeta Auguſtinus Pantheus Venetus Sacerdos, in ſua Voarchadumia cõmemorat, cõe .ſ. quo paſſim oẽs vtunt.Alteꝝ ab oĩpotẽti Deo Moyſi in Mõte Syna.Tertiũ Abrahe in fluminis trãſitu cõceſſum.Quartum,quod & cæteris antiquius eſt,Enoch traditũ, & ad alphabeti noſtri ordinẽ numerũq; relatum,tribus ſuperabũ=


dat aſpiratis literis.ch.videlicet.ph.th. Abraham à Balmis Hebræus doctor, in ſua à Daniele Bombergo, iam dudũ impreſſa Grammatica, duo tantum Hebraica nouit alphabeta, commune nimirum & tranſitus fluminis. Cornelius Agrippa, in libris de occulta Philoſophia, Cabliſticos, retulit, varios habere characterizandi modos. Et pter dicta duo alphabeta, aliam apud Hebræos cœleſtem dixit eſſe ſcripturam, qua (non ſecus atq; Aſtrologi in ſtellarum lineamentis, ſignorum imagines educere conſueuerunt) alphabeti ſui literas, inter ſydera collocatas, figurataſq; oſtendunt. Aliam quoq; quam Malachim, ſiue Melachim, hoc eſt Angelorum, ſiue regalem appellare ſoliti ſunt. Sex igit relatis Hebraicarum literarum generibus, opereprętium arbitratus ſum me facturũ, ſi alios haud quaquam ſpernẽdos Hebræorum characteres, à varijs non infimi nominis autoribus excerptos, in hac noſtra appendice adderem. Inter libros Antonij de Fantis Taruiſini, olim Philoſophi, Aſtrologi excellentiſſimi, memini me vidiſſe opera, Razielis, Picatricis, Bailum, Mercurij, Petri Apponis, Salomonis, ac interpretis illius Apollonij, & aliorum multorum, ex quibus tanquam ex virenti & florido prato, variarum literarum flores, & characteres diuerſos collegi. Neq; enim aliam omnino ob cauſam, tam diligenter libros illos, antequam in Vulcani poteſtatẽ à patribus noſtris, in quorum manus ex teſtamento peruenerunt, legi. Quam vt characteres illos, literarum ſcilicet varias figuras exſcriberem. In ſecundo quippe tractatu, in quo de lapidibus pręcioſis loquitur Raziel, reprobata illorum opinione qui dicunt, viginti duas literas, de quibus ibi loquitur, à Camaliele fuiſſe

inuentas.


inuentas. Angelũ Raphiel, in libro qui dicitur liber ignis, illas Adæ Protoplaſto dediſſe ſcriptas aſſeuerat, & ob id filios Adam eas recuſare non poſſe. Quarum quidem literarum figuræ, & nomina ſunt infraſcripta, videlicet.



Hhet. Zain. Vau. He. Daleth. Gimel. Beth. Aleph.




Ain. Samech. Nun. Mem. Lamed. Caph. Iod. Teth.




Thau. Sin. Res. Coph. Zadai. Phe.

¶ Poſuit autem ibidem Raziel, dictarum literarum interpretationem, atq; virtutem, alio prorſus quam beatus Hieronymus, & diuerſo poſuerit modo, de qua ſane expoſitione, nullam omnino faciendam eſſe curam cenſeo.


¶ Ex varijs præterea qui Solomoni attribuuntur libris, & interprete eius Apollonio infraſcriptos literarũ characteres, & Hebræorum alphabeta deſumpſimus.



Hheth. Zain. Vau. He. Daleth. Gimel. Beth. Aleph.




Ain. Samech. Nun. Mem. Lamech. Caph. Ioth. Teth.




Thau. Sin. Res. Coph. Sade. Phe.

¶ Aliud

¶ Aliud alphabetum.




¶ Non mireris chariſſime lector, ſi in hoc alphabeto, tria Phe, & duo Zadich, ſcripta inueniuntur, ita enim in libro vnde ſumpta ſunt eodemq; ordine reperiuntur.




¶ Et ſi Indorum literas, ſiue literarũ characteres & formas iam diu Ioãnes Potken publicauerit, vt in priori noſtra introductione retulimus, non ab re tamẽ fuerit Indicum etiã aliud alphabetum ex prædicti Antonij de Fantis libris extractum, & Hebrçorum more ſcriptum, ac nominibus Hebraicis notatũ, in præſentia addere, pro vt compertum eſt, & tale quidem eſt, vt ſequitur.

¶ Aliud


¶ Aliud alphabetum Indorum.



hhethu.zaiu.vuauf.he.dahlezthu.gamelie.bethu.alephu.




e.ſachmuncheth.nun.memim.lamedu.caphu.iodu.tethu




Thauuuo.ſahnun.reſu. cophu. zacde. pſe.


¶ Aſſyrias,ſiue Syriacas,aut Phœnicum quoq; literas ordine literarum latinarum cum nominibus earumdem ſcriptas reperi,quas hic quoqꝫ addere viſum fuit,vt ſequitur.



Aluz. Bem. Cem.Dimi.Ethimi.Fetim. Gith. Huth.



Iothim.Kauũ.Lathim.Moni.Nichoi.Oliph.Phiſai. qnũ




Rophi.Sith.Toth. Vr. Xith. Yn. Ziph.

¶ Nec mirandum hoc loco cenſuerim,quod iſtorum literæ tot numero ſint. Q uãdoquidem & ſi Græcos à Phœnicibus, & maiores noſtros etiam ab exteris literas, non tamen tot numero primũ, quot nunc habẽt accepiſſe ab autoribus relatum fuerit. Potuerunt nihilominus etiam iſti,ſicuti & noſtri,& Gręci,ſuis literis alios addere characteres, quos qui præſens ſcripſit alphabetum , longo potuit temporis


poris tractu didiciſſe,& poſteris cõmunicaſſe. Additũ erat & in eodem quoq; loco,Saracenorum aliud quoddã al= phabetum,& non ſine literarum nominibus, & nota per quam comprehendere merito poſſumus,cum quibus nã noſtris literis elementa illa conueniant,& recto cum ſupe= rioris alphabeti ordine, eademq; ferè ſcribebatur quadra hoc inquam modo.

a b c d e f g h




alcmon.bendi.cathi.delphim.ephoti.foiti.daipoi.hethim,

i k l m n o p q



ioithi.kithi.lechim.malathil.nabelothi.oithi.porzeth.qto= r s t th u x y z(lath.




raſith.ſalathi.tothimus.vatolith.xiroom.yarointh.zocium

¶Paulo ante diximus Aegyptios,præter hominum fera= rumq;,& aliarum rerum imagines,quibus pro literis vſos fuiſſe,ſiue etiam in præſentia vti,omnes referunt autores, & res ipſa ante oculos poſita demonſtrat,alias quoq; literarũ formas habere. Quas ego cũ illarum nominibus, ad no= ſtrarum literarum normã notatas, pro vt in antiquis libris reperi,hic fideliter cõmunicabo. Quis vero illarum inuẽ tor fuerit,ſiue Mercurius Deorum nuntius,ſiue alius quiſ= piam,inueſtigẽt diligentius,qui curioſius illud ſcire deſide rant.alphabetum vero ipſum,tale eſt,vt infra.

¶Alphabetum


¶Alphabetum Aegyptiacum.

a b c d e f g h




athomus.benithi.chinoth.didaui.eni. fin.gomor.heletha.

i k l m n o p q



iamin.kaita.Lazamin.Miche.Nain.olelath. pilon. quyn.


r s t u x y z th



irim. ſichen. tela. vr. xiron. yph. zain. thou.


¶Aliud alphabetum Aegyptiacum.

a b c d e f g h




athoin.binthin.chinoth.dinayn.eny. fin.gomor. heletha.

i k l m n o p q



iamin. kaita. luzain. miche.naym.obeleth.pilon. qyn.


r s t u x y z th



iron. ſichen.thela. vr. xyron yph. zain. thou.

¶Hetruſcos,Volſcos,Oſcos,literas varias,dicēdiq; variū ſtilum habuiſſe,multi prodiderunt,nec hæſitandū fore crederem,etiam ab his qui vel ſummis(vt aiunt) labris,literaꝝ


addita tetigerũt. Quin, vt de Hetruſcis loquar, etiam Tarcuntis ſepulchrum, cum inſculptis vndiq; Hetruſis literis, alias Volateris inuẽtum teſtatur. Quarum vero gentium propria fuerint elementa, ſeu literarum notę, quæ in tabulis æneis Eugubij cõſeruantur, nullus adhuc (quẽ viderim) clarę aſſeruit. Hetruſcorum tamen alphabetum, in varijs libris, ac Italiæ bibliothecis, vario quoq; modo ſcriptum reperi. Alibi enim à dextro in ſiniſtrum latus ſcriptum videt. vt infra.



¶Quod quidem alphabetum proximis his mẽſibus ad me cum ſuis Epiſtolis è Bononia excellẽs Iureconſultus, & in humanioribus, atq; politioribus literis plurimum verſatus, Iulius de Iulijs Canobinus miſit, & illud à Ioanne Achillino, nobili ſanè, atq; humaniſſimo Bononiẽſi ciue, ſcripſit habuiſſe. Qui vero ſubſcribuntur Hetruſcorũ characteres, ex libris prædicti Philoſophi Taruiſini, fuerunt deſumpti, & cum non paucis exemplaribus alijs cõformati. Latinorum vero more à ſiniſtro in dextrũ latus ſcribuntur. Tanta autem & talis in ſcribendo, vnde proceſſerit varietas, videre nequeo. Coniectentur vero alij melius.


¶Aliud

¶ Aliud Hetruſcorum alphabetum.




¶ Promiſerat, cum adhuc Ferrariæ eſſem, Nicolaus Franciſcus Germanus, de quo in præcedēti introductione mētionem feci, alphabetum Gotthorum, & libros aliquot illius gentis hiſtoriam cōtinentes, ſe mihi daturum. Q uo eorum quoq; literas, ſeu literarum formas, ī hoc noſtro libello, cum cæteris immiſcere poſſem. Q uæ omnia dum multo tempore expecto, aliunde mihi non inde expectāti obueniunt. Bona ſors, ad Vicentinum Generale Concilium proximis his mēſibus profecturus, Reuerendiſſimus Ioānes Vpſalēſis Archiepiſcopus, genere Gotthus, Bononiā venit. Caſu à Iulio Canobino viſitatur, interloquendum poſt multa hinc inde inuicem dicta (vt fieri ſolet) etiam de literis Gotthicis ſermo habetur. Rogatus interim Archiepiſcopi ſcriba, Gotthicum alphabetum, cum latinis ſibi reſpondentibus literis, ſuppreſſo tamen elementorum nomine ſcripſit. Q uo impetrato, voti mei iam cōſcius Iulius, cū ſuis mihi directis Epiſtolis, è Bononia Papiam, vnà cum ſuperius deſcriptis, Hetruſcorū literis miſit. Q uo ordine illud ſcriptū recepi, eo nunc vobis chariſſimi lecturis exhibeo.

beo. Hi vero γότθοι, (vt Stephanus ait, & φωκαεὺς παρθένιος. meminit,) ἔθνος πάλαι ᾤκησαν ἐντὸς τῆς μαιώτιδος, ὕστερον δὲ εἰς τὴν ἐντὸς θράκης μετανέστησαν, Quanta gens iſta latinis literis, & vniuerſæ Italiæ, intulerit mala, Romanæ vrbis (vt cætera taceam) ruinæ docent. De quibus plura loqui non eſt prę ſentis conſiderationis. Alphabetum vero illud tale erat.



ℭ Cęteꝝ ĩ copioſa illa Antonij de Fãtis Taruiſini libroꝝ multitudine, magnũ ſanè volumẽ repertũ fuit. In quo abdita quãplurima, & ſatis abũde curioſa, tã ad Philoſophiam, Medicinã, & Herbaꝝ notionẽ, quã etiã ad Aſtrologiam, Geomantiã, & Magiã ꝑtinẽtia, cõtinebãtur. Et in eius præcipua quadã parte tractabat de theſauris, per totũ ferè orbẽ recõditis, atq; latẽtibus, quoꝝ admodũ clara atq; ſpecifica notio haberi poterat. Oĩa vero literis erant adeo ignorabilibus ſcripta, vt etiã ingenioſum quemlibet à lectione facile deterrere, atq; remouere potuiſſent. Sed tũ mihi Aeſopici apologi memoria ſubijt, Vulpis, ſcilicet & Leonis. Cũ.n. Vulpes,

Vulpes, Leonem, primū intuita fuiſſet, tali vſq; adeo timore correpta eſt ὥσ μικροῦ καὶ ἀποθανεῖν, Secūdo illum cum vidiſſet, timuit quidem non tamē ὥσ τὸ πρότερον, Cum vero ipſum tertio conſpexiſſet, tātum audatiæ ſumpſit ὥσ καὶ προσελθοῦσα διαλεχθῆναι, Sic mihi profecto in illius libri primo cōtigit aſpectu, vt de lectione quidē illius & intelligentia fermè deſpauerim. Sed anxio animi deſiderio noua ſemp aliqua perſcrutandi, cōmotus. Cum ſecūdo legere temptaſſem, in ſpem certe aliquam intelligendi cœpi memet conijcere. Tantumq; & tertio accedēs, diligenti cura, ſolicita indagine, frequēti aſſiduaq; characterum illorū reuolutione effeci, vt illius apologi ἐπιμύθιον, veriſſimū fore exptus ſim, ὅτι δὴ ἡ συνήθεια καὶ τὰ φοβερὰ τῶν πραγμάτων εὐπρόσιτα ποιεῖ. Ex illis enim ignorabilibus literis, alphabetum excerpſi, & quæ in libri cortice latere videbātur, ad intelligendū puia, & remoto velamine ītellectu facilia viſa ſunt. Nā & ſi ignorabilibus ſcripta eſſent literis, latina tñ vocabula erāt, & dictiones nobis notæ, non ſecus atq; ſi quiſpiam Græca nomina latinis, aut latina Græcis ſcribere contenderet literis. Alphabeti autem figuræ tales erant noſtris literis rñdentes.



Quomodo

Quomodo autē, qua ve rōne, quę ſupra ꝓxime ſcriptę fuerūt literę, duodecim cœleſtibus Zodiaci ſignis, ac ſeptē errantibus ſtellis, ſiue planetis, ab autore libri tribuant, aut quæ cum Geomanticis figuris, bicorporeis nimirum, ſiue ſingularibus, & ſimplicibus conueniant, & quæ nam lætitiam, aut mœrorem. Effuſi ſanguinis ruborem, aut cādidi Oloris albedinem. Teterrimi carceris ſqualorē, aut capularibus etiam ſenibus inuiſi pheretri formidinem. Populorum vndiq; per viarum anfractus, irruentium atq; vndātium concurſum. Aduerſam præterea, proſperam ve fortunam. Impuberes pueros, & formoſas inuicē ludentes puellas. Rerū ac perſicæ gazæ acquiſitionem, ſiue iacturā, atq; opum naufragium. Capitis, & extremæ immanis Caudæ, Draconis, tortuoſam reuolutionem inſinuēt. Quæ ve ex his, horis, diebus, menſibus, vel annis, cōueniant. Aut quæ nam elementa, quos ve rurſus humores repręſentent, quia ad præſentem noſtrā hāc traditionē ſpectare nō credimus, iure iccirco merito prætermittēdum duximus, ſatis fore arbitrantes, quod literas ipſas hactenus ignorabiles, notas fecimus, & cum latinis noſtris conformauimus.

Longobardorum, Vtopienſiumq; literas, & ſcribendi modum in præſentia publicare diſtulimus. Sperantes propediem quāplurima alia diuerſorum characterum alphabeta (quæ apud nos recondita ſunt) in lucē edere. Expectantes quoq; literarum differētium genera alia ad manus noſtras ventura. Quandoquidem non videatur omnino hæſitandū eſſe, varia reperiri in dies ſcribēdi genera. Quū tot noſtris temporibus incognitæ chriſtianis hactenus gētes, tot īſulæ, tot populi, tot alia cœli climata, tot nō amplius

à noſtris

à noſtris velificata, & (ſi dici poteſt) ſulcata maria, tot varię hominum nationes cernantur, quæ cum varijs loquantur linguis, varios quoq; ad inſinuandos abſentibus, animoꝝ conceptus habere ſcribendi modos, diuerſas notas, diuerſos characteres, literarum quoq; diformes apices, nec non Ziphrarum multiplices formas poſſidere facile exiſtimandum eſt. Nam ſi (vt Thimoſthenes prodidit) in vnam tantum Dioſcoridem, claram quondam Colchorum Vrbē, iuxta fluuium Attamonta ſitam, Tercentæ nationes, quæ diſſimilibus linguis vterentur, vere deſcendere ꝯſueuerint, & poſtea à noſtris (vt refert Plinius) Centum triginta interpretibus negotia ibi geſta ſunt. Quis non facile aſſeuerauerit, etiam nunc ex tam latis orbis finibus, confertos literarum manipulos, ad nos quandoq; prouenturos. Vidi ego cum Romę eſſem, ſub Leone eius nominis Decimo Pot. Max. Metropolitę μεγάλησ ἰβηρίασ, Epiſtolas, Gręcis quidem, ſed à cōmunibus admodum differentibus, literis ſcriptas, cum ſigillo, in quo diui Georgij martyris, imago impreſſa erat, (illius enim gentis vexillum eſſe dicunt,) & ſubſcriptione manu ipſius Metropolitę ſcripta, cum literis vſq; adeo tortuoſis, & in nodi Hrculei modum Capreolatim intextis, vt vnde principium caperēt, & finem omnino facerent, nec lynceis quidem oculis quiſquam cernere potuiſſet. Literarum quippe illarum linea, eo modo altera ſuper alteram ducebātur, vt nec Ioānis Antonij Taiantis, phātaſtica litera, ſic perplexa, atq; inuolucris varijs irretita, videatur. Illas Macharius Chius, ordinis ſancti Baſilij monachus, q apud me Reuerēdiſſimi tunc Cardinalis Sauli contemplatione, in Canonica noſtra Diuę Marię Pacis

de Vrbe

de Vrbe,tunc temporis hoſpitabat,& cui literę dirigebantur,quamuis Gręcus,& in literis Gręcis,atq; Arabicis diu verſatus,niſi deferentis Iberi auxilio fuiſſet adiutus, vix vnquam intelligere potuiſſet. Literarum ſanè illarũ formas, ac Metropolitę illius ſubſcriptionẽ,multis quamuis tricis intricatam, in hac noſtra traditione impreſſam viderẽt poſteri,ſi non illã, patrię infœlicis meę immanis illa ac ſemper deflẽda calamitas, extremũq; exitium,mihi cum reliqua librorum numeroſa ſuppellectile abſtuliſſet.

¶ Varias etiam atq; differentes eſſe Punicorum, ſiue Arabicorum elementorum formas,ita clarum eſſe ſuſpicor, vt probatione non ſit opus,ſunt quippe mihi plus quam triginta librorum capita,tum parua,tum magna, & volumina duo quę explicata ad quinq; ferè brachiorum longitudinem ſe extendunt.Ita diuerſis atq; diſtãtibus literarum ſcripta figuris,vt non parua ſit in legendo difficultas. Sicuti videmus etiã in latinis noſtris, in quibus tanta eſt aliquando differentia, vt coniectura oĩo opus ſit in earum lectione,qui enim in Italicis varijs literarum figuris tantum verſatus fuerit, non ſine difficultate Germanorum, Gallorũ; Hiſpanorum ve,aut etiam Anglorum ſcripturam, vel etiã mercatorum multorum characteres,quamuis latini ſint,legere poterit.Sic & in Arabicis,& Punicis. Et quod de literarũ diuerſitate diximus.Idem & de Grãmaticalibus pręceptionibus facile arbitrãdũ eſt. Q um aliter Tartari, aut Perſæ,& Turcæ. Alio modo Punici, Numidici, & Bethici Grammaticalia doceant. Vt cernere poſſunt qui monachi illius (qui poſt Granatæ Regnum, ab Hiſpaniarũ Regibus captũ, Grãmaticas ſtatim p̃ceptiones Arabicas ſcripſit,)

ſcripſit) libros perlegerit, ab illa, quam in ſua introductio‑ne nuper Poſtellus in lucem dedit, de quibus in ſuperiori literarũ cõformatione, aliqua dixiſſe, credimus. ¶ Duo ve‑ro dũtaxat genera, maſculinum ſcilicet & fœmininũ Ara‑bes & Punicos habere, & neutrum penitus ignorare, ex Priſciani verbis cognoſcimus, cum ait. Et maxime cum lingua Pœnorum, quæ Chaldæę, vel Hebræę ſimilis eſt, & Syræ, non habeant neutrum genus. Idẽ poſtea etiam Mo nachus ille Hiſpanus in ſua, ad Arabicam lectionẽ, intro‑ductione, affirmauit. Tres numeros in nominibus decli‑nãdis habent ſingularem ſcilicet, dualem, & pluralem. Et eorum maſculini generis nomina deſinũt in.l. aut in.u. & in omnes conſonantes, non autem in quinq; vocales, fęmi nina nomina ſunt quæ non deſinunt vt ſupra. Habẽt vero maſculina noĩa, Chaldæorum, Hebræorum, Syrorũ, atq; Indorum more, Vnicam tantum in ſingulari, & vnicam in plurali numero, terminationem. In duali vero peculiarem ab his retinent deſinentiam, vt in hoc exemplo manifeſtum eſſe poterit legenti. Raiul.i. homo, in nominatiuo ſingula‑ri. In duali vero, Raiulay, i. duo homines, & hoc additamẽ ti genus generale eſt in omnibus dualibus. Aliquando ta‑men additur Syllaba. en. & dicimus Raiulen. i. duo homi nes, quod quidem cõmune eſt, tam ĩ fœmininis, quã in ma ſculinis nominibus. In fœmininis tamen nominibus, ante ay. vel ante. en. interponitur litera. t. quæ propria eſt, & (vt ſic dicam) formatiua fœmininorũ nominum in plurali numero, & duali, exemplum. Duffæ. i. porta. Dufferay, duæ portæ. Xamaa, Camella. Xamaatai, duæ Camellæ. Mara, vxor, vel mulier. Maraten, vel Maratay, duæ mulie‑

res,vl'vxores.In plurali vero noīa fœminini generis Auiū, Herbarum,Fructuum,Animalium,& aliorum ſeminum, & materialia,& metallaria,defectiue inflectuntur. A nomi natiuo videlicet ſingulari vltimam abijciendo literam,vt Dabora,Dabar.Dizija,Gallina.Dizij,Gallinę.Et quemadmodum iſta per apheresim literæ declinantur. Ita verbalia,& participia,cum additione.in.inflectuntur,vt Hhabiz, Panarius.Hhabizin,Panarij. Raiul hō,tñ per apheresim, & literarū metatheſim,in pluralifacit Rigil, vel etiā Regil, plures homines. ℂ Et cū apud Arabes,ſicut etiā apud cæteras alias linguarum varietates, duæ ſint nominū ſpecies; primitiua.ſ.& deriuatiua.Sciendum,quod ſi primitiuū nomen,in vnam aliquam vocalē deſinat,illa in deriuatiuo nomine,mutatur in.i.nā pro Baza,vel Bazta,dicimus Bazti; ideſt res Bazæ. Ronda,Rondi.Gebel,Gebeli. Excipitur Garnata;pro nomine Ciuitatis,quia nō dicimus Garnati, ſed Garnataxi.Alcala,non Alcali,ſed Alcalai. Si vero primitiuum,in duas deſinat vocales,vltima abiecta,deriuatiuū formabitur nomen,vt Valentia,Valenti. Si primitiuum in aliquam conſonantem deſinat,tunc additione.i.in fine, formabitur deriuatiuum nomen,vt Gebel,Gebeli. In quo tamen aduertendum eſt,quod ſi primitiuum habet accētum in prima,tunc in vltimam deriuatiui nominis ſyllabam retrahitur accentus,vt in dicto nomine patet.Nam Gébel, in prima accētum habet acutum.Et Gebelì,in vltima grauē. Si vero primitiui nominis accentus,in medio fuerit dictionis,tūc in eodem loco,vt plurimū, & in deriuatiuo ſeruatꝛ. ℂ Caſus nominū apud Arabes, nō ſecus atq; apud Latinos,ſex ſūt.Nominatuus,ſcilicet Genitiuus, Datiuus, Accuſatiuus,

cuſatiuus, Vocatiuus, & Ablatiuus. Et Nominatiuus qdẽ apud illos Mubtade appellat. Genitiuus, Mudaph. Datiuus, Maxror. Accuſatiuus, Maphuul. Vocatiuus, Munede. Ablatiuus, Darph. ¶ Sciendũ quoq;, vt iam ſupra etiã dixiſſe credimus, Arabes vnã tantum in nominibus, in ſingulari & aliam in plurali numero terminationem habere, Proinde caſus nominum dignoſcere tãtum poſſumus, aut ex virtute locutionis, aut per articulorum additionem. Id quod etiã cõmune eſt Chaldæis, Hebræis, Syris, & Indis. Et omnibus ferè qui ſua materna declinãt nomina lingua. de quibus late in Margarita Philoſophica Georgij Reiſci Chartuſiani.

¶ Articuli autem Punicorũ ſunt. Nominatiui caſus. a. al. Genitiui. a. al. mita. mital. Datiui. la. lal. li. lil. Accuſatiui. a. al. vt in recto. Vocatiu. a. ya. Ablatiui. ba. bal. fa. fal. fi. fil. maa. maal. min. minal. Exempli gratia.

Mubtade, a dar, vel dar.	Nominatiuo hæc domus.
Mudaph, mita, dar.	Genitiuo huius domus.
Maxror, la. dar.	Datiuo huic domui.
Maphuul, a dar.	Accuſatiuo hanc domũ.
Munede, ya. dar.	Vocatiuo o domus.
Darph, fa. dar.	Ablatiuo ab hàc domo.

Pluralis numeri inflexio.

Mubtade, a diar.	Nominatiuo hæ domus.
Mudaph, mita. diar.	Genitiuo harum domoꝝ.
Maxror, la. diar.	Datiuo his domibus.
Maphuul, a diar.	Accuſatiuo has domos.
Munede, ya. diar.	Vocatiuo o domus.
Darph, pha. diar.	Ablatiuo ab his domibus.

Et ſic de reliquis nominibus,ac participijs dicēdum, & in eis ita obſeruandum eſt.

℄Quod dictum eſt ſupra de numeris in nominibus, idē dicendum videtur & in verbis. Habēt enim Arabes etiam in verbis,Græcorum more,ſingularem,dualem,& pluralem numerum,& duali,& plurali,mutuo vtuntur.

Duos tantum verborum modos habent Punici. Indicatiuum,ſcilicet & Imperatiuum.

Duo etiam dūtaxat tempora cognoſcunt, præſens nimirū & præteritū perfectū,vt Nigneddeb.Ego caſtigo. Gneddebt ani. Caſtigaui ego.Reliqua tempora ex virtute locutionis diſcernuntur.

Inflexionis vnius verbi exemplum.

℄Pręſens.Naxorob.Ego bibo.Taxorob.Tu bibis.Yaxorob. Ille bibit. Naxorobu. Nos bibimus. Taxorobu. Vos bibitis.Yaxorobu.Illi bibunt.

℄Præteritum perfectum. Xarabt ani. Bibi vel bipſi ego. Xarabt ente. Bibiſti tu. Xarab dhiq. Bibit ille. Xarab na. Bibimus nos. Xarab tum. Bibiſtis vos. Xarabu. Biberunt illi. Et in hoc loco eſt diligenter animaduertendum, quod in hac verborum coniugatione,quæ forſan ſecunda eſt, vt etiam in reliquis fermè omnibus.n.litera primæ.t.Secūdę. i.Tertiæ perſonę,in pręſenti indicatiui, in principio additę verbi, ſunt loco pronominum.Ego,tu,ille.Nos, vos,illi. In pręterito vero,eadem trium perſonarum indicatiua pronomina,non pręponuntur,ſed poſtponunt,& vario quidē modo ac explicite magis, vt patet ſupra videlicet. Ani. Ego.Ente.Tu.Dhiq.Ille.Na.Nos.Tum. Vos. V. vero pro illi ponitur,nā tertia perſona pluralis numeri in verbis

ſemper

ſemper in.u.deſinit.

Imperatiuus modus duas tantum habet perſonas;vnam videlicet ſingularem,& alteram pluralem, & duas terminationes,ſingularem profecto ſuæ radicis, pluralem vero in u.additis nihilominus ſecūdę perſonę, tam ſingularis quā pluralis numeri pronominibus,vt in hoc exemplo,& tandem integrum verbum explicabimus.

Imperatiuus. Axorob ente. Bibe tu. Axorobu entum. Bibite vos. Quod ſi forte fortuna tertię perſonę imperare voluerimus,vt bibat, addito illius perſonę pronomine, & terminatione ſeruata,facile demonſtrare poterimus,dicētes Axorob dhiq. Bibat ille. Axórobu. Bibant illi. Retracto ſcilicet accentu in antepenultimam ſyllabam verbi. Cęterū in hac ſecunda coniugatione verborū,& in omnibus ferè reliquis obſeruandum eſt,quod in pręteriti perfecti formatione,primam pręſentis ſyllabam abijcimus, &.o.pręſentis mutatur in.a. Pręterea primę & ſecūdę perſonę ſingularis numeri eiuſdem temporis pręteriti perfecti literam.t.in fine addimus,vt in exēplo patuit adducto. A quo ceu à perenni fonte haurire poſſunt,& inde bibere, atq; inebriari, qui Arabicorum verborū inflexiones,ſitibundo cupiunt animo diſcere, donec ad ampliores Grammaticę pręceptiones fœlicius peruenire queant.

Interea tamen non eſt prætereūdum, quod quemadmodum Hebręi (vt ab illorum Grammaticis didicimus) in orationis ſubdiſtinctione, Rebia, vnico ſcilicet puncto ſupra dictionem poſito,ita vt non Holem appareat,vtuntur. In diſtinctione vero Zatephcaton,duobus videlicet ſupra dictionem punctis. In membro quoq; Athnahhta, ſemicirculo

circuló nimirum Iridis inſtar, infra dictionẽ collocato. Et Paſek, linea videlicet ſeu virgula ſub dictionem poſt membrum in termino ſubſcripta, vt totam perfectam inſinuent orationem, vti ſolent. Et Græci quoq;, ac Latini, ſua habẽt punctorum genera, ad id quod dictum eſt demonſtrandũ reperta, quæ à Grçcorum, Latinorumq; Grãmaticis ſunt petenda. Macedones etiam & Ruſcij, ac vtriuſq; Miſię incolę, nec non Illirici & Dalmatę, imperfectos, perfectoſq; ſententiarum ſenſus, in punctando declarant, vt in libris in eorum literis ac lingua, à Calcographis iam dudum pub licatis cernere licet. Indorum quoq; vſus eſt, inter ſingulas orationis dictiones, duo ſcribere puncta, & lineę finem, ac ſententię terminum, quaterno indicare puncto. Chaldæi, ac Syri, duo tantum punctorũ genera habent. In imperfecta enim adhuc oratione, atq; ſuſpẽſa, vnico dũtaxat vti cõſueuerunt puncto. In fine vero atq; orationis termino, quatuor poſt addere puncta, nigro, rubroq; colore depicta, conſueuere. Arabes etiam quatuor punctorum genera habent. Aut enim duo puncta inter dictiones, vt nos Ceſa, & Græci Commata, inſtar Hebraici Seua, aut vnicum tantũ, aut tria in formam Segol, quo quidem puncto tripliciter vtuntur, aut recto in cœlũ extẽſo, aut verſus Arcticum, Antarticum ve Polum, reflexo capite. Et quadrãgulari forma punctis ſcilicet quatuor eo ordine poſitis, vt vnum cœlum alterum terram, Meridiẽ tertium, Septẽtrionẽ vero quartũ ſpectare videat. Quibus in ſubdiſtinctionibus, diſtinctiõibus, mẽbris, & orationum terminis vtũtur. In qbus eſt animaduertendũ, qđ omnis Punica dictio quæ habet Aliph, Ce. Quiph. cũ Manuben. eſt finis partis. Quoniã Manuben,


nuben,ſemper ſtat in fine partis orationis.Item ſi poſt Geu. ſequitur Aliph. Ce.Q uiph.eſt finis partis. Et ſi punctum aliqñ non adijciatur, obſeruata hac generali regula ſemp ſubintelligitur. In ĩterrogatiuis quoq; & (ſi dicere fas eſt) reſpõſalibus vario ſanè modo Arabes vtunt,vt ex Euãgelio Ioannis cap. 9. clare nobis innoteſcere poſſet, ſi Arabicis hic ſcriberetur literis. Verum quia illarum formis caremus,id latinis verbis,cum additis ſuo loco punctis,exprimere conabimur. Et dixit eis Ieſus · in iudiciũ ego in hunc mundum veni. vt qui non vident videant · & qui vident cœci fiant: & audierũt quidam ex phariſeis · qui cum ipſo venerant. & dixerũt ei .·. Nunquid & nos cœci ſumus :·: Dixit eius Ieſus ·: Si cœci eſſetis · non haberetis peccatum · Nunc vero dicitis · quia videmus. & peccatum veſtrum manet ·:· Et iſta de Arabicis in præſentia dicta ſufficiant.

MAgorum vero characteres ab Honorio Thebano, Appone. Et nonnullis alijs relictos,in lucem edidit. Inter cęteros, Cornelius Agrippa. De quibus nulla nobis cura facienda eſt. Verum quia de Spoletani adiuratione in ſuperioribus à nobis mẽtio facta eſt, Nõ ab re forſan factum omnino fuerit,ſi illam vt amico tandẽ & curioſis cęteris fiat ſatis, in huius noſtrę appendicis fine addatur. Scripſerat tamen prius,nobilis quędam matrona & ſanctę conuerſationis,ac ſpiritu ſępe afflata prophetico virgo,literis ſemel tantum,incognitis,futurumq; eſſe ſubiecit,vt quandoq; venirent,qui talibus vterentur characteribus,aut ſimilibus ſcriptitarent literis. Poſt aliquot vero annos ab illius hinc (vt arbitror) ad ſuperos diſceſſu, ſcripta fuerunt,quę hic confeſtim ſcripta cernuntur.

¶ Ludouici Spoletani pceptū ſiue (vt vulgo dicitur) cō-
iuratio. Cum ſubſcripta Dęmonis reſponſione.

VE comando Amon, per li ſette cōmandamenti, per li diciſette Maſtri, per le dece potentiſſime parole, o ver nomi cho le quali io Maſtro voſtro ve inuoco che ſeti conſtriti ha vinſri, e per Talion, Anſion, Amlion, per Giroaſtro terzo, per li ottanta Demone, & per tutte le potentie diuine, che me debiate ſcriuere la verita in queſta medeſima ſenza fraude, inganno, duppieza alcuna, chiaro non confuſo, hapertamente che ve poſſa intendere, ſel Caualiero Marchantonio figliolo de riccha donna da Piacēza, ha ritrouati tutti li dinari che laſo Antonio Maria, & ſeno in qual loco ſono.

¶ Nō tā cito pennā Magus depoſuerat, quā cito q aderāt pennā eandē corripi, & in aera ſuſtolli, & in eandē chartā, īfraſcriptos characteres velociter ſcribere viderūt, ſcribētis vero manū nullus cōprehēdere poterat. Vt mihi aliqñ retulit, qui cū multis pręſens fuerat, & cū poſtmodū Papiā veniſſet, & factū vt fuerat enarraret. Rogatus archetypū mihi reliqt. Cuius verba adſcripſi. Characteres vero tales erant.



¶ Quid

¶ Quid vero characteres illi inſinuarent, quam vt reſpõſionem ad quæſita redderent, ſcire oĩno non curaui. Quãdoquidem vanas Magorum ſuperſtitiões, & ſomnijs ſimilia deliramenta, naturali quodam ſemper odio proſecutus fuerim. Nec mihi quiſpiam perſuadere vnquam potuerit, vt talia placerent. Non enim me latuit, huiuſmodi nequam ſpiritus, ſuis ſemper cultoribus, laqueos tendere, vt irretitos in perniciem trahant. Exemplo nobis iamdudum eſſe potuit (vt multos prætereã) antiquus ille Simon Magus, qui Apoſtolorum temporibus miſere interijt. Et in prę ſentia hic, de quo loquimur, qui paulo ante, cum ſe rei militari totum dediſſet, ac ſub eius vexillo armatos tercentos, ſiue quadringẽtos duceret pedites, in ruſticorum ſemel manus incidit. Qui tot illum ferris tridentibus (quot inuocatus Amon, in ſuis characteribus effinxerat) appetẽtes, percuſſerunt, vulnerauerunt, tranſfixerũt. Et tricipiti apud inferos Cerbero conſignandum, multis vndiq; lætalibus cribratum vulneribus, exanime tandem corpus illius reliquerũt. Verum cum in dignoſcendis variarum linguarum characteribus, ac literarum figuris, propenſo ſemper animo verſarer, nolui etiam hoc ſcribẽdi genus, prętermittere intactũ, & rogãti Poſtello impartiri. Qui mihi, quod illius in hac Appendice, epiſtolas ediderim. Quod mutua inter nos colloquia, & cõmunicata cõſilia narrauerim. Quod cœpiſſe me prius edere opus meum recenſuerim, non iure ſuccenſere poterit. Quis enim mihi iure ſuccenſeat? ſi tam lõgo ſtudio, tam inſanis ſumptibus, tam arduo, & Theſeio, vel Herculeo potius opere, atq; labore incœptũ, & iãiam exanclatũ opus ab alio (neſcio cuius gloriolæ gratia) tẽ-

ptatum præoccupari cõſpicatus, meorum laborum (vt ſic dicam) catalogum deſcripſi. Et ſi, quod operis mei partẽ Caluo tanto tempore cõmendatam, ad hunc vſq; diem recuperare non potuerim, indolui, & contra meos labores, aliquid fortaſſe, etiam ab alijs machinatum iri ſuſpicatus fuerim? cur Theſeo, q multiplices olim labyrinthi anfractus, & immanis ora monſtri euadere potuit, excandeſcere, & iambos, atq; omnigena inuectiuarũ genera minitari, opus eſt. Non enim propter hoc mercatoris fidem diminui, nec illius fidei detraxi. Sed cõquæſtus ſum, quod vel aſtutia, vel potius (vt illi oĩno credã) ſui negotioꝝ geſtoris negligẽtia, & mercator ipſe, probatæ alias fidei, & Ambroſius ſua ſpe fruſtrarẽt. Proĩde tales ſua fulmina mittãt. Nec chartas maculẽt, effuſi tãbe veneni. Quin potius ſtudeant, rempublicam literariam, quibus poſſunt, poſſunt ſanè, plurimis, auxilijs iuuare, & ſuppetias iungere, ac meliora ſemper ad cõmunẽ ſtudioſoꝝ vtilitatẽ ĩ lucẽ edere. Ego vero interim bonoꝝ oĩum viroꝝ, ac ſtudioſoꝝ, & vtriuſq; p̃cipue Calui, amicitiã nõ recuſabo. Taliũ enim ſemper conſuetudine delectatus ſum. Quorum etiam gratia, tot literarum genera, in præſenti noſtra Chaldaica, Syriaca, atq; Armenica introductione, & adnexa appendice in lucem dedi. Plura daturus, ſi mõ iſta placuiſſe cognouero. Et miſericors Deus pro ſua benignitate conceſſerit.

¶ Excudebat Papiæ. Ioan. Maria Simoneta Cremoneñ. In Canonica Sancti Petri in Cælo Aureo. Sumptibus & Typis, Autoris libri. Anno à Virginis Partu. 1539. Kal. Martij.

¶In opere tam vario mendas omneis omnino cauere nõ potuimus. Annotauimus in aliqbus quædã, cætera benignus lector æquo animo reſtituet.

¶Folio 13 linea 4 adnexſueris, lege adnexueris, facie 2 lin. 24 videatur, fol. 14 lin. 4 ductu, lin. 23 Non prius, facie 2 lin. vltima, amephoras, fol. 15 lin. 4 ſentirent, ingenue explicarent, lin. 5 eſſet. Illi autem, Vna voce, linea. 22 erinnis, fac. 2 lin. 9 diſcerpuntur; lin. vlt. Pſalterij, ibidẽ, in cineres vulcano, fol. 16 lin. 17 legendũ, & Armeni (vt copioſe à nobis demonſtrabit̃,) fol. 24 lin. 9 tam latinũ, in litera. g. fol. 47 ſcribe 27 fol. 33 fac. 2 lin. 19 varijs foraminibus à tergo, fol. 35 fac. 2 lin. 18 deuenerit, fol. 39 fac. 2 lin. 6 & q eo℞, fol. 37 lin. 6 viſcoſus. linea 16 geniti ſint fari neſciãt, fol. 38 fac. 2 lin. 9 sbaqthoni, li. 15 ſabachthani, lin. 21 Aſtutz Aſtuzz im naieazt ath is, iendier thoglier, fol. 39 lin. 4 deus meus intẽde mihi, fac. 2 lin. 21 Hebraice, ibiẽ, & Chaldaice, fol. 40 fac. 2 lin. vlti. & ab ipſis p ſomchath, fol. 41 fac. 2 lin. 16 Babel & Syriæ, fol. 42 lin. vlti. cũ patha, fol. 43 lin. 5 vt ſatis infra declarabit̃, lin. 25 Græco, cappa, fol. 44 lin. 15 bſubhho, Zmaru, fol. 45 lin. 6. ¶Quartadecima cõſonãs, fo. 46 lin. 6 vt. 18 Ogdoade fol. 47 lin. 8 nephlun, fac. 2 lin. 9 Et quũ oẽs, lin. 12 raphatũ ꝓferãt, ibidẽ, deſinentis, cur ſolus, fol. 50 fac. 2 lin. 15 inſinuãs, ſi optatũ fol. 51 linea 9 Et ad numerũ, fol. 52 fac. 2 lin. 3 valgdranijn, ibidem, vphliſtijn lin. 25 vel dathan, fol. 53 fac. 2 lin. 8 Quiiter, lin. 16 παραδώξωσ, lin. 27 id recte, neſcio, fol. 54 lin. 24 ſed tandẽ. fol. 60 fac. 2 lin. 16 in præſentia, fol. 61 lin. 7 vt plurimũ, lin. 10 redũdãs eſt, lin. 18 tã etſi. li. 27 nullius,

fol.6 2 lin.1 1 huiuſce,lin.vlti.Athenienſis ille,fac. 2 li. 2 quū dicere,fol.64 lin.1 1 reſipiat,fac. 2 lin. 1 7 vniuerſa quæ habet.fol.lxv.lin.xi.[illegible].faci.ii. lin.iii.[illegible] lin.vlti.vt dicat.[illegible] fol.lxvi.li. vii.bemaſecna. lin.1 5 quod licet ſibilās, lin. 1 7 ſibilus,tñ apud, lin.1 8 incipit,lin.1 9 cognoſcit,fol.67 lin.1 0 linguæ notione, fol.6 9 lin.2 8 vigeſimo ſecūdo.fol.71 fac.2.lin.1 3 da-geſſatum.fol.72 fac.2 lin.1 3 zedguuna,lin.2 1 vatiqra, fol.74 fac.2 lin.1 בדד Badad,lin.1 7 Buch,fol.75 lin. x poſitū videať punctū.lin.1 3 Gomal vero.fol.76 lin.26 & ſicut.D.fac.2 lin.5.vtrunq; Teth.fol.78 fac.2.lin.2. Is tunc, fol.79 lin.9 pluralē quomodo numerū, lin.1 1 ſignificent,fol.8 0.lin.9.Maieſtas,fol.8 1 fac.2.lin.3 ha-bemus.Per Odom,lin.1 6 hac,fol.83 li.2 2 grauis, lege acuti,fol.85 lin.1 3.ſequēs Iam.lin.27 acuti vel graues. fol.9 0 fac.2 li.9.Bahhuoch.fol.94 li.1 6 vaſſitoneiho. fac.2 lin.1 0 indicans,lin.1 4 Rachſæ,fol.9 8 lin.1 3 tra-ditionibus.fol.1 04 lin.23 ſubſtituēs.li.vlti.eſſet facturus, fol.cv.lin.xxii.[illegible] lin.xxiii. cul damſabrin. fac.ii. lin.vi. [illegible] fol.cvii.lin.vi. quod quarto die. fol.cix. fac.2 lin.vlt.formať.fol.1 1 1 li.1 5 inuetā gētiles phibēt. fol.1 1 2 lin.5 Vmoſcau,fol.1 2 0 lin.1 6 althlag.lin.2 0 Algnam.lin.2 1.Algnam, fol.1 23 lin.2 1 Emphron. fac.2 lin.2 2 dextrum,fol.1 24 lin.2 1 keratom,fac.2 lin. vlt.habet,fol.1 3 2 fac.2 lin.vltima,Iamin tlitin,dies tres, & Iaumin rabigain,dies quatuor,&.fol.1 3 3 lin.3 aliaumi,fol.1 34 lin.vlti.vbiſcriptū eſt 1 6. 1 7. 1 8

ſcribe

ſcribe.xv.xvi.xvii. ܟܕ ܐܝܟ ܢܦܩ Tementagas.xviii.fol. cxxxv.lin.vii. ܡܬܡܠܠܐ fol.cxxxvi.fac.ii.li. 9 Ethtahhdath,fol.140 fac.2 lin.2 multiiugæ,fol.141 lin.1 peragrare,fol.144 linea 3 profertur au. vel af.& if. fol.145 lin.5.cam,fac.2 lin.19 aſtuzzai,fol.146 linea vlti.incipientibus,fol.147 fac.2 lin.17 Acin,fol.153 fac.ii.lin.vlti.*μέλω*,fol.clviii.fac.ii.lin.xiiii.Տանեաւ. ibi dem.Tzaneau.lin.xvi.viuens eſt Ioannis.iiii. Et Mat. fol.clix.lin.i.tzitzaglelωn.lin.xviii. Թարգմանի. faci. ii.lin.vi.Syriæ vel Aſyriæ.lin.xvi.Mare in capharnaũ, fol.clxi.lin.ii.կարող ու Թայի.lin.vii.սատանայի.linea vlti.patraſtuthab.fac.ii.lin.ii. Veræ. lin.xiii. ապատուհ. fol.clxviii.lin.ii. Հայր յորդ անմնու. lin.iiii. Հորդ. linea,xvi.vt կարդ պայեա.fol.clxx.lin.i.Spezties: fol. clxxii.lin.viii.քար ցր,fac.ii.lin.iiii.արդ ոյ.fol.clxxiii. lin.prima,կոչեացի,fol.clxxx.fac.ii.lin.xxvi. cõmedẽ. fol.182 fac.2 lin.7 Ticinenſi matre natũ,fol.183 linea 16 dolabra,fol.184 fac.2.lin.1 Matthæi.6.folio 185 fac.2 lin.10 domina mea,fol.187 linea 11 affecerunt, fol.189 Exercitamentum Chal.fol.190 lin.17 digna fuiſti,fa.ii.xii. յուԹայն.fol.cxci.lin.x.ipſi filii dei,fac. ii.lin.xvii.սուրբն,lin.xviii.Մեղայ,fol.cxciii.facie.ii. linea

linea vlti.in fine,vbi dicit,¶Eſt etiã,lege, ¶Adam nũc fol.cxcvi.facie.ii.lin.xviii.Ե, բրպւ Ղուսի.fol.cxcix.lin. xvii.defferēda,fol.ccii.fac.ii.lin.xviii.& Aſtrologi,lin. xxiiii.noſtris traderētur, li.xxv.peruenerãt,fol.ccix.lin. 8 hēat,lin.26 fœmininoꝝ,fol.1 1 0 li.1 5 Vocatiui.a.yã.

¶Literarum vero inuerſiones, & non obſeruatam ſæpe numero orthographiã,lectori partes aliquas relinquētes, in præſentia aliter notare non curauimus.

REGISTRVM HVIVS OPERIS.

a. b. c. d. e. f. g. h. i. k. l. m. n. o. p. q.

r. s. t. u. x. y. z. A. B. C. D. E. F. G.

H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. V.

X. Y. Z. Aa. Bb. Cc. Dd. Ee. Ff. Gg. Hh.

Omnes ſunt Duerni.



Digitized by Google